

Del Colegio de la comp. de Jesus de Granada. ff. P2-10. 165

COMMENTARIORVM
DE VERBI DEI
CORRVPTELIS,

Tomi duo.

~~PRIOR~~ DE VENERANDO CHRISTI
DOMINI PRÆCVRSORE IOANNE BAPTISTA,

POSTERIOR DE SACROSANCTA
VIRGINE MARIA DEIPARA DISSERIT, ET VTRIVSQUE
personæ historiam omnem aduersus Centuriatores Magdeburgicos
aliosq; Catholicæ Ecclesiæ hostes difertè vindicat.

POSTREMA ET PLENIOR VTRIVSQUE OPERIS,
IN VNVM VOLV MEN NVNC PRIMVM REDACTI EDITIO,
D. PETRO CANISIO Societatis IESV Theologo, tum
Authore, tum Recognitore.

ACCESSIT INDEX COPIOSVS, PARTIM LOCORVM SCRIPTVRÆ
facræ, quæ passim tractantur, partim rerum præcipuarum, quæ in
vtroque Tomo continentur.




Cum PONT. MAX. & CAESAR. MAIEST. Gratia & Privilegio.

INGOLSTADII,
EX OFFICINA TIPOGRAPHICA DAVIDIS SARTORII.

Anno Domini clv. Is. XXCIII.

G. a. 1. 16.



Del Colegio de la comp. de Jesus de Granada. lib. B2-10.165

COMMENTARIORVM
DE VERBI DEI
CORRVPTELIS,

Tomii duo.

PRIOR DE VENERANDO CHRISTI
DOMINI PRÆCVRSORE IOANNE BAPTISTA,

POSTERIOR DE SACROSANCTA
VIRGINE MARIA DEIPARA DISSERTIT, ET VTRIVSQUE
personæ historiam omnem aduersus Centuriatores Magdeburgicos
aliosq; Catholicæ Ecclesiæ hostes difertè vindicat.

POSTREMA ET PLENIOR VTRIVSQUE OPERIS,
IN VNVM VOLV MEN NVNC PRIMVM REDACTI EDITIO,
D. PETRO CANISIO Societatis IESV Theologo, tum
Authore, tum Recognitore.

ACCESSIT INDEX COPIOSVS, PARTIM LOCORVM SCRIPTVRÆ
sacræ, quæ passim tractantur, partim rerum præcipuarum, quæ in
vtroque Tomo continentur.



Cum PONT. MAX. & CAESAR. MAIEST. Gratia & Privilegio.

INGOLSTADII,
EX OFFICINA TIPOGRAPHICA DAVIDIS SARTORII.

Anno Domini clv. Is. xxciij.

SVMMA PRIVILEGII AC DIPLOMATIS A
PONT. MAX. pro hac editione impetrati.

GREGORIVS PP. XIII S. D. N. nouæ huius Operis editioni pro sua singulari & benignitate & autoritate prospexit, ac verbis in Diplomate Apostolico expressis diligenter edixit, solas vt DAVID SARTORIUS Typographus Ingolstadtensis hoc opus Commentariorum PETRI CANISII Societatis IASV Theologi, de Corruptelis verbi Dei aduersus Centuriatores Magdeburgicos conscriptum, ad publicam bonorum omnium utilitatem excutere possit. Aliis verò quibuscunque, & præsertim Bibliopolis ac Typographis, sub pœnis indignationis suæ, & præterea excommunicationis; nec non in terris sanctæ Romanæ Ecclesiæ mediatè vel immediatè subiectis, amissionis etiam librorum, & quingentorum ducatorum auri Cameræ Apostolicæ applicandorum, graniter inhibuit, ne intra decemium hoc ipsum Opus typis in orbe Christiano vsquam excudere, vel alibi excusum vendere audeant ac præsumant. Datum ROMÆ apud sanctum MARCVM sub annulo Piscatoris, die XXII. Aprilis. M. D. LXXXIII. Pontificatus eiusdem Anno vndecimo.

Cæ: Glorietius.

SVMMA PRIVILEGII CÆSAREI.

MAXIMILIANI SECUNDI Romanorum Imperatoris semper Augusti Diplomate cautum est DAVIDI SARTORIO Typographo Ingolstadtensi, ne quis vnquam in omnibus suæ Cæs. Maiestatis regnis, hæreditariis prouinciis, adeoque vniuerso Romano imperio, nisi ipsius DAVIDIS SARTORII permisso, omnes approbatos libros ab illo excusos, iterum excudat, aut imprimi curet, vel ea, quæ alibi excusa fuerint, intra fines Imperij vendere seu distrahere quouis modo audeat; sub amissione omnium librorum sic excusorum, & multa viginti Marcharum auri puri, Imperatorio Fisco & ipsi Sartorio à transgressoribus & huius Privilegij violatoribus ex æquo luenda. Datum in Arce Regia PRAGÆ, xxv. die Mensis Iunij. Anno Domini Millesimo supra quingentesimum, septuagesimo quinto.

Maximilianus.

Ad Mandatum Sacræ Cæsares
Majestatis proprium.

V. Io. Bapt. VVeber D.


L. Erstenberger.

AD CHRISTIANVM BENEVOLVM-
QUE LECTOREM.

QUVM Typographo visum esset operæ precium, opus antea bipartitum in vnum conflare, & quæ nos de sanctissimis hominibus IOANNE & MARIA conscripseramus, eodem volumine copulari, non illi valde repugnandum censui. Atq; hac occasione dum priora scripta relego, quedam in illis mutauit, correxi & auxi, non modò mecum, sed aliorum etiam iudicium sequens. Hoc enim consilium vel doctissimis placere, multumq; familiare esse scio, vt qui suos fetus, vt ita loquar, non simul edunt & lambunt, sed paulatim educant ac prouehunt. Quare bonam in spem venio fore, vt candidi rerum estimatorum nouam hanc & pleniorum editionem boni consulant, nostrumq; conatum cum publica utilitate coniunctum sibi habeant commendatum. In CHRISTO IESV vale Lector. Friburgi Neutonia 1583.

SERENISSIMO
ET ILLUSTRISS. PRINCIPI AC

DOMINO, D. FERDINANDO AVSTRIÆ ARCHIDUCI, SVEVIÆ PRINCIPI, BURGAVIÆ MARCHIONI,
Tyrolis & Habspurgi Comiti, &c. Patrono ampliss. benignissimoq;
PETRVS CANISIUS Theologus S. P. D.



VENIADMODVM IN REBVS HVMANIS nihil est, FERDINANDE Princeps Illustrissime, verbo Dei secundum Catholicæ fidei regulam atq; interpretationem intellecto, & ad verè pietatis studium accommodato præstantius, bonorumq; animis iucundius, & magis Ecclesiæ salutare: ex hoc enim diuino semine in hominum animis insperso lætissima virtutum omnium seges exoritur, & fructus vberrimi sanè proferuntur: ita vicissim nihil ferè comperias, quod eodem verbo Dei perperam accepto, & ad impuros animi motus explendos detorto perniciosius, ad sanctissimæq; religionis disciplinam labefactandam ac dissoluendam opportunius, ad tetras deniq; impiarum opinionum pestes in Remp. Christianam importandas vehementius esse possit. Ego verò cum ipse mecum diligentius cogitarem, quanta esset his præsertim temporibus, multorum in sacris literis peruersè tractandis atque corrupendis vel licentia, vel insania, & quanti hinc malorum fluctus ac tempestates Christianum orbem obruerent, totamq; Christi Ecclesiam ex omni parte concussam exagitant, operæ precium me facturum putavi, si omne meum studium eò potissimum cõferrem, vt multiplices verbi Dei corruptelas, quæ hac ætate nostra quàm latissime patent, inuestigarem, & quantum quidem per occupationes liceret, literis cõsignatas in lucem aspectumque proferrem.

Quam ad rem in primis me permouerunt vt noui, sic petulantes planè scriptores ij, qui ab historia illa sua Ecclesiastica per Centurias edita id nominis, vt Centuriatores dicerentur, vulgò sunt consecuti. Etenim in horum voluminibus, quæ illi sanè multa & ingentia conscripserunt, non pauca videre licet, quæ ob insignes locorum noui Testamenti & historiæ Euangelicæ deprauationes, partim iustam indignationem, partim verò cõmiserationem piis omnibus non mediocrem meritò adferant. Quis enim de Christiana Repub. benè sentiens, æquo animo ferre possit, audacissimos

EPISTOLA

homines Dei verbum sic interpretari, vt omni antiquitate contenta, & communi doctorum iudicio sæpè repudiato, veritatem Euāgelicam, qua nihil nobis antiquius esse debebat, ad Sectas novas contra veteris Ecclesiæ doctrinam corroborandas, & ad praua dogmatum instituta confirmanda, omni abiecto pudore rapiant, malitioseque conuertant? Quem autem non misereat, tam multos, præfertim rudiores, ex istorū authorum impuris lacunis aquas minimè salutare haurire, & pro antidoto exitiale venenum bibere: neque solūm horas bonas in huiusmodi Centuriis malis euoluendis perdere, verūm etiam Christianæ pietatis & fidei magnum facere detrimentum?

Iam verò, quoniam Centuriarum libri syluam & materiam confutandi amplissimam continent, & ex iis infinitæ propemodū corruptelæ possunt proferri, satis nobis in præsentia videbatur fore, si ad maximè honoratas Euangelij personas nos conuerteremus, easque diuina ope confisi vindicandas nobis proponeremus. Inter has verò primum Ioanni Baptistæ locum tribuimus, de quo tam multa & admiranda nobis Euangelij scriptores tradiderunt, quemque Christus ipse cæteris mortalibus illustri prædicatione longè anteposuit. Eius autem non solūm eximiam vitæ innocentiam & sanctitatem ab istis maleuolè oppugnatam defendimus, sed & cætera quæ de illo in sacris literis perscripta, ab istis verò insigniter deprauata sunt, ex Patrum magis quàm nostra sententia, voluimus interpretari. Neque enim nos fugit, quàm præclarè dixerit, suoque exemplo Christianos omnes admonuerit Basilius verè Magnus, cum ad Antiochenam Ecclesiam ita scripsit:

ἡμεῖς δὲ ἡμεῖς οὐτε παρὰ ἄλλων ὑφαφαιμένῃ ἡμῶν νεωτέρων παρὰ δεχόμεθα, οὐτε αὐτοὶ τὰ τῆς ἡμετέρας θρησκείας γεννήματα παρὰ διδόναι τοὺς μαθητὰς, ἵνα μὴ ἀνθρώπινα λογίζωνται τὰ τῆς εὐσεβείας ἔργα, ἀλλ' ἀπὸ τῶν ἁγίων πατέρων δεδιδάχμεθα, τὰ ἅπαντα τοῖς ἐρωτήσιν ἡμᾶς διαγγέλλομεν.

Hoc est: Nos verò fidem neque ab aliis scriptam, nobis nouitiam admittimus, neque ipsi mentis nostræ germina siue cogitationes tradere audeamus, vt verba religionis humana commenta esse non existimentur: verūm quæ à sanctis Patribus edocti sumus, ea interrogantibus nos annunciamus.

Et si verò cum primūm huic operi manus admouerem, planè constitutum habebam, grauiores dūtaxat Centuriarum errores indicare: tamen in progressu non potui nō mutare consilium, propterea quod eos re ipsa comperirem, pleraque adferre, quæ ipsis cum multis æquè cœcutientibus essent communia, quæque ab aliis Sectarum magistris malè accepta ipsi peius imitarentur.

Quarè

DEDICATORIA.

Quarè huc etiam deducti sumus, vt ad scriptores alios novos, qui Catholicam doctrinam multis modis oppugnant, & perindè ac Centuriatores, spreto Ecclesiæ iudicio, verbi Diuini & Euangelij nomine sibi tantoperè blandiuntur, subindè digrederemur. Horum ego sententias inter se cōparatas, sæpenumerò diuersas, nonnunquam planè contrarias, de Ioanne autem nostro mira quedam & inaudita, sed & ridicula prorsus commenta & sensa effutientes, nec minùs historiam Euangelicam tot modis deprauantes inueni, vt eas quidem stultitias non potuerim non breuiter annotare, & adhibita quadam cēsura commonere Lectorem, ne malis istorum artibus & corruptelis Euangelicis sibi patiatur illudi. Quam obrem factus est hic liber aliquanto maior, quàm fore initio putabamus, propterea quod præter excerptas variis è scriptoribus nouis corruptelas, quæ prætereundæ non videbantur, argumenti propositi occasio huc nos inuitaret, quasi que pertraheret, vt identidem loca è sacris literis cognata interfereremus, & his graues Nouatorum errores ac scædas deprauationes aliqua ex parte coargueremus. Fateor equidem in hoc tam lato argumenti genere, quod nescio an quisquam antea scribendo sit persequutus, nonnulla contractiùs, alia copiosiùs à nobis explicata videri posse: sed quoniam de corruptelis verbi Dei, & non de Ioanne tantūm nobis propositum erat scribere, haudquaquam ab instituto nostro alienū putauimus, si rem variis è Scripturarum testimoniis auctiorem redderemus, & pro vt se fedaret occasio, de corruptelis incidentibus iam breuiùs, iam fusiùs differeremus.

Tantò autem minus operæ huius nos pœnitet, quantò magis confidimus vsūm inde & fructum aliquem consecuturum, partim ad purum putum Dei verbum rectiùs accipiendum & meliore fide tractandum in Ecclesia, partim ad Satanicas istorum technas accuratiùs deuitandas & fortiùs debellādas, qui pro diuinis eloquiis suas ipsorum cogitationes meraque somnia passim venditant imperitis. Si enim antehac vnquam, nunc vel maximè videmus effectum, quod Apostolus Paulus in hæc ipsa procul dubiò tempora prospiciens, haud sine Prophetico spiritu, futurum ita prædixit: ERIT tempus, cum sanam doctrinam non sustinebunt: & à veritate quidem auditum auertent, ad fabulas autem conuertentur. Nam verè fabulosum commentitium, ac friuolum habendum est, quicquid vafri homines veterisque pietatis hostes ad corrumpendam Diuinæ veritatis synceritatem admiscant, quicquid pro suo

EPISTOLA

priuato sensu ad communem Ecclesiae sensum & consensum eludendum excogitant, quicquid nouorum falsorumque dogmatum uerbi Diuini praetextu & tegmine commendatum, iudici populo dictitant, scriptitant & inculcant. Ut hinc merito illis Orthodoxus opponat, quod olim Propheta dixit Regius: Narrauerunt mihi iniqui fabulationes, sed non ut lex tua. Et illud: Tempus facienti Domine: dissipauerunt legem tuam, quodque in eodem Psalmo idem ille canit: Respondebo exprobrantibus mihi uerbum. Verum quousque istorum progressa sit impietas, qui ex Dei uerbo non suum modo, sed & si liberè dicendum est, Satanæ uerbum efficere non reformidant, sequens mox ad Lectorem praemonitio demonstrabit.

Ego uero has operis nostri primitias, qualescunque demum illae iudicabuntur, nulli sanè libentiùs; quam tibi, Serenissime Princeps, offerendas dedicandasque putauit: teque etiam atque etiam rogo, ut me Catholicis, hoc est, legitimis armis cum coniuratis Catholicorum hostibus depugnante, non modo spectator intentus, sed fidus etiam patronus adesse non graueris. Tantum enim est nomen tuum, tantaque autoritas, ut quod patrocinio tuo commendatum est, aduersus aemulorum latratus & insultus sese facile tueatur. Nam ingenij tui vim ac praestantiam singularem, in administratione Reip. non obscure cunctis ostendis, & animi heroica fortitudine res labentes erigis, & arduas pace belloque moderaris, eo generis etiam & natalium splendore cohonestatus, ut praeter te fratresque tuos, nobiliores & illustriores in Germania Principes nullos habeamus. Noti sunt aui, noti proauitui ex Austriaca stirpe progeniti, quos partim Catholica religio, partim probata uitae morumque integritas, partim bellica uirtus & singularis in imperando dexteritas in tantum culmen euexit, ut permagnam Europae partem sibi subiecerint, & aliquot iam seculis sacrum Rom. Imperium summa cum laude gubernarint. His heroibus adiungi meretur, quem honoris gratia nomino, aequissimus laudatissimusque Rex & Imperator D. FERDINANDVS, parens tuus, cuius mortem uelut communi parente orbata Germania luxit, ac merito deplorauit. Ac fuit ille quidem felix, si hoc nomen mortalibus uerè potest contingere, felix inquam, non à subiugatis hostibus, quos etiam tyranni ferocissimi saepenumero sibi subegerunt: non à reportatis amplis spoliis, quae cupidissimos & rapacissimos homines delectare quidem possunt, explere autem & satiare nullo modo: sed à uera & Orthodoxa religione, quae ad bene beateque uiuendum in primis pertinet, semper integre conser-

DEDICATORIA.


conseruata, & ab ea prudentia, qua difficillimum ruentis Imperij statum mirifice sustentauit, & ob uitae sinceritatem, quam & optimus Rex, & clarissimus Imperator ita perpetuo praestitit, ut non solum apud uicinos, quibus maximae fuit uenerationi, sed etiam apud externos & immanes Turcas laudem & gloriam sibi maximam conciliaret.

Huius tu nomen auspiciatissime nobis refert, & uirtutes partim aemularis strenue, partim ad uiuum quodammodo exprimis, si praesertim quotidianam in te sobrietatem, si clementiam singularem, & incensum uitae religionis studium consideremus. Quibus sanè rebus id consequeris, ut magni paruique te suspiciant, tantumque tibi autoritatis deferant, quantum boni omnes in summo Principe uenerantur atque colunt. His accedit iudicij solertia, quam cum in te saepe alias tum uerò maxime, quo tempore serenissimo Patri tuo tibi que, à sacris concionibus essem, facile animaduerti. Ad eò dexterè ac peritè inter casta & impura, inter Orthodoxa & adulterina dogmata potes discernere atque diiudicare. Nam & spiritalis uentio, quae Catholicum pectus de omnibus creditu necessariis haud difficulter docet, abundè suppetit tibi, qui ueteris religionis es tenacissimus custos. Vnde nihil habes antiquius, quam matri uenerandae Ecclesiae non solum de Scripturis diuinis testanti, sed etiam genuinum earum sensum interpretanti fidem habere, eiusque decretis & auctoritati obtemperare. Siquidem ex Rege sapientissimo Salomone praclare didicisti, ad filiorum Dei officium uel maxime pertinere, ut non modo Patris aeterni disciplinam obseruent, uerum etiam Ecclesiae matris legem non deserant, & idcirco à muliere aliena improbaque pellice, quae typum haereseos gerit, suoque meretricio multis imponit, magnoperè sibi caueant prospiciantque. Proinde nulla in parte Catholici dogmatis claudicas, sed quod optimi Principis proprium esse debet, integram uerae fidei & Ecclesiasticae traditionis regulam inuiolatè custodis, maiorum sacra instituta sedulo defendis, à religionis nouandae studio & consuetudine semper abhorres. Iam pridem enim intelligis, quantum inter ueterem & nouam fidem intersit, & quam dispares fructus ab utraque, ut ita dicam, arbore colligantur. Tum praclare iudicas, tuis prouinciis, quae Catholicum nomen profitentur haecenus, ut indecorum, ita & perniciosum fore, si cum suo Principe in Orthodoxa doctrina discrepent, & in varias de fide opiniones sententiasque distractae, id quod libet, in sacris quoque sibi licere arbitrentur. Praetereo in signem grauitatem, & raram sapientiam, paremque

EPISTOLA DEDICA:

in religione Catholica propugnanda constantiam illorum, quos multis tu populis gubernatores, consiliarios ac praesides lectissimos praefecisti. Taceo, quam crebro diligenterque cures, ut in viam redeant; mentemque saniosem suscipiant, quos nouandae religionis insana libido velut ex curriculo recto detorsit, ac fermentum istud deprauatae doctrinae in morbum lethalem coniecit, ut nisi illi vi quadam in officio contineantur, neque suae salutis, nec Reip. tranquillitati consulere, sed velut morbidae oues vicinum etiam pecus contagione sua inficere, fanisque adhuc membris praesentem lucem affricare posse videantur. Ac pluribus quidem ego virtutes tuas, ornatissime Princeps, possem commemorare, cum plerique vna mecum vitae tuae rationes non solum Oeniponti, quod oppidum Tyrolensis ditionis tuae caput est, verum etiam in vrbe Pragensi, vbi cum totius regni Boemici potestate multis annis laudabiliter praefuisti, probe cognitae habeant & exploratae. Verum ego, ut ipse nosti, ab adulandi vitio sum alienus, & praesens locus non permittit in tuis me laudibus prolixior esse, quae alium profecto & eloquentiorem, & vacuum magis encomiasten requirunt. Quod superest, hanc exiguam nominis IESV Societatem, quam beneuolè fuisti semper complexus, in tuam fidem reuerenter committo, simulque à Deo Opt. Max. ex animo precor, tanti

ut patroni studia pro religione & Reip. utilitate suscepta, ad sui sancti nominis gloriam bene fortunet, eumque nobis & Ecclesiae Catholicae sospitem diu conseruet. Oeniponti.



DE

DE NOVIS VERBI DEI
CORRUPTELIS ET SECTIS HOC
SECVLO GRASSANTIBVS,
ad Lectorem fida praemonitio.

SUMMAS ET AMPLISSIMAS DEO OPT. MAX. GRATIAS ab omnibus ubique mortalibus agi par est, Christiane Lector, cum ob alia multa, tum ob insigne & ineffabile illud beneficium, quo verbum suum nobis patefecit, animaque pabulum saluberrimum dedit. Quo uno si desitueremus, non possemus profecto in huius mundi deserto peregrinantes, vitam non viuere miseram, & velut absque pastore oues, rapacibus lupis obuia circumerrare, & tanquam pane orbati paruuli, fame dira confici & absorbi. Ea est enim humanae mentis conditio, ut cum in aliis permultis, tum in diuinis & spiritualibus rebus, quibus aeterna salus continetur, probe cerrog, nequeat iudicare, sed aut prorsus erret, aut saltem hallucinetur, & ea quae ad bene beatam viuendum conferunt, adeoque homini sunt necessaria, etiam magno labore longoque tempore adhibito, perspicere & constituere nunquam possit. Est igitur verbum Dei, sicut sacris literis traditur, salutis scientia, lucerna splendens & lampas in loco caliginoso: est mysterium absconditum, caelestis manna, purum & probatum aurum: est scientia Sanctorum, doctrina spiritus & veritatis, illustris speculum, fons viuus liberque signatus, quo qui conuenienter vtuntur, hi deo dei dantur, hi spirituales, sapientes & iusti, amicique & heredes Dei fieri solent. Sed sit, nescio quo modo, ut quae à diuina largitate beneficia summa tribuuntur, eadem extremam sepe numero perniciem hominibus adferant, quaeque ad salutem aeternam proficere poterant & debebant, his illi ad suam & aliorum offensionem atque animorum quandam internecionem miserabiliter ac turpiter abutuntur. Tanta est, pro dolor, hominum ingratitude, ea mutabilitas, stultitia, peruersitas, ut intra equi honestique metas admodum egre consistant, imò ut disruptis sapientiae pietatisque repagulis, ad suum ipsi exitium vitro & precipites sese deuoluant. Quamobrem et si praesentia Dei munera velut ob oculos posita perspicue vident, & euidenter agnoscunt, tamen deteriora omnes ferè sequuntur, & quem admodum Christus ipse conquestus est, tenebras magis quam lucem consecantur.

ioan 3.

Hoc ita esse, si vsquam alibi, certe in ipso Dei verbo facile quibus non plane stupidus deprehendat, ac nobiscum fateatur necesse est. An pulcherrimum donum verbum Dei non est? quod summa illa aeternaque Dei bonitas, ad communem omnium institutionem, consolationem ac salutem per certissimos diuinae veritatis testes Prophetas & Apostolos orbi terrarum liberalissime communicauit, quodque porro per Ecclesiae suae pastores & doctores perpetuo iubet curaque fidelissime dispensari, ut omnes hoc caelesti manna vescantur, & de his vitae fontibus bibant. Iam vero quid est vsquam, quod praeter hoc ipsum verbum, ad frequentiores rixas, ad acerbiores contentiones, magisque pestiferas animorum distractiones hodie rapiatur? Quid est, quod in sensus adeo varios, peregrinos sibi repugnantibus, & ab omni veritate remotos magis insclectatur? Quid est, quod à turbulentis rerum in religione nouandarum cupidis audius arripiatur, iactetur fastuosius, torqueatur violentius, deprauetur sceleratius, ac demum maiore cum Reip. Christianae dissipatione atque pernicietate quasi in partes laceret? Etenim unde tot pestilentes errores, unde tam variae Sectariorum familiae, unde tam crebra nefariaque schismata in Ecclesiam sepius hodie, quam unquam antea turmatim irrumpunt, ac velut cataclysmus quidam in totam Europam redundant? Quando sacrilegi rerum diuinarum & Ecclesiasticarum oppugnatores, profanisque prorsus illusores, tanta se vi, & multitudine, & virulentia, & crudelitate aduersus Dei domum & arcam, extra quam nulli salus obtingit, armauerunt? An unquam tanta, tam subita, aequè praecipitosa & furiosa paucis annis illius, quae paulò ante florebat, Ecclesiastica pacis & disciplinae facta est perturbatio, quantam hac nostra aetate sumus experti? cum in aedibus, scholis, templis, ciuitatibus, prouinciis atque regnis, quisque sibi penè licere putat quod libet de religione sentire atque pronunciare, omnemque statum ac ordinem religionis, qui suam apud maiores dignitatem pulcherrimè retinebat, contemnere, irridere, ac tantum non pedibus conculcare?

Verbum Dei donum excoelens, & homini necessarium est.

Verbum Dei & raris nominibus cononestatur.

Hominum vitio in pestimum sensu optima saepe transire.

Quomodo Verbum Dei per se bonum & sanctum, multis obicit maxime hoc seculo.

At enim dicit aliquis; Unde haec tanta licentia, tam improba stultitia, tam procellose ac dirae persecutionum tempestates existunt? Nimirum in verbum Dei omnis culpa conferitur ab his, qui eo vel maxime abutuntur, dum eius auctoritate non se solum excusari, sed etiam urgeri &

cogi

De nouis Corruptelis

Prætextu Verbi Dei...

cogi vociferantur, ut in fide & religione tot nobis tetra & prodigiola nouarum opinionum monstra parturiant...

Satan author...

Sed enim veram tantæ licentiæ perfidiæq; grassantis causam, ad illum, qui malorum omnium & author & incentor nequissimus est...

De præscripto...

Quare Tertullianus hæc velut propria tribuit Satanae, quod verbi administratores habeat, qui de Scripturis agant, & de Scripturis suadeant...

De Nouatorum...

Quia nos opera precium facturi videmur, si quoniam consilium est de corruptelis verbi Dei aliquide dēre, scriptorum huius ætatis, qui nobis illas maxime nunc inuicunt...

Fidei Unitas...

Quasi verò isthuc noui sit aliquid, & non vetus illorum asyllum usq; fuerit, qui ab errore ad hæreticam obstinationem prolapsi, externo diuinæ Scripturæ lenocinio suum institutum semper adumbrant...

Vetus & fallax...

Math. 13.

2. Cor. 11.

1. Cor. 11. Epist. 18.

Genes. 11.

Math. 7. Act. 20.

Math. 4.

& Sectis præmonitio.

8. Reg. 22.

Tit. 3. De præscripto Hæreticorū.

1. Ion. 10.

1. Cor. 4. 6. Esai. 2. 1. Tim. 3. d. Psal. 18. e. Rom. 10. f. Mat. 13. 2. Pet. 1.

Ex annot. in epist. ad Rom. cap. 8. iuxta editionē VV. titenb. anni 24.

In Præfat. sub eiusdem.

auditores blandè consolari, sicut Sedecie impostoris probat exemplum. Tum post Euangelium promulgatum nullum fuit seculum, quo Hæretici ad verbum Dei non audacissimè prouocarent...

EXPENDAMVS autem parumper, obsecro te Lector, quantum istiusmodi Doctores & Magistri noui in adamoto verbo profecerint, & quo insuper iure, quantum aliis detrahunt, tantum in eo ipso verbo sibi arrogent auctoritatis...

Nouatores in primis & præcipuos fidei articulos impingere.

Quomodo Eccl. nuntius, Martyr, Philippus & Lutherus Deum malorum authorem faciunt.

Præ Deo opus est Pauli Socarri, sic & Davidis adulterium, & Iuda proditio iuxta Philippū.

Philippus crō. brō & malè sunt scripta correxit.

Denovis Corruptelis

qui pestiferum VViclefi dogma, de necessitate absoluta euenire omnia, illudq; Poeta dictum: Certa stant omnia lege, obstinate defendit: qui praterea de Deo predicat impudenter, quod non solum permittit, sed etiam effectiue sit idem causa peccati. Tum alibi in hanc vocem plane blasphemam erumpit Lutherus: Si praesciuit Deus Iudam fore proditorem, necessario Iudas fiebat proditor, necerat in manu Iudae, aut vilius creaturae aliter facere, aut voluntatem mutare, licet id fecerit volendo, non coactus, sed velle illud erat opus Dei. Quid? quod loquor etiam progreditur Illyricus, cuius verba Heshusius in hunc modum explicat. Vnde sequitur, inquit ille, reuera diabolum esse creatorem, qui in genere humano nouas quasdam animas regnantes supra totum hominem creauerit, easq; etiam in infinitum propaget. Tam praeclare de Deo sentit Illyricus, ut proprium eius opus atq; officium, animarum scilicet creationem atq; propagationem, ad diabolum transferat, atq; sic demum Manichaeorum deliria, tot atatibus sepulta, in orbem reuocet atq; confirmet. His vero ducibus, quos hucusque commemorauimus, comitem impietatis Robertus Stephanus se praebuit, ac propterea Deum quog; bonorum pariter et malorum aut horem professus est. Magistros eisdem sequuntur, Caelius Secundus, Velcurius et alij, quos nihil pudet, iam olim toties fortissimeq; dissectam de fato impiam opinionem, quam prater alios Iustinus, Eusebius, et Augustinus iugularunt, scriptis publicis constabilire. Demum ex his impuris fontibus aquae illa fetentes promanarunt, quas apud Gallos male hausert et peius sparserunt Libertini. Nam hi palam affirmant, Deum omnino causam esse peccati, nec prohiberi oportere, quin pro suo quisq; viuat arbitrio. Negant praterea quicquam esse, cuius nos ipsi accusamus, cum omnia fiant a Deo. Peccata igitur omnia excusanda, nec reprehendenda esse, cum sint opera Dei, audent dicere. Hinc egregia scilicet illorum vox est: Si quispiam homicidium commiserit, non ille fecit, Deus fecit. Si quis vero ita cum ipsis non sentiat, imperfectum eum esse dicunt, nec posse probare omnia opera Dei. Quid autem Carolus adum nominem, de quo Lutherus grauiter asseuerat, adeo illum a Deo fuisse, ut non crediderit, vel in caelis, vel in terra Deum esse?

Horret sane animus, haec tam prophana, tam nefanda, tam perniciosa, qua simpliciter narro, et exaggerare nolo, pluribus persequi. An Iudaei perfidi, an immanes Turcae, barbaraeq; Gentes de Deo ac Dei erga nos voluntate beneuolentiaq; non rectius saepe philosophantur? Quis non videat, quae ab his nouis veluti magistris Israel, prima fidei elementa vel crasse nesciri, vel insanè contemni, vel superbe violari? Nimis ut verbum Dei illustrent ac vindicent, sic eos de primo rerum autore atque gubernatore docere, sic fatum unum cum Stoicis astruere, sic ex vno creatore duos, bonum et malum confingere, sic Deum deniq; Tyrannum omnibus crudeliorum inducere oportebat. Nam per Deum immortalem, quae Tyrannus grauior, quae fœdior crudelitas potest excogitari, quam si miseros mortales idcirco quod iniusti sunt, tam seuerè tum viuos, tum mortuos puniat Deus, quos tamen iniustos esse cogat? Sedenim qui de summa illa aeternaq; bonitate sic sentiunt, qui tam impio et blasphemate rerum omnium opisice sapientissimo docent et spargunt, an illi debitam summum numini reuerentiam obedientiamq; praestabunt, recteq; praestandi alius erunt authores? Ad illos iam porro accedamus, qui cum impietate sacrosanctae Trinitatis abnegatoribus in eadem nauis, ut aiunt, nauigant, et ex Christianis Arriani, Eunomiani, Fotiniani, Sabelliani, Nestoriani, Eutychiani facti, et nescio quibus non execrandis Sectis additi, non tantum ab Ecclesia Dei, sed a Deo etiam ipso diuinitisq; personis se prorsus nefarie preciosos esse declarant.

LIBET Michaëli Serueto (ò vanissimum simul et in Deum contumeliosissimum hominem) scriptis tradere nullam aliquando in Deo realem generationem vel spirationem fuisse, nec realem in essentia DEI distinctionem esse Patris et Filij et Spiritus sancti, ut rerum inuisibilium, sed esse solam personalem distinctionem inuisibilis Patris et visibilis Filij. Tres enim illas res incorporeas in DEI unitate distinctas consistere non posse, sed esse triadem imaginariam. Omnes demum qui Trinitatem statuunt in essentia Dei, hos Tritetas et veros addeus vocat, qui nec Deum quidem, nisi tripartitum et aggregatiuum habeant. Quid? quod Trinitatem illam Dei coaeternam, quam sublimes in caelo Spiritus Seraphin ter adorandam esse noctes ac dies profitentur, hic impurissimus homo, et blasphemiae spiritu plenus, triceps monstrum ac Cerberum quendam tripartitum, sed et diabolicum phantasma, et illusionem Satanae, et Deos imaginarios, et tres demoniorum Spiritus, et Geryonis monstrum audent appellare. Tam vero quid omnino de Deo reuerenter idem aut sentiret, aut diceret, cui Deus in ligno lignum, et in lapide lapis, et in arbore arbor est, formam et substantiam

Illyrico non Deus, sed demon creat animas. Heshusius in epist. ad Illyricum de peccato originali, An sit substantia.

De Libertinis mala omnia soli Deo imputantibus.

Deum non esse credit Carolus adum.

Intolerabile esse Nouatorum temeritatem de Deo tam impietate sententiam atque docentium.

Summa Seruetiana impietatis.

Vide huius Praefates et Bene-

In resolut. art. 36. Li. de serua arbitrio.

a In resp. ad catal. quinquagesimum errorem. b In annot. super dial. Peronij. c In compendio Physico. d In apol. pro Christo. e Lib. 6 de prepar. eu. cap. 5. f Calumniam in instrum. aduers. Libertinos. g Lib. 6. et 17.

Et Petrus Mart. in 2. l. Samuclis cap. 16.

g Lib. 5. de Trinitate. h In resp. ad artic. a Caluino collectos. i Lib. 1. de Trinitate. k Ibidem.

E. f. 6. Vide Trigu. Pastorem ad Geneu. sem. Sennu epist. ann. 55. Epist. sexta ad Caluini.

& Sectis praemonitio.

stantiam scilicet ligni, lapidis et arboris veram in se habens. Libet Valentino Gentili, qui non minus impietatis quam nominis Gentilium haeres extitit, ut Seruetianam impietatem confirmet ac augeat, Tripersonatum Deum, Sophisticum Deum, personam phantasticam, fictitiam, diabolicam facere ex optima, maxima sanctissimae Trinitate: hanc nefarius ille nouum idolum, turrim Babel, et humanum commentum, quod cum veritate Euangelica ex diametro pugnet: tres vero diuinas personas, magicas personas et proprietates, tresq; magicas praestigias, et unum Deum quartum idolum ignotum, in suis libris dicere non erubescit. Libet eidem Valentino, separatis essentis Spiritus tres aeternos confingere: Filio deinde concedit Dei nomen quidem, sed quasi precarium, qui scilicet a patre sit essentiat: Patris personam non aliud esse affirmat quam essentiam, filij vero personam deificationem esse blaterat: vbi ad Spiritum sanctum venit, omnia permiscet: dignus profecto, qui Bernae, sicut eius praceptor Seruetus Geneua, supplicio extremo affectus, finem viuendi faceret simul et blasphemandi.

LIBET nouis in Transilvania ministris Gregorio Paulo et Petro Statorio, qui et ipsi probe Seruetianum Spiritum imbiberant, tria probatissima fidei nostrae symbola, utpote Apostolicum, Nicanum, et Athanasianum non agnoscere, nisi cum hac exceptione, quatenus verbo DEI consentiant. Praeclaris scilicet de Symbolis indices, qui Christianae doctrinae firmissima primaq; elementa nobis in dubium reuocant, velut in his quaedam verbo Dei non consentanea proponantur, ipsiq; soli vel praecipui censoris in causa Religionis existant.

NEGANT isti tres esse personas diuinitatis, et filium quidem ac Spiritum sanctum non personas, sed alijssimi Patris singunt esse virtutes, quibus ille iam olim, et nunc quoq; in noui mundi creatione per Iesum Christum vatur. Tum ne illis obstat auctoritas Patrum, utq; suas putidas feces extollant, Augustinum et alios veteres, quantumuis in Ecclesia receptos atq; laudatos, ac omnes demum Orthodoxos, qui tres in diuinitate personas tot saeculis, tantoq; consensu profitentur, hos illi probrose Trinitarios et Sophistas nuncupant. Praetermitto reliquas id genus execrandas blasphemias, et doctrinas demoniorum, de quibus partim Georgius Maior, partim Petrus Carolinus haud pauca scripto consignauit.

LIBET Paulo Iulano eiusq; in Transilvania sociis, hanc vocem ex ore teterrimo euomere: Dicimus vnum et solum Deum non Trinitatem, sed tantum Patrem esse. AEquè sunt detestandi, qui suu Toradani Concilium abulatum paucis abhinc annis celebrarunt, in quo realem Triadem, Christi et Spiritus sancti realem, subsistentem, aeternam, et sicut vocant, Iehoualem deitatem et hypostasem, perfidi abnegarunt. Vbi praterea λόγος et Spiritum sanctum virtutes esse quasdam Dei statuerunt, nec λόγος aeternum Dei filium a patre ab aeterno genitum, nisi carnis respectu, agnoscere voluerunt. Libet nouis in Polonia ministris dicere tres Deos, tres omnipotentes, tres aeternos, tres essentias: qui nec differunt a Paganis, nisi quod hi plures quam tres Deos inducant. Beza de his ita scripsit: Tritheita Arianorum soboles, tres diuitas pro tribus in vna diuitas hypostasibus substituentes, Christum aperte secundarium Deum faciunt, quorum etiam nonnulli iam Macedoniani facti, ex Tritheitis Ditheita euaserunt. Sed nec idem Beza impio vacat errore, cum affirmat filium Dei non esse genitum de essentia patris: et cum rursus fatetur aduersus Schmidelinum disputans, semper se duas uniones hypostaticas in Christo ponere, vnam animae cum carne, alteram diuinitatis cum humanitate. Quid enim hoc est aliud, quam primum fidei nostrae articulum ignorare, adeoq; haeresin damnatam Nestorij renouare? Nec cedit aliis impietate Caluinus, qui negauit in Synodo Lausanensi, per hypostasim personam significari, dixitq; se symbolo Athanasij nec credere, nec discredere, donec ad Scripturarum gnomonem illud examinasset. O praeclearum examinatore: qui praterea Deitatis respectu filium ex se ipso esse pronunciat: improprias autem locutiones et battologias facit, quando cum Ecclesia dicimus, Christus est genitus ex substantia Patris, Deus de Deo, lumen de lumine. Et locutionem esse barbaram ait, qua dicitur, Deus est Trinitas. AEquè ridiculum et absurdum Heshusij dictum videri debet: Trinitas est unitas. Quid Bullingerus? qui non sine magna inscitiae nota predicat, se confiteri tres in diuinitate personas, non statum sed gradum, nec substantiam sed formam, nec potestate sed specie differentes. Sic isti Catholicum dogma, summam scilicet trium personarum in diuinis aequalitatem esse, contemnunt et lacerant: nec intelligunt, vbi ea existit aequalitas, ibi non esse gradum: et vbi essentiae substantiaeq; indiuidua semper manet unitas, illic tres personas forma vel specie distinctas esse non posse. Et impie fraudis non caret suspicio, quod Eberus persona appellatio-

dictum Aretini de historia huius Valentini.

Horrenda impietas Valentini Gentili.

De Hungaricorum ministrorum impietate vide Bezae praefationem in Aret. Gentilem scriptam.

In colloquio Alaba Iulia habito. Ex confes. Debrechinensi Petri Melij.

De Caluini doctrina impietate.

Li. de omni praesentia eius Christi contra Brarianum. Lib. in Heshusium. Li. de hypostaticam in Christi naturam.

Instr. lib. 1. cap. 13. e Li. de praesentia corpor. Christi in caena obiecti.

Descript. et Ecclesiae auctoritat. aduers. Coch. laum. e In praesentia theol. lib. prop. 4.

De nouis Corruptelis

nem tum vetustissimam, tum commodissimam esse insciatur, magis probans quod Graeci vocant hypostasin, velut vox ea sit illustrior, quam tamen Hieronymus in hoc genere aliquando dicere formidauit. Neg. fert Lutherus, sed ex Germanorum litanis submouet hanc in veteri Ecclesia receptam, probatam & usitatam precandi formulam, S. Trinitas vnus Deus miserere nobis. Quin & irridet, propterea habet Papiſtico, id quod vniuersa profectur Ecclesia, essentiam Dei nec generare, nec generari. Libet deniq; Casanouio Spiritus sancti à Patre & Filio negare processionem, sicut fortassis à Petro Mar. didicit, qui ausus est dicere, inter Latinos & Graecos de processione Spiritus sancti verborum esse contentionem: Quasi verò delana, vt dicunt, caprina lis habenda sit, si quis contra sanctam probatissimi symboli processionem, Spiritus sancti ab vtroque, Patre scilicet ac Filio, processionem in dubium vocet. Refugit & Beza nobiscum in Ioanne legere, Cum venerit Paraclitus, quem ego mittam vobis à Patre, Spiritum veritatis, qui à Patre procedit, & adiecto scholio Lectorem admonet, hic non agi de ipsa Spiritus essentia, sed de ipsius virtute & efficacia in nobis: quin & Theologos reprehendit, qui huiusmodi testimonii ad essentiam Spiritus sancti probandam contra Graecos vtuntur. Ac Hungarici quidem ministri aperte praefecerunt, probari non posse quod Spiritus sanctus verus Deus in Scriptura dicatur. Negant enim Filium & Spiritum sanctum esse personas; Patris autem altissimi virtutes faciunt, & Spiritum fingunt esse motum in sanctis creatum, vel energiam DEI, aut donum Patris effusum, vt sic illum spoliēt vera & adoranda diuinitate. Ita nobis noui non desunt νεωπατορισμοι, qui è Dei verbo peruersè accepto Deum ipsum, adeoque tres personas diuinas oppugnent, multoque turpius ferè quam Iudaei ac Turcae, palam insectentur. Nam & Ochinus personam Spiritus sancti à Patre & Filio non esse distinctam ausus est scribere, & illam illustrem Symboli partem, Credo in Spiritum sanctum omnino reiecit, nisi hoc loco Spiritus pro Dei virtute ac donis accipiatur, ac veram aeternamq; Spiritus sancti deitatem homo effricta frontis palam oppugnavit.

Quomodo An-
toi & impioſi
prodeant se No-
uatores.

Et nondum intelligit Lector, quo Nouatores isti demum euadant? qui dicentes in verbo DEI se sapientes, vitinam stulti tantum, & non impij quoque iusto Dei iudicio efficerentur. Stulti quidem, quod cum velint plus quam oportet sapere, & diuinae maiestatis arcana curiosius perscrutentur, tanta gloriae velut splendore impediti ac reperiſsi, infeliciter opprimantur atque succumbant, non intelligentes, vt Paulus inquit, neque quae loquantur, neque de quibus affirmant. Impij verò, quod qui praecellentes fidei magistri videri gestiunt, in primos & praecipuos fidei articulos, quibus aeterna salutis nostrae summa continetur, impingant: & quoniam Ecclesiae Spiritum in re uenerationis plenissima fastidiunt, è Satanae spiritu eadem nobis depromant dogmata, quae blasphemiam olim haeresiarum orbis iudicio sepe multumq; damnati, nimirum Ebionae, Cerinthij, Sabellij, Arii, Eunomij, Photini, Macedonij, & plures id genus Antichristi, totius Reipub. Christianae pestes, ad prima religionis firmamenta, atque omnis pie doctrinae principia euerrenda sacrilegè fabricauerunt. Ceterum quod illi pugnant acriter, & maiora producant sophisticata, quosq; mirabilis loca Scripturae torquent atque deprauant, è diligentius Orthodoxis omnibus est aduigilandum, vt in sancta & pura illa confessione persistant, quam Catholici iam olim ab Arianis durissimè per totam Aethiopicam afflicti atque vexati, in hunc modum ediderunt. CHRISTIANI sumus, Catholici sumus: Trinitatem vnum DEVM inuolabilem confitemur: in nomine Trinitatis à matre Catholica baptizati sumus.

Qua impietate
mata contra Dei
filium hodie des-
sementur.

PERGAMVS autem de solo Christo dicere, aduersus quem nequissimus ille Satanas, qui secundum Ambrosium Antichristi quoque nomen accepit, iam olim è Dei verbo disceptauit, & nunc finem disceptandi bellandique nullum facit, suis nempe ministris in hoc versute subornatis, qui egregiè simulent, vulgoque iactent, se Christi gloriam in primis asserere & illustrare, cum eam reuera obscurant ac labefactent maximè. Obscurat planè Seruetus electum illud Satanae organum, dum impudenter affirmat, Christum esse filium Dei quatenus genitus est à Deo in utero Virginis MARIAE, idq; non solum virtute Spiritus sancti, sed quia Deus ex sua substantia illum genuit. Verbum Dei de caelo descendens dicit nunc esse carnem Christi, ita vt caro Christi de caelo sit, ac duas demum Christo personas assignat. Qui certè non verum sed imaginarium corpus Christo tribuit, quum illud negat ex semine Abrahae simpliciter fuisse genitum, sed partim etiam ex tribus illis elementis constatum, & partim è substantiali quadam

a Epist. ad
Damasum.
b In Enchir.
precat. edito
anno 43.
c In assert.
art 27. con-
tra Leonem.
d In eius ad
Catenum
epist.
e In cap 4.
f In 18. ad Ro.
f In 18. cap.
Ioannis.

In colloq. ad
Lutulum ha-
bito.
Georg. Ma-
ior contra
Blandratam.

In dialogo
de Trinit.

Rom. 12.

Proverb. 25.

1. Tim. 3.

Vid. Fido-
rem Vite.
lib. 2. de per-
fector. V. in
dubia.

g Lib. 10. in
Lucam c. 2.

M. 11. 4.

h Lib. 1. de
Trinit. c. 17.
i In cap. 1.
j 2. ad Gal.
uinum.

& Sectis praemonitio.

quadam Dei facie, quae ab initio sanctis patribus visa fuerit. Obscurant Franciscus Davidis, Georgius Blandrata, & qui illis adherent reliqui Satanae ministri, Arianis quidem & Photinianis haudquaquam inferiores, quod Christum Iesum Dominum nostrum non agnoscant neque recipiant, vt sit filius Dei naturalis, & in mysterio à Patre ante tempora secularia genitus, ac Verbum illud aeternum, cui duplex natiuitas, diuina nimirum & humana, competat. Christum enim hominem purum faciunt, licet singulari prerogatiua donatum, qui ante carnem nil fuerit, nec necessariò Redemptor & Saluator, Deus idem & homo in mundum uenerit, sed quem satis fuerit hominem esse: nec alium quidem Dei filium praeter illum, quem virgo MARIA edidit, in sacris literis Reperiri contendunt. Obscurat Mennon, fingens Christum ex Patris substantia caelitus attulisse corpus, sicut & Schueneckfeldius. Nec dissentiant Anabaptista, quibus hoc etiam tribuit Sarcerius, quod sentiant Christum è caelo spirituale & caeleste corpus cum attulisse, & nihil à MARIA sumpsisse, sed per illam tanquam per riuum aut fistulam transisse, carnem verò suam ex elementis mundi traxisse, eamq; mundo reddidisse, cum sine carne in caelum resurgeret. Prò nefas, quid hoc demum est aliud, quam ad verbi Dei Christianaeq; fidei veritatem prorsus abolendam impiorum doctorum Valentini & Apellis extinctos stabilire furores, & horrenda deliria innouare? Et paucis tamen ab hinc annis accidit, quod pudet fateri, vt Anabaptistis disputandi publica facta fuerit potestas, cum de aliis grauisimis fidei rebus, tum de hac ipsa questione; An substantiam carnis sua Christus ex substantia carnis MARIAE Virginis, aut aliunde sumpserit? Somniat Adamus pastoris, Christum vt vnus persona, ita & vnus esse natura. Verbi enim hypostasin sine personam in Christo, non magis quàm blasphemiam Magistri Photini & Samosatensis, agnoscit. Quanta verò ter impij apostatae Ochini est insania, qui argumenta pro Christi Deitate producta conuellit, & execrandum in modum asserit, se libenter dare, Christum esse Deum participatione Deitatis, sed negare natura esse Deum. Tum de Christi miraculis audet scribere, quod etsi maxima & supernaturalia sint opera, non inde tamen sequi, Christum ipsum non esse puram creaturam, sed Deum. Quin & alia Scripturae loca, in quibus ille Dei Filius appellatur, ad puram creaturam, non ad verum aeternumq; Deum transferre conatur. O Spiritum Ochinianum, planeq; diabolicum, ab aliis ita detectum & reiectum, vt confutatione noua nihil opus esse videatur. Praeterrittam alios Tritheitas Matthaeum Gribaldum, Laliun Sozinum, Paulum Alciatum, qui Machumetus demum est factus, impurissimos apostatas, & sine ulla religione fortasse homines, qui vt diuina confundant omnia, iam pridem recepta natura, essentia, hypostaseos, homouſij categoria, id genus veteris Ecclesiae vocabula vt sophisticata repudiant, quia in sacris ille voces non inueniantur. Sed putidam horum obiectionem, Beza (quod miror) quog; confutauit.

IAM verò an non palam Arianismum instaurant Sarnicius, Lismanius, Georgius Niger aliq; plures, qui, vt Stancarus contestatur, Christum Dei filium minorem Patre statuant, quiq; symbolum Nicanum reiciunt prorsus, quos nec pudet quod Athanasij est, Satanasij symbolum haud sine graui & execranda contumelia nuncupare? Certè Valentinus Gentilis eundem Athanasium tot modis predicatum & celebrem doctorem & antistitem, quasi corruptorem symboli Nicanum, cuiusq; symbolum nugas ausus est appellare. Calvinus autem, vt sepe malignus est censor, eiusdem Concilij grauisimos sanctissimosq; Patres incusat, quod Christum esse Patri quousioy probent ex praecleara illa sententia: Ego & Pater vnum sumus: Qui praeterea dicto Concilio calumniam improprietatis quousioy intendit, & eiusdem Synodi verba Deum esse de Deo, duram locutionem appellat, eam verò precatorem; Sancta Trinitas vnus Deus miserere nobis, sibi non placere clarè pronunciat. Lutherus huic summo & laudatissimo semper Concilio non est aequior, dū agre sustinet, quod in eo Patres Christum quousioy dici haberiq; postulāt. Anima mea, inquit, odit hoc verbum quousioy. Quid verò aliud obscuro vel feriret vel diceret, si ab inferis rediuiuus adesset impius ille Arius & vnacum toto conciliabulo suo ad disputandum prodiret? Nauseabant & illi ad hanc quousioy vocem, quae in verbo Dei non esset expressa, & Catholicos hoc nomine Homouſianos & Athanasianos probrose vocitabant. Tam isti agre concedunt, quod aperte tamen negare non audent, vnacum Filij cum Patre essentiam esse. Neq; dissimulandum est, quoniam magni criminis non vacat suspitione, Calvinum subinde, praesertim cum in Genesis & Ioannem scribit, aliò detorqueere testimonia, quae fidem sanctissimae Trinitatis & Diuinitatis Christi non parum illustrant & astruunt, sicut ea doctissimi Patres interpretantur. Suuenckfeldius,

Vide Petrum
Carolinum in
explicat. fides
contra Georgium
Blandratam.

De Bernardini
Ochini impia
reſide illius di-
alogos & Zanchi
um.

Ex Italo T.
rhetica noua.

In praefatione
contra Val. Gen-
tilis.

Athanasium
eiusq; symbolū
qui hodie inse-
rentur.

Vocem homouſi-
ſij Calvinus &
Lutherus impro-
bant.

Lib. contra
Pinezoni-
am.

In Ioan. c. 10.
et inſcriptis
contra Val-
len. Gen.

Contra Iaco-
bū Latomū.

Lib. de diu-
na maiest.
humanita-
tis Christi.

De nouis Corruptelis

ut de illo iterum planius dicam, de Christo tradit impiè, quod etiam iuxta humanitatem suam ve-

rus Deus & non creatura sit: imò verò haud sine summa ignominia iniuriarq; fieri posse putat, ut hu-

mana Christi natura pro creatura existimetur. Docet igitur, carnem atq; sanguinem Christi, non

creaturalem, sed supercreaturalem, ut ipse vocat, hoc est, spirituales ac planè diuinam esse. Auger

Schuenckfeldianam impietatem Seruetus, cum scribere non veretur: Corpus ipsum Christi, esse

corpore Deitatis, carnem eius diuinam, carnem Dei caelestem, de substantia Dei genitam. Sic isti, ne-

scio quibus acti furis infernalibus, haeresin renouant Eutychieanà, quae docet non mansisse humanam

in Christo naturam, sed in diuinitatem transisse: duplicem enim naturam in vna persona intel-

De Sacramen-
torum impie-
te circa Christi
corpore in Eucha-
ristia.

Epist. ad Comi-
tem Palat.
In Epist. ad Ro.
cap. 14.

In lib. contra Se-
ct. 11101.
In dissert. Tu-
bing. cap. 73.

n Vide Lutheri
de Verbis Chri-
sti, Hoc est cor-
pus meum.
In apologia con-
fess. de cœna Do-
mini.

Li. 2. de Tri-
nit. pag. 73.

Cent. 1. li. 7.
ca. 4. pag. 56.

Contra illy-
ricum.

Contra ab-
latum magis de-
finitio in li-
bro contra
illyricum.

Matth. 26.
Marc. 14.
Luca 22.

Matth. 26.
Marc. 14.
Luca 22.
1 Cor. 11.

a Lib. de Co-
na & falsa
religione.
b In expetit.
di cœna Do-
mini.

c Epist. de dis-
tinctione Lu-
theri & Zuingij.
d De cœna
Domini con-
tra VVest-
phalum.

e Dialog. de
Verbis in
Christo na-
tura.

f Contra Hes-
bysium.
g De Verbis
Domini, hoc
est corpus
meum.

h T. 1. de Phi-
lippo epist.
ad Comit.
Palat.

i In dissert.
Tubing. ca.
65. & 66.
k In vlt. ad
Vestphal.

l In harmo-
nia Euang.
m Contra
Clandium
de Sanctis.

& Sectis præmonitio.

ligit. Verum in eo nunc omnes propemodum, qui Sacramentariam Sectam profitentur, conspi-

rant videntur, quod Christi Domini nostri corpus & sanguinem, in cœna verè & substantia-

liter, sicut in cœlo, adesse pernegant. Hinc illud à Caluino dictum est: Ego quamuis substan-

tia carnis animas nostras verè pasci fatear, substantialem præsentiam præsidio repudio. Beza

confessionem suam sic explicat: Hactenus præsentiam corporis & sanguinis ponimus, non

quod nunc sit in terra Christi caro, sed quòd manès in cœlis, nobis tamè per fidem in cœ-

lum vsque euectis verè per Spiritus sancti omnipotentiam communicetur. Adda-

mus & Martyris testimonium, qui dicit corpus Christi non esse verè ac substantialiter alibi,

In 2. defen-
sionibus VVest-
phalum.
Li. 1. de re Sa-
cramenta-
ria.
In conuentu
Pisacensi.

Lib. 2. de na-
tura Deit. 5.

In dialogo
deutiusq;
spoc commu-
nion.

Lib. de Tri-
nit. & me-
dit. Chri-
sto.

In Confessi-
one contra
Stancarianum.
Vide supra
cap. 14.
In enarrat.
Euang. in die
Ascensionis.
In dissert.
Tubing.
cap. 34.

Lib. de om-
ni præsentia
carnis Chri-
sti contra
Brentium.

In quo Sacramen-
tarij consensio
maxima.

Sacramentariis
concedi potest
quod postulant,
in cœna ipsorū
nec esse nec per-
cipi verum Chri-
sti corpus.

Circa Eucharis-
tiam in Christum
peccant maxi-
mè Sectarij.

Fontes errorum
superiorum.

Namburgi
Principibus ob-
latum, & illyri-
cum aduersus
Osiandrum.

Alius index er-
rorum ad in-
tentionem Christi
pertinentium
hodieq; vigen-
tum.

De nouis Corruptelis

communis est error, Christum ab initio conceptus & ortus sui plenum gratia non fuisse, sed more...

In Euang. Domini. 1. post Epiphani. In Confess. ad Carolum...

Qua affligantur...

Christum erro...

Fingunt Chri...

& Sectis premonitio.

Christus afflicus putat se derelictum a Patre. Caluinus in voce omnino blasphemam erumpit...

Quis vero Christiana mente praeauditus execranda istorum blasphemias non demiretur...

Cur Christus...

Christum enim...

De nouis Corruptelis

tuius rei inquisitionem nec Lutherus necessariam esse iudicabit. O uasrum hominem, qui hac...

In Catechis. anni 55. Lib. 2. instit. cap. 16.

In 27. cap. ad Arb.

Lib. aduersus Saneck. Feldium.

Lib. de omni presentia carnis Christi. Ioann. 20.

In 1. c. Matt. Li. de collatione status Christi. coll. 6. rima.

Lib. de omni presentia carnis Christi.

De Sacramento contra Kemonium. In Lucam pari 2. hom. 10. contra Bullingerum.

In 26. cap. Matth. In dissinat. Tubingensi cap. 27.

Libell. contra Ioannem a Lajco

Lib. contra Westphalium.

Lib. instit. c. 7. par. 17. 1. Cor. 15.

C. In admon. de libris Caluini. Philipp. 2.

& Sectis pramonitio.

POSTREMO de Davide Georgio, impiorum huius aetatis omnium, qui Christo aduersantur, quodam velut primipilo, non possum non meminisse. Is post hominum memoriam (ceborrefco referens) veri Messie personam, doctrinam, spiritum & officium in Germania sibi sumit; is...

In Epistola Iuda.

In lib. de rege sicut regni Iuda.

Apoc. 20.

Apoc. 12.

2. Thess. 2.

Summa impietas Davidis Georgij, de quo scriptum erat Basiliensium.

De impio Rege Monasteriensiu Ioanne Leidsij.

De Sanitate Augusti, V. P. b. et Ioannis Fette pleborum, ad regnum alprantium.

De Ioanne V. P. b. Sartore Imperium am-biente, & arm-pientia.

Infelix progressus & exitus Schismaticorum huius temporis.

Satan per Sa-darios Deum & homines op-pugnat.

POSTREMO

SED

De nouis Corruptelis

SED enim modus & finis tandem aliquis esto in hisce congerendis siue erroribus, siue furo- ribus, quos prophanum studium & impia temeritas Nouatorum in Europam non ita pridem in- uexit. Quis autem Christiano spiritu imbutus, hanc tristis afflicta Christi sponse Ecclesie faciem intueri, hanc sacram sacrosancta religionis disipationem ob oculos ponere, hanc miserabilem tot de fide opinionum atque dissensionum confusionem secum animo reputare potest, ut simul ex ani- mo non ingemiscat, non ob summum summi Dei contemptum, quando sic nomen & uerbum eius blasphematur, horreat, neque cum Magdalena plorante iustus iungat lacrymas, & ad se quoque pertinere non putet illam Magdalene lamentationem; Tulerunt Dominum mecum, & nescio ubi posuerunt eum? Pius enim animus, qui Deum timet, & est Christiane Reipublice studiosus, ex- crari potest, ferre non potest tam atroces, quas ostendimus, in Diuinam maiestatem contumelias euomi, & damnata in aliis perfidiae cineres, qui iam olim extincti iacebant, denuo excitari, nouasq; inde flammis summa cum hominum pernicie toto ferè orbe grassari, ac demum tam apertam in Deum Diuosq; omnes theomachiam impune passim exercitari. Quid uero, si nunc rediuitus apud nos adesset uir sanctus & Episcopus uerè Apostolicus ille Polycarpus? quam inuitus ac dolens hos prodigiosos audiret errores? quanta vi blasphemis doctoribus reclamaret? An non suas ob- turaret aures, ac pro consuetudine gemens iterum diceret: & ἡ γὰρ θεὸς ἀπὸ οὐρανόθεν πέτεται, ἡ δὲ τούτων ἀνέχεται. O bone Deus, inquit, in qua temporame reseruasti, ut haec sustineret? Parum sit scilicet, per istiusmodi uerbi Dei corruptores, quorum uerberior seges in aquilonari orbe nunquam fuit, toti ordini confusionem, pacatissima patria bellum, florentissimis prouinciis clades & strages, amplissimisque regnis exitium inuehi. Parum sit inquam, his auctoribus magistratus profundi, Patres irrideri, Synodos explodi, sanctis hominibus insultari, ueneranda Sacramenta prophanari, & quaecumq; demum ad Ecclesiae caeremonias, ordinem ac disciplinam pertinent, abiici atque aboleri. Verum enim uero ipsa prima principia & quasi fundamenta fidei Christianae fun- ditus concuti, & adoranda magis quam discutienda religionis nostrae mysteria per homines, ne- scio quos, in dubium prorsus reuocari, & ad vulgi iudicium referri, praeterea ueramq; Christi Do- mini & Saluatoris nostri naturam, ipsamq; Spiritus sancti diuinitatem, ac totius indiuiduae sempiternae Trinitatis inexplicabilem maiestatem iam inde à temporibus Apostolorum uno omnium fidelium consensu receptam, in istis & longis decertationibus contra Haereticos defensionem, in celeberrimis Synodis approbatam, ac multis deniq; Scripturarum testimoniis, constabilitam, petulantiter iterum impeti, & rabiose conuelli, deniq; nihil ferè sanctum, nihil inuiolatum, nihil ratum, firmum ac solidum in religione & doctrina Christiana relinqui, id uero nefandum, id inexpiable, nec ullis omnino lacrymis dignè satis deplorandum scelus est, matorum nostrorum etate nulli haudquaquam impune permissum, sed quemadmodum par erat, à magistratibus semper acerrimè uindicatū. Equi- dem non uideo, cur hoc loco & tempore dicere non possit Orthodoxus, quod laudatissimus idem & uetustissimus Martyr Irenaeus, cum nouorum quorundam dogmatum improbitate fuisset offensus, ad Florinum scribens aliquando respondit: Haec dogmata, inquit, ut cum fiducia dicam, sanam sen- tentiam non habent. Haec dogmata dissentiant ab Ecclesia, & in maximam impietatem eos conti- nent, qui ipsis obtemperat. Haec dogmata ne Haeretici quidem, qui extra sunt Ecclesiam, unquam fuissent ausi pronunciare. Haec dogmata tibi, qui ante nos fuerunt Presbyteri, qui & Apostolorum discipuli extiterunt, non tradiderunt. Aut si forte cuiquam placet magis Hieronymi confessio, fas est cum illo Haeticorum expugnatore fortissimo aduersus noua istorum commenta & portenta sic quoq; liberè dicere: Quisquis es assertor nouorum dogmatum, quae te ut parcas Romanis auribus, parcas fidei, quae Apostoli uoce laudata est. Cur post quadringentos annos (nunc etiam post mille) quingentos annos iure dixeris, quod ante nesciuimus? Cur profers in medium quod Petrus & Paulus edere noluerunt? Vsq; ad hunc diem sine ista doctrina mundus Christianus fuit. Illam senex tenebo fidem, in qua puer natus sum.]

Efficiunt uerè priorem in hoc afflicto Ecclesia- rum.

Polycarpus no- uis dogmata im- patienter tu- lit.

Quid maxime deplorandum in Sectariis no- stris temporis.

Ueni & Hiero- nymus senten- tia contra no- uorum dogma- tum dissentia- tores.

Quibus de cau- sis multarum Sectariorū er- rores hie repe- rantur.

MIRABITVR hoc loco forsitan aliquis, cur ego tantoperè laborem in tot monstris here- sion proponendis: cur praeterea in enumerandis illorum erroribus uerfer, quos damnata memo- rie homines ab omnibus esse censendos Ecclesia iudicauit. Igitur ut consilij mei rationem habeas Lector, equidem scripturus de corruptelis uerbi Dei principio grauiore huiusmodi praetermitten- das non putauit, quae bonis omnibus non solum admirationem, sed & horrorem, ni fallor, adferunt: & quas indicasse propemodum consueuisset, praesertim quando illa cum ipsis totius religionis & doctrinae Christianae principiis uelut ex diametro pugnant. Deinde monci Christus Dominus in

Ioan. 20.

Euseb. hist. Eccles. lib. 5. cap. 19.

Vide apud Euseb. lib. 5 Eccles. hist. cap. 19.

Hieron. in Epistola ad Iulianum & Oceanum.

Matth. 7.

Euange-

& Sectis praemonitio.

Euangelio, ut qui sua saluti uerè prospectum uolunt, imprimis à Pseudoprophetae caueant, eos au- tem tanquam putres arbores à noxiis seu pestiferis fructibus iubet internosci. Non igitur erat abs re, si nos cum recentibus Pseudoprophetae congressuri, in huius operis limine cum de aliis gra- uissimis uerbi Diuini corruptelis, tum de pestilentissimis noua doctrinae fructibus Lectorem com- monefaceremus. Nec enim aliter fieri potest, quin malorum seminum mala sit seges, & malus cor- uis malum ouum pariat, uti uulgo dici solet. Praeterea in uerbo DEI degigantibus & Babylo- nicae turris adificatoribus, deq; uulpibus, lupis & uiperis frequens sit mentio: nec dubium, quin hisce nominibus illi designentur, quos antiquitas Paulum secuta Haereticos dixit, & longè nocentissi- mos Ecclesiae hostes semper esse censuit. Etenim crudelitatem plusquam Neronianam in animas hominum immortales exercent, & quicquid sanctum est ac inuiolabile, id sibi labefactandum ac abrogandum ferè proponunt. Quales uerò illi hoc sint tempore, ut nemo in re summi momenti uel erret uel ambigat, ex his, quae diximus, non erit difficile iudicari: atque ut nos maxime tace- remus seipos illi clarissime produnt. Adscribam tamen Pauli Eberi testimonium, qui post Lu- therum & Melancthonem primas tenuit in schola Wittenbergensi, ut uelinde constet certius, quales fructus nouae istae arbores, nouiq; Doctores in suis Ecclesiis ferant. Tot, inquit, & tantis cõ- fusionibus & scandalis deformatur totus coetus (Euangelicorum) ut nihil uideatur mi- nus esse quam quod profitetur. Nam si ad docentes respicias, uideas quosdam uel ambi- tione, uel æmulatione, uel curiositate, doctrinam corrumpere, & falsam doctrinam audacter spargere, aut pertinaciter uerbi: aliquos non necessaria certamina serere & fo- uere implacabilibus odiis, alios religionem inflectere, fingere ac refingere ad nutum & cupiditates uel dominorum uel coetuum, quorum gratiam pluris faciunt, quam glo- riam Dei & ueritatis propagationem, alios uerò uniuersum id, quod uera docendo extruxerunt, morum licentia, & turpitudine uitae rursus destruere. Hi naui conspecti in ordine profitentium doctrinam caelestem, non possunt nõ contristare pios, & mul- tos ab Euangelij studio reddere alieniores. Rursus si ad auditores oculos conuertas, uidebis religionis & libertatis Christianae foedissimum abusum, contemptum & neglectio- nem sancti ministerij, disputationum profanitatem, direptionem bonorum Ecclesiae, ingratiuam erga fideles ministros uerbi, disciplinae laxationem, effrenem cõtuma- ciam iuuentutis, & aliorum uitiorum segetem indies uerberrimam succrescentem, quae mala intuens, non potest non uehementer animo percelli, & interdum quassari flucti- bus dubitationum, ambigens, an hic coetus possit esse Ecclesia, in quo rãtum sit distra- ctionum, confusionum & enormium uitiorum. Haec uera nec minus ingenua Eberi est con- fessio tum de doctoribus, tum de auditoribus Ecclesiae nouae, quae interim de possessione uerbi Dei, & incorruptae doctrinae tantoperè gloriatur. Potissimum autem propter mores nouorum doctorum, quos luculenter depinxit Eberus, hoc illius testimonium repetiimus: ne quis fortasse suspicetur, nos in alium hominum inuidiam aliquid fingere, qui miserabilem hanc speciem et summam defor- mitatem Ecclesiae sua tot tetris opinionibus, & horrendis confusionibus reddūt indies deteriorem, ut hinc etiam discipulorum & seductorum animi mirabiliter excrucientur, ac multi de sua Secta progressu haud obscure desperent.

Genes 6 & 11 Cantic 2. Matth. 7. Act. 20. Matth. 23. Tit 3.

Pres. ut in commentar. Philip. su- per epist. ad Corinth.

Eberi testimo- nium de doctri- na & moribus magistrorum & ministrorum apud Euange- licos.

Quales Sectis Dei auditores apud Euange- licos reperian- tur.

UT autem eodeam uide sum digressus, fuit & illa nobis causa praesentem tantorum erro- rum indicem proponendi, quod inde probatum & persuasum omnibus cuperemus, nouis quidem uerbi Dei ministris & magistris fidem & auctoritatem non competere, sed eos à Diuini uerbi possessione merito reici & arceri, qui tam turpiter in primam & summam maximeq; necessa- riam uerbi Diuini partem impingunt. Etenim cum Christianae doctrinae fontes, ut ita dicam, in uera doctrina de Deo, de Trinitate, de Christo & utraque eius natura consistant, dici non po- test, quantoperè hic isti hallucinentur, & aut ueteres confirmant, aut nouos eosq; ualde pernicio- sos ferant errores. Atque utinam solum errarent, uerosq; gigantes non agerent, ut qui blasphe- mas linguas in caelum mittere, ac immortalem Deum diuinisq; personas immani bello lacefferent, & Christum Dominum palam incesere, haud sine furiosa & Cyclopica quadam audacia moliantur. Quis autem in re tota Christiana minus ferendum, quid grauius incusandum ac seuerius ca- stigandum est, quam cum aduersus aeternam Dei Maiestatem infidelitatis blasphemiaeq; crimen apertè perpetratur, & sincera de Deo fides tam perniciosè opprimitur aut labefactatur, doctrina uerò Satanae publicè confirmatur? & spargitur?

Ad disputatio- nem ex uerbo Dei nõ admittendi, qui pri- mos fides arti- culos male te- nent & negant.

Nihil minus fe- rendum ma- gisq; detestan- dum Christia- no, quam eius in sine.

Q V Æ

De nouis Corruptelis

Quæ tunc ita sint, parum aut nihil, ut spero, Lector mirabere, nos pro ea, quam ad adificationem Ecclesie accepimus potestate, in aduersariorum aliquando libris versari, indeq; magis...

Qua ratione, & in quorum gratiam hic sepe citentur Scripturæ

De Seruo vsu Verbi Dei & communi eius abusu admonitio

Verbum Dei, sicut ipse Christus, petra scilicet & signum contradictionis huius temporis.

Quos hodie Seruum Dei præcipue scandalizet.

Horræda Brunfelsij blasphemus.

Matthæus Evangelicæ lapsum innotuit Cornelium Agrippam.

In epist. In da.

Roman. 2. Iacob. 1.

Luc. 11.

Luc. 2. 1. Pet. 2. 2. Cor. 3.

In præfat. de paradoxo.

Probl. mat.

De Vanit. sicut. c. 99.

& Sectis præmonitio.

thæus, quando scripsit Christum nondum mortuum, dum lancea latus eius aperuit. Offenduntur, qui tam angustos limites verbo Dei circumscribunt, ut in solis literis & scriptis Biblicis quæ circumferuntur, illud herere contendant: nec intelligunt multo esse antiquius, latiusq; Dei verbum patere, quod ante Moysen etiam prius Patres tenebant, verbum inquam veritatis, verbū insitum, quod potest saluare animas, sicut Iacobus appellat, verbumq; credentibus euangelizatum, ut à Petro dictum est, quod Apostolorum viua voce traditum & Ecclesie commendatum, non minùs quàm scriptum illud manet in æternum. Offenduntur, qui verbum Dei ad nouum librorum indicem, siue ut vocat, Scriptura canonem reuocant, suasq; priuatas opiniones in re tanti momenti, cõmuni Ecclesie iudicio anteponunt, ut pro libidine sua de libris sacris non sacros faciant, & quos ipsi demum velint, tum veteris tum noui instrumenti libros è suo dimoueat loco, sicut nonnullos hodie sacri canonis circumcisores isti leues ob coniecturas dimouerunt. Offenduntur, qui verbū Dei mala fide vertunt variasq; in linguas transfundunt, ut ita liberius non solum à probata Ecclesie versione Latina discedant, sed etiam ad suum & Sectæ institutum torqueant omnia, rudes interim ac imperitos egregie fascinant. Hanc plures et liberiores Bibliorū interpretationes nulla vidit atas, & illas ipsas publici Ecclesie hostes, nulla quidem autoritate commendati, audent obtrudere, nimirum Lutherus, Zuinglius siue Tigurini, Pellicanus, Bucerus, Caluinus, Castalion, Beza, Robertus Stephanus. Et hi mirum, quantoperè inter se dissentiant, vbi de rebus etiam maximis agitur, quotq; prophanas vocum nouitates inducant, formam sanorum verborum, ut Paulus præcipit, minime obseruantes. Offenduntur, qui germanū diuini verbi sensum & iudicium sibi & aliis, adeoq; communi vulgo permittunt, & ne parum extra viam currant, sine duce, sine norma et amissi, probatis Ecclesie iudiciis, Patrumq; suffragiis vel contentis, vel prætermisissis, in Dei verbo liberè vagantur potius quàm vllum rectè philosophandi ordinem tenent. Qui deniq; ut semel absoluant, licet verbum Dei legant, tamen ea quæ dicta sunt benè, priuato spiritu freti, & sensu sua carnis inflati intelligunt malè, & sicut Petrus de quibusdam dixit, ea quæ in Scripturis difficilia reperiuntur, ad suam ipsorum, sæpè & aliorum perditionem sceleratè deprauant.

Iacob. 1. 1. Pet. 1. Esai. 40.

2. Tim. 6. 2. Tim. 1.

2. Pet. 3.

Esai. 6. Matth. 23. Psal. 68. Rom. 16. a. Matth. 11. b. Esai. 5. c. Prover. 3. Roman. 7.

Matth. 11. Prover. 11. Lib. 3. cõtra Valer. c. 40. d. Prover. 4. e. Cõtra Corneliarum ha. ref. 59.

Circumcisores sacri canonis multis.

Non fidendum nouis Bibliorū Seruionibus.

Non est omninõ Serbum Dei intelligere vel interpretari.

In Serbum Dei impingere quò sit periculosum & perniciosum.

Pesimum arrogantiæ genus in sacris scribenda.

Exemplum discende Theologia à Basilio et Nazianz. sumendum.

In Serbo Dei offendi graue.

VSQVE adeò verum est quod diximus, non modò Christum Dominum, sed & ipsum Dei verbum Christi. Euangelium sicut hac vnguam, & nunc inprimis rectè dici petram scandalis & lapidem offensionis, in quem Europæi potissimum impingant, ut quos velut agris oculis affectos diuinum huius verbi lumen offendit, eorū, infelicitatis deducit, ut quemadmodum perfida Iudeorum genti accidit, videntes non videant, & audientes legentesue non intelligant, utq; mensa eorum fiat in laqueum, & in captionem, & in scandalum, sicut ex Prophetis literis repetit Apostolus Paulus. Atq; in hanc grauem Dei maledictionem frequenter incurrun, quos Christus mundi sapientes, Esaias coram se prudentes, & Salomon prudentia sue innitentes appellat, qui tunc vel maximè falluntur & fallunt, quum in sacris se plurimum sapere arbitrantur. In hos enim verè cõpetit Apostolicum illud: Euanuerunt in cogitationibus suis, & obscuratum est insipientis cor eorum: dicentes enim se esse sapientes, stulti facti sunt. Etenim qui suis præsidunt ingenijs, & in verbo Dei rùm intelligendo, tum interpretando permultum sibi sumunt, quod ego ut summum, ita & pesimū arrogantia genus esse dixerim, hos iustus Deus singulari quadam stultitia pena plectere consuevit, ut in crassos etiam ac fædos prolabantur errores, utq; ipsorum insipientia magis magisq; manifestetur. Nam à Deo deserti, & in sensum reprobum traditi, cælestis doctrinæ lucem eam non possunt aspicere, quam luminū pater suis paruulis et humilibus Ecclesie filiis reuelare dignatur. Rectè igitur Salomon: Vbi fuerit superbia, inquit, ibi erit & contumelia: vbi autè est humilitas, ibi & sapientia. Tum sicut Irenæus Martyr affirmat: Vbi est Ecclesia, ibi est Spiritus: & vbi est Spiritus Dei, illic Ecclesia & omnis gratia: Spiritus autem veritas. Proinde quod in Proverbiis legimus, Ne declines ad dextram nec ad sinistram, ad Ecclesiam pulchrè transfert Epiphanius, indeq; sententiam notatū dignam colligit: Non declinabimus hinc aut illinc, sed via regia ibimus. Hæc via regia, inquit, sancta Dei Ecclesia, & iter veritatis. Quam regiam viam, unde ad sapientiam scientiamq; diuinam rectè perducimur, Basilius Magnus & Gregorius Nazianzenus sedulo tenuerunt, summam doctrinæ Theologicæ laudem hinc consequuti, quod post absoluta bonarum artium studia diuinis literis operam ita dederint, ut ingenio atq; iudicio proprio diffusi, Scripturæ sacre sensum non nisi ex Ecclesie sensu, & à Patrum veterum sententiis sibi accipiendum esse putarent, sicut Socomenus memoria prædidit.

ET SI verò perperam & miserè cum illis agitur, qui in Dei verbo, ut diximus, offenduntur: graui

De nouis Corruptelis

Grati quippe & inexcusabili laborant ignorantia veritatis, dum loquentem & docentem in Ecclesia Spiritum recusant audire: attamen longe deterior eorum est conditio, qui alios in eodem verbo clam vel palam offendunt, ita ut simplices illaqueent, & corda seducant innocentium. Hoc est, non solum de via dycedere, sed in lege complures etiam, ut Malachias habet, scandalizare, sicut Paulus de multis est vaticinatus: Mali homines & seductores proficient in peius, errantes & in errorem mittentes. Hos igitur caecorum duces, insipientium eruditores, infantium seu imperitorum magistros, luposque rapaces gregi Dominico non parcentes appellat, qui cum sint ministri Satanae, tamen in ministros iustitiae norunt sese transfigurare. A genus hoc quidem errantium & diuino verbo abutentium est longe pestilentissimum, quod Christus Dominus ac Apostoli eius omnino vitare iusserunt, ne diuini verbi semen ab his impostoribus adulteretur, neue oves incaute profidis pastoribus meros Lupos admittant. Vbi rationes aliquot explicanda sunt, cur nouis doctoribus fidem habere non deceat, quantumuis verbi Dei specioso prae-textu non secus ac ouilla veste se suumque ministerium tegere & ornare contendant, quum ipsorum quidem verbum Dei verbum nullo modo esse possit.

PRIMUM enim si Scriptura sacra non in legendo, sed in intelligendo consistunt, ut boni omnes cum Hieronymo aperte fatentur, remere sibi verbum Dei arrogat, falsosque iactant, qui a germano verbi sensu se alienos esse declarant. Frustra enim in verbo Dei philosophantur, & genuinum sensum eius assequi nequeunt, qui parum aut nihil illi, quae optima Scripturae magistra, custos & interpret est Ecclesia, largiuntur. Huius auctoritate semota, ne dicam plane coartata, quid, isti aliud nisi lucem ad Scripturas intelligendas diuinitus oblatam repudiant, seque matris Ecclesiae, cui reuerentiam obedientiamque debebant, desertores spurios & nothos reipsa commonstrant? An hoc est Ecclesiae vocem audire, aduersus eius traditiones, Synodos, Canones & consuetudines excipere, consentientes autem in fide & doctrina veteres Patres pro sua libidine insecrari, noua ut sua sensa in verbo Dei mordicus tueantur, priuatoque spiritu diuinae oracula metantur? Verbum Dei scriptum ita urgent, ut quod vix voce inde ab Apostolis traditum & in Ecclesia conseruatum ad nos usque peruenit, nullo ferè in precio habeant. Quale autem verbum nobis obrudunt? quod nempe maiores nostrorum seculis ignorarunt, quod eadem fide, ne dicam fraude Eunomiani, Ariani, Vigilantiani, Iouinianistae, Donatistae, Iconoclastae, id est, damnae olim Haeretici, praedicarunt, quod licet demum in multis recens atque commentitium, & cum Lutero ipsum natum sit, nullis tamen miraculis, aut spectata vitae moribus fide dignis corroboratur. Hoc istorum verbum literam simul & spiritum, uti par erat, non complectitur, sed litera constat, quae per eos, pro dolor, tam multos occidit, spiritu autem caret, qui extra Ecclesiam neminem viuificat, ut recte admonet Augustinus. Quis obsecro spiritus bonus, rectus, sanctus & principalis in illis, illorumque verbo inesset, qui tot Sectis inter se dissecti, tam diuersis & aduersis opinionibus distracti, perpetuo diuisionis spiritu agitantur, nullamque fidei doctrinae unitatem ostendunt, atque ita pulcherrimam & necessariam illam verae Ecclesiae notam amittunt, de qua scriptum est: Multitudinis credentiam erat cor unum & anima una? Illo autem spiritu quem neque, promissit Christus, neque, accepit Ecclesia, sunt afflati, spiritu, inquam, qui & veterem impietatem & nouam perfidiam, Dei verbo licenter excusat, quique sacrilegam plurimorum separationem ex eodem verbo frustra defendere nititur, quum sese ab Ecclesiae capite, corpore, unitate, magistratibus, doctoribus segregat, & quiduis potius quam Catholici in sua religione esse contendunt. Veteris & puri Euangelij quum olim tractaretur, & ad hoc sincerè tractatur, fructus pulcherrimos & amplissimos nouimus. Noui autem & deprauati Euangelij sine verbi Dei, quod à Pseudoeuangelicis hodie traditur, initia turbulenta, progressus tristissimos, & fructus acerbissimos experimur. Hinc è nouis Euangelicis tot illusores, blasphemii, animales secundum sua desideria ambulantes in impietatibus, sicut propriis notis eos Apostolus quidam vaticinando depinxit. Quapropter sicut falsa & adulterina moneta, bona & probatae pecuniae nomen ac virtutem amittit: ita verbum vel Euangelion haeretico sensu corruptum, vel aduersus communem Ecclesiae sensum & consensum prauè detortum, Dei verbum esse desinit, & hominum adeoque demonum verbum dici haberi, meretur, quod semel quidem in vulgi animos transfusum, quouis est toxico perniciosus. Vanam interim & Haeticorum propria est verbi diuini iactatio, ad quod prouocantibus, & in quo solo certamen victoriamque constituentibus iam olim satis superque, respondit Tertullianus. Ceterum quoniam plus a quo excreuit oratio, & hanc praemonitionem prolixiorem fuisse sentio, abrumpam tandem caetera, quae de verbo Dei & corruptelis eius,

sed grauius illis alios offendere. Verum Dei Scribunt frustra sibi falsosque, utrague Nuntiorum.

Habent noua, tores literam sine spiritu.

Haeretici inter se diuisi, quo spiritu diuisi operantur.

Longè diuersi fructus veteris & noui Euangelij praedicati.

Malach. 2. 2 Tim. 3. Roman. 2. 1 Cor. 11. 1 Tim. 4. Iuda. 1.

Contra Lu. ciferian.

Epistol. 50.

Actor. 4.

Iuda. 1.

Lib. de praescrip. Haeticorum.

& Sectis praemonitio.

eius, de quo, Centuriatoribus ac toto illorum instituto subiicere cogitar am, ac iam ferè mihi conscripseram. Erit alius, ut spero, de his aliquando tractandi locus, cum Christi bonitas fauerit, & occasio se obtulerit oportuna. Precamur interim à Deo Opt. Max. ut Ecclesiam suam, qua nihil in terris habet aut charius aut illustrius, sacri verbi sui pabulo sincerè pascendam curet, eamque à verbi corruptelis atque corruptoribus vindicet, & beatum hoc semen nobis in agro suo incorruptum frugiferum & salutare semper esse concedat.

In Librum primum de Corruptelis verbi Dei, Praefatio.

QUONIAM visum est nobis, de personis Euangelicis secundum Jesum Christum Dei Filium longe praestantissimis differere, ut potè quae Christianis orbis precipuo quodam studio, magnoque consensu iam inde à primis nascentis Ecclesiae temporibus semper est venerata, à Joanne Baptista admirabili sanè & incomparabili viro libenter ordimur. Nam & Marcus et Lucas historiam Euangelicam aggressuri, primum Joanni tribuunt locum, & nullus est alius Christi Domini testimonio commendatior, qui sit inter natos mulierum hoc vno maior in lucem editus. Eum c. Tertullianus antecursorem & preparatorem viarum Domini, vociferatorem in solitudinem, nec non limitem quandam inter vetera & noua constitutum appellauit. Dixit etiam Gregorius Nazianzenus Joannem veterum & nouorum esse medium, siue uti veritatis interpret, mediatorum eundem c. Paulinus Euangelij sacramentum, & legis metam: Cyrillus verò Hierosolymitanus inter Prophetas maximum, & noui Testamenti archiducem, qui ambo Testamenta in se quodammodo conglutinari: & Chrysologus demum legis & gratiae sibiulam, quae diploidem summi Sacerdotis sancto patri ingebat in pectore, non inuenisse vocauit. Præterquam verò de hoc altissimi Prophetæ sic enim & a patre Zacharia nuncupatur) qui omnibus modis, ut praedixit Gabriel, magnus coram Domino fuit, dicere aggrediamur, non erit equidem praeter institutum, ut opinor, lectorem submonere, quam tractandi rationem in hoc primo libro, qui ad Joannem Baptistam pertinet, Christo aspirante, simus obseruaturi.

PRIMUM quoties nouum inchoamus caput, nouam in Euangelio sententiam, quae de Joanne scripta sit, velut sequentis disputationis argumentum & scopum, nobis proponimus. Indicato autem huiusmodi loco Euangelico, ad Magdeburgicos historiarum consarcinatores, qui à tot tantisque Centuriis à se coagmentatis Centuriatorum appellationem adepti sunt, statim nos conuertimus, eorumque sententiam, imò & verba propria subuicimus: his nostra deinde censura succedit. Ea simul excutit & expendit errores alios, qui proposito argumento sunt affines, & à nouitatis studiosis hodie in Ecclesiam inuectantur. Neque, tamen vel strictim attingimus, vel copiosè pertractamus omnia. Quis enim in consuetudinis iam multis tot aduersariorum corruptelis & maledictis, quibus infinita illorum scaent volumina, aut modus, aut finis esse posset? Illud nobis sat esse visum est, velut ex amplissimo Euangelicae Scripturae campo flores carpere, eosque, in personis, de quibus precipue agere instituumus, accommodare, ac simul ostendere, quae fide ac reuerentia nunc Sectarij personas Euangelij praeceperunt, easdemque sanctissimas trahent. Hinc porro iudicare licebit, quantum istiusmodi scriptores, potissimum verò Magdeburgici, in aliis tum personis, tum historiis describendis audeant sibi, permittant, qui de optimis quidem & in verbo Dei probatissimis hominibus tam male merentur. Igitur varios & graues errores, & non satis antea cognitatos, ut quidem existimamus, in verbo Dei historiaeque Euangelicae corruptelas, pro ingenij quidem nostri mediocritate eruiimus, excutimus, planeque, reuicimus, ut non solum deprauata Scripturae loca cognoscantur, verum etiam germano sensui multa illorum restitui possint. Nihil autem ardentius exoptamus, ac opere hoc toto spectamus magis, quam ut Christiana veritatis saluariusque doctrinae fons Euangelica historia constet integrè, & verbum Dei (manna illud verè caeleste incorruptum) maneat, neque ad omnem tum serendam, tum fouendam impietatem deprauatorum libidini audaciaque, inferuiat. Nec enim nefarias nequissimi ac versutissimi Satanae machinationes, pestiferaque, consilia ignoramus, qui suos passim satellites (Paulus falsos fratres, iniquitatis operarios Satanaeque ministros vocat) ad verbum Dei adulterandum excitat ac impellit: atque hinc tot Sectarum alij propagatae, in Europa familias, ut earum neque instituta percenseri, neque numerus iniri facile possit. Quod ad me attinet, quoniam nullius hominis ledendi, sed sincerae tantum fidei & doctrinae Orthodoxae vindicanda causa hoc mihi onus imposui, à Domino Jesu Christi veritatis auctore ac vindice supplex precor, ut his qualibuscumque tandem captis propitiis adesse, nostrisque conatus in sui sancti nominis gloriam, & ad lectorum commodum bene fortunare dignetur.

a Marci & Luca 1. b Matth. 11. c Tit. 4. ad Marcium Marcionem. d Orat. funebri in Athanasium. e Natali 9. de Felice. f Catechesi 8. illuminat. g Serm. 91. h Luca 1.

Tractandi modus in hoc opere obseruandus & ordo.

Praecipue hinc agi de Sectis de Sandicando.

IN CHRISTI OPT. MAX. PRAE-
CURSOREM S. IOANNEM BAPTISTAM, CARMEN
PHILIPPI MENZELII, MEDICI D. ET APVD INGOL-
STADIENSES PROFESSORIS, AC P. L. & C.

VIRTUTI ne priscaus honos, neu gratia constet
Villa piis hominum caeptis, operumq; labori:
Anxius id toto iam dudum pectore captat
Hortator scelerum, Rex lamentabilis Orci.

Ergo DEICIUOS Superos, quos aurea caelo
Admouit pietas, & casta sobria vitæ
Temperies, sanctusq; rigor, CHRISTO auspice, CHRISTE
Omnia vulneribus sese debere fatentes,
Aeternis sequiturq; odiis, rancoreq; dira
Ex animis abolere hominū frustra improbus ardet.
Primus in hoc numero, clarum iubar aetheris alti,
ZACHARIA satus ingreditur: cui contigit vni,
Ex omni vatū serie, digito indice coram
Præsentem monstrare DEVM. Non sanctior illo
Mortales partu muliebri venit in auras:
AGNVS ut ipse, hominum commissa piacula delens
Morte sua, sacro populis DEVS edidit ore.
Qualis ab Eois emergens rosidus undis
Lucifer ante diem: diuino à Numine missus
Non equidem lux ipse fuit: sed luminis orti
Monstrator, testisq; & inenarrabilis illa
Vox VERBI, fremitu deserta per auia magno
Vssq; sonans, vsq; ingeminans placitasq; Tonantē
Ritē parare vias, & rectum sternere callem
Educat. Nondum maturi tempora partus
Expierat grauida tener infans matris in aluo:
Quum plenus veniente DEO (quis crederet?) idem
Virginis ad vocem consanguinitate propinqua,
Gestantis iam vtero Diuūmq; hominumq; satorem,
Exultauit ouans: maternaq; viscera motu
Perculit insolito: Dominumq; minister adorans,
Aduentus ea signa dedit Præcursor herilis.
An verò auspicia hæc aliquid vulgare sequatur?
Miros nempè ortus, atq; incunabula mira,
Lætitia multis ingens que caussa fuere,
Terminus & Vatū, & Moisa clausula Legis;
Exceptit sanctæ genus admirabile vitæ.
Nang puer, curas pluquam versare viriles
Ingressus patria se protinus abstulit vrbis,
Sola colens nemorum loca, desertosq; recessus,
Propter aquas, & littoreis sub rupibus alti
Iordanis: donec, Superis voluentibus, olli
Tempus erat toto celebrariet Israël.
Hic breuib; somnis, instrato duracubili
Inter saxaiacens, animo sed in aethera raptus,
Luce DEO, noctūq; vacans, pro murice & auro,
Circum humeros, circum pellitos horrida lumbos
Villoso tunicam gestabat terga Cameli.

Carmen in D. Ioannem Baptistam.

Victus ei constans epulis mirandus inemptis,
Quem nemora ipsa dabant vltro, viridesq; locustæ,
Syluestrisq; caua mellis fauus ilice lectus.
Non dulcem vitis laticem, nec cætera nōrat,
Qua mulcent hominum genialia pocula mentes.
O fortunata tanto nimis hospite sylua:
Et sylua, & scopuli, & ripa Iordanidis vnda:
Quas habitans sancto toties pede circuit Heros:
Quas latè impleuit sanctis clamoribus idem,
Omnia permulcens, minimeq; humana locutus.
Iure igitur Solymeq; omnis, Iudæaq; tellus,
Et que cedrisferis Libani de montibus ortum
Accola Iordanem potat gens, agmine densò
Certatim campis huc se effundebat apertis.
Sed quid ad hæc adeo ruitis deserta frequentes?
Ecquid arundineam, venti ludibria, cannam
Existis visum populi? num mollè relucens
Purpureo petitur vobis homo comptus amictu?
Quas sunt delicia cordi, pretiosaq; vestis,
Mollibus hos aulis, intraq; palatia regum
Querite. Sin vatis vos autem cura videndi
Fors tenet: En vates, & vate insignior hic est;
Viuida cui virtus, cui spiritus acer Helia
Mentem agit, cæli cumulans præcordia blandis
Ignibus: En ardens illustri luce lucerna.
Pœnitat scelerum (geminatis vocibus ille
Exclamat) nunc in melius se quisq; referte
Conuersis animis. nunc imo ex corde piandum
Crimina tetra. Salus caelo demissa propinquat.
Hæc vates, multa increpitans, mulumq; minatus,
Quifaxint contra: Simul & de flumine viuo
Accurnus ripa, ac submisso poplite sidens,
Hauribat purum laticem: dextraq; rigabat
Ritè caua longo venientes agmine turbas.
Quid loquar, ut vasti seruator, & arbiter orbis,
Alma DEI soboles, almus DEVS ipse, caduco
Sese corpore agens, hunc sit dignatus ad amnem
Ferre gradum: vatisq; sui nihil indignus vltro
Excipere infusas humeris è gurgite lymphas?
Quanquam ille abnueret tanto se munere dignum
Incusans: humilisq; altum fugit aret honorem;
Qui nec ad ima pedum tegumenta, & vincula eidem
Discingenda, locum sibi iam ipse reliquerat antè.
Ecce autem patuit cæli detecta repente
Immensa domus interior plenissima luce:
Tum rutilans latè, & rosea circumdatus æthra
SPIRITVS ille DEI, niueæ quem forma columba
Claudebat, liquidò sublimis in aère pendens,
In sedit tacitum, tacito sub Numine, Numen:
Et tonuit grandi vox sparsa fragore per auras:
Filius hic mihi dilectus, mea magna voluptas.
Talibus at visis, hæcq; argumenta secutus
ZACHARIDES secum ambigua quod mente putarat.

Carmen

Nil dubius verbis iam proclamare disertis,
Hunc populis, hunc esse DEVM testatur, & AGNUM,
Impia lustrantem scelerati crimina mundi.

Atq; pererrato veluti qui littora Ponto,
Post longas mille ambages, variumq; laborem,
Iam propiora videt, remis iter omnibus urget,
Quod superest, portuq; aspirat anhelus amico:
Sic ille, ut licuit presentia Numinis ora
Aspicere exoptata diu, coramq; tenendo
Mirari, sibimet stimulis magis acribus instans,
Inuasit reliquum, qui ducit ad aethera, callem.

Nec cessauit enim praecepta salubria vitae,
Exemplo, dictisq; potens, in vulgus apertum
Spargere: quid facerent, qui vectigalia captant
Publica: laudati quae partes militis essent:
Quod munus populi: patrum quos curia mores
Posceret: assiduus pacis, veniaq; petenda
A Superis monitor: scelerumq; immanibus ausis
Asper, inextincta minitans incendia flamma:
Donec sacrilegi reprehensa libido Tyranni
Incesta illa, & perfidia, heu, sceleratior omni
Promissis seruat a fides, nil tale merenti,
Attulit exitium, post vincula dura, cruentum.

Hic vitae cursus fuit, atq; haec meta laborum
Fatidico Heroi: sanctam sic detulit ille
Ad sanctos animam truncato funere manes.

At pater ignipotens, tenebrarum, & noctis opacae
Lucifugus princeps, rigidi capitalis honesti
Idem hostis: semper cui magnopere obstitit ingens
Gloria caelicolum praestantibus inclyta factis:
(Nam turpi luxu & per dedecus omne nefasq;
Imperium tantum ille suum stabiliiuit, & auget
Nunc etiam) tantos an summi vatis honores
Aequo animo tulerit: neq; dum conuellere tentet?
Nec rebus metuatq; suis, regnoq; labanti;
Si mortale genus tali duce, talia sectans
Auspicia, angusta penetrarit limina portae,
Ad caelum quae pandit iter? si libera colla,
Et mollem genium felicia sub iuga CHRISTI
Miserit? atq; ideo tam viua exempla sequendo
Non sola credat se credulitate beari?

Haec enim ille quidem nil non fraudumq; doliq;
Pectore fecundo promisit: nihil artis inausum,
Versutus fingenti opifex veterator omisit:
Vt minus agniferi clareret gloria Diui.
Exuuiis etenim crudis, hirtosq; Cameli
Tergore detrecto, simulans tibi, maxime Vatum,
Affingit mollem tunicam, quae stamine leui,
Et picturatis texta interluceat vndis.
Syluestres etiam, tua fercula mira, locustas
Inuidet: illatum facit hoc sub nomine mensis,
Nescio quem lapidum, vicino à flumine, cancrum.
Nec credi deserta velit, quibus abditus olim

Vitasti

in D. Ioannem Baptistam.

Vitasti humana metuens contagia culpa:
Sed potius nemo umbriferum, saltusq; virentes,
Et collem patry prope dulcia limina tecti.

Obene compositos astus? dicitur Satana
Commenta haec, quibus antiquas accidere laudes
Herois, vitasq; exempla per aspera ducta,
Vna eademq; opera, summo conamine tendit?
Haud tamen effectum dabit hoc labor improbus illi:
Nec pia fata sinent, & qui promissus ab alto est
SPIRITVS, ut mundo pro viuis somnia rebus
Imponant: & visinuiti Adamandina veri,
Seculorum longo conseruata ordine, demum
Fracta dolis, vanaq; hodie nouitate fatiscat.

Tuq; ideo (nam te digna est eacura: potesq;)
Sancte Senex, Diuum semper cui gloria cordi,
Et defensus honos, & auita Numinis ara.
Huc ades: haec Lemurum portenta, haec dissiice spectra
Ore sacro: inferna noctem caliginis atram
Differ, & aetherio priscorum lumine Patrum
Vince potens. Miseras artes, diriq; Satana
Os mendax, quo non superum solet inuidus vlli
Parcere, cognoscant te iam nunc indice tandem
Mortales, monitiq; debinc meliora sequantur?

EPIGRAMMA
AD LECTOREM.

Quo maior nullus, quo non praestantior alter,
Cui neq; prisca parem saecula tulere virum:
Et quem veridico laudauit Christus ab ore,
Suppositum sacrum cui Deus ipse caput:
Hunc violare tamen linguis petulantibus audent,
Qui solam toties occinere fidem.
Verum his egregia pietate Canisus obstat,
Bellipotente gerens praelia sancta manu.
Ergo ut praestigias, fraudes, mendacia nois,
Viq; hamum fugias, quem tegit esca nocens.
Haec veneranda pio meditato scripta labore,
Atq; salutarem volue, reuolue librum.

F I N I S.



LIBRI PRIMI DE VENERANDO CHRISTI PRÆCURSORE IOANNE BAPTISTA,

CAPVT PRIMVM.

Exultauit infans in utero eius: & repleta est Spiritu sancto Elizabeth. Luca 1.

Puer autem crescebat, & confortabatur spiritu. Ibidem.

MAGDEBURGENSES.

QUIBUS verbis velut punctis, Euangelista indicat, Ioannem in primis annis fideliter in sacra doctrina imbutum, & feliciter in ea progressum esse, ita ut egregium pietatis specimen de se praeberet. Et postea: Verisimile est, Ioannem in bonorum virorum scholis literarum semina percepisse. Cent. 1. lib. 1. cap. 10. col. 357. Tum alibi: Baptista in schola domestica sanctissimorum parentum, nempe Zachariae & Elizabethae, magna sedulitate institutus est. Deinde haud dubie alios quoque pios ac doctos viros audiuit.

CENSURA.

RAUCIS PERSTRINGIT LUCAS, ALII VERO EVANGELISTAE ne attingunt quidem, Ioannis pueritiam, quemadmodum & Christi Saluatoris infantia non adeo copiose descripta est. Ac proposita quidem Lucae sententia satis indicat, in Ioanne puero sapientiam, virtutem, omnemque gratiam spirituales, quam inde ab utero matris acceperat, paulatim creuisse: neque solum corporis robore, verum etiam animi ornamentis ac dotibus paulatim illum auctiorem ac illustriorem euasisse, ut in dies magis ac magis in eo elucesceret diuini spiritus dona, quae Christi praecursorem tantopere ab Angelo iam ante laudatum decebant. Quod minus admirari conuenit, quod Ioannes in illa etiam molli, ac alioqui lubrica aetate, suos haud dubie superaret aequales, neque cum aliis paria fecerit, non puer modo, verum etiam adolescens. Haec nos obiter annoramus ad Lucae sententiam explanandam, utque totus locus de Ioannis pueri studiis & educatione rectius intelligi queat. Caeterum quid hic aduersarij sentiant, superiora illorum verba non obscure declarant, in quibus hoc potissimum reprehendere cogimur, quod nimium secundum carnem & iudicent & loquantur, dum vulgarem dumtaxat educationem Ioanni attribuant: nec aliam eius rationem haberi volunt, atque aliorum ferè studiosorum, quos quotidie à suis parentibus & paedagogis ad literarum studia morumque disciplinam sensim prouehi & informari cernimus. Nec enim desunt praecleara scripturae testimonia, quae tenent illam Ioannis aetatem apprimè commendat, eique singularem indicent praerogatiuam, & occasionem nobis omninò praebent, hac de re sublimius aliquid cogitandi. Etenim non à parentibus solum & vicinis, sed multò magis etiam ab aliis longius distitis, vox illa celebrata est; Quis putas, vel sicut nonnulli codices legunt, Quid putas iste puer erit? ut pote qui necdum natus, tantam sui admirationem vulgò concitaret, ut stupor omnium occuparet animos, certamque iniiceret spem, & expectationem commoueret rerum maximarum, quas per illum Deus aliquando euidenter operaretur. Neque verò illos ista sefellit opinio, vel diuinitas potius: quoniam Lucas adiungit; Manus Domini erat cum illo, in imbecilla etiam aetate praesens & efficax: & totius quidem vitae curriculo Deum sibi valde fauentem atque munificum sensit: nec solum postquam in hanc lucem est editus, sed etiam cum in matris utero gestaretur, se admirabilem praebuit mortalibus.

Lucas.

Lucas.

TRIBVNTVR & Eliae Thesbita puero miracula, sed quae Ioannes alter Eliae, quantumuis puer, facile superat. Eliae pater Sobacha vidit filium ab angelis albicantibus salutari, & igne tanquam fasciis inuolui, flammaque ignis, velut cibo, sustentari. Quod portentum cum patre animo dubium & admirandum teneret, profectus est statim Hierosolymam,

Solum Lucae in Ioannis et Christi pueritia descripta scripturae cap. 1. & 2.

Qua Ioannis pueritiam commendat.

Ioannis & Eliae collatio in pueritia.

A Iymam,

Iymam, & ad sacerdotes visa retulit. Cui respondit oraculum, fore ut puer in luce habitaret, & quae diceret, pondus atque auctoritatem haberent, quodque in gladio & igne Israëlem esset iudicaturus, quem admodum Epiphanius & Dorotheus literis prodiderunt. Confert hunc puerum quoque Bernardus cum alio etiam verè admirando puero Hieremia, sed Ioannem merito anteponit. Ille quidem in vtero matris sanctificatus, inquit: hic Spiritu sancto repletus fuisse cognoscitur. Id quod verbis etiam Athanasij, quae in synodo Chalcedonensi recitantur, potest comprobari. Ioannem longè gloriosior virtus implevit (sic enim pergit dicere Bernardus) qui & sanctificatus est à peccato, & ita dominante Spiritu superflusus, ut & purgatus exeat & repletus. Verè magnus coram Domino, quem Angelus nuntiat, sanctificat Deus, Spiritus replet, vita commendat. Fuit & Hieremias puer consecratus in Prophetam, sed hic in plusquam Prophetam, & licet ille populo futura praediceret, non tamen conuersationis humanae declinavit aspectus. Ioannes autem aetatis supergressus infantiam, & nobilioris generis generositate oblitus, soli vacat diuinitati. Ex quibus illud demum est consequens, ob admirabilem & nunquam satis praedicatam Ioannis infantiam, haud sine graui ratione factum esse, ut quod sanctis aliis tribui non solet, dies eius natalitius solenni ritu, magnaque religione tot ab hinc seculis ab Ecclesia quotannis celebretur. Qua de re non solum Bernardus, sed etiam Chrysostomus, Augustinus, Maximus & Beda diserte concionantur.

De sermone Ioannis natalitium.

Inferiora dona Ioannis Baptista pueri.

Ioannes in materno utero per gratiam labori graui.

Ioannes per duce Spiritu quae gestit.

In Vita prophetarum b In synopsi c Sermo de excell Ioan Baptista d Ex orat. contra Arrianos.

LUCA

In homilia et sermone de nati. Ioannis Baptista.

LUCA

Hierem. x. c Ambros. serm. 63. de S. Ioanne Hieron. in x. c. Hierem.

Ioan. 4. 1. 1. 137. f Contra Iudeos g In Enang. Ioan. lib. 1. cap. 7. Luc. 1.

hunc sensum rectissime Lucas, Puer, inquit, crescebat & confortabatur spiritu: quo sine profecto nec vitam in tenella aetate tam admirabili modo institueret, neque ad tam singularem & diuinam illam sapientiam primus Euangelij regni que coelestis praeco perueniret. Magnus ille coram Domino inde ab aetate prima esse debuit, quem admodum Angelus patri eius vaticinabatur: magnus videlicet fide, confessione, doctrina, sapientia, iustitia, continentia, abstinentia, fortitudine, constantia: qui non tantum ut Elizabethus, in spiritu, verum etiam in virtute Elizabethae summi & admirandi Prophetae ante Christum praecessit, ut Origenes annotauit.

4. Reg. 1. b 3. Reg. 17. Eccles. 48. c Tract. 3. in 17. Matth.

d Serm. in nati. Ioan. Baptista.

e In Ioanne hom. 12. f Operis imper. in Matthe. hom. 3.

g De fide lib. 4. cap. 4. et in Luca lib. 2. cap. 1.

h Hom. 7. in Lucam.

LUCA 1. i De reconcilia. monach. et orat. 1. de pace. Serm. 64.

k In Vita D. Antonij. l Lib. 1. de doctrina Christiana. m Alanus in Vita Bernardi.

n Ioannes à Deo eruditus.

o Lib. 1. Dialog. c. 1.

Quis igitur, si è scripturis iudicet, remque ipsam accuratè perpendat, huic lectissimo puero non plus largiatur, quam à nouatoribus concessum est? Quis aut Bernardi sententiam non laudet atque comprobet, quae ille diserte pronunciat: Ioannem non praedicatione, sed inspiratio docuit, quem repleuit spiritus in vtero matris suae, ut iam Christi sentiret aduentum, qui nec dum sentire poterat vel seipsum? Atque iterum: Ioannes, inquit, in spiritu tanquam Angelus eruditur. Hoc est nimirum, quod etiam ante Bernardum Chrysostomus & sensu, & scripsit: Ioannes cum omnibus, quae sub sensum cadunt, sese exuisset, aliis magistris non indiguit, sed coelitus eruditus est. Sed & idem Chrysostomus docet, Ioannem dum in matris adhuc vtero existeret, diuini introitus scientiam matri donasse, & maternum os in confessionis verbo aperuisse, ut cuius non videbat personam, cognosceret illa dignitatem. Tum affirmat Ambrosius, Ioannem, qui primum gratiam sensit, cum repletus esset Spiritu sancto, matrem deinde suam replese, & cum octo dies natus esset, patrem alloquente intellexisse, sicut & Mariae salutationem nec dum natus audierit. Habebat inrelligendi sensum, inquit, qui occultandi habebat affectum. Quin & Origine teste, Ioannes participem fecit matrem illius gratiae Propheticae, quam prior acceperat. Sancta erat B. Ioannis anima, adhuc in matris vtero clausa, ut idè affirmat, venturamque in mundum quasi per experientiam sensum sciebat, quae Israël ignorabat. Ex Luca nouimus de Zachariae silentio, quod, velut multum incredulo illi Angelus imposuit: sed hoc patris silentium eiusque vincam linguam Ioannes in lucem editus soluit, ut auctor est Nazianzenus. Quod miraculum in Ioanne quoque commendat Ambrosius. Videte, inquit, S. Ioannis Baptista meritum: vocem patri reddidit, sacerdoti eloquentiam reparauit. Videte, inquam, meritum: os quod Angelus alligauerat, Ioannes absoluit: quod Gabriel obstruxerat, paruulus reuerauit. Quocirca non temerè canit Ecclesia, quidam autorem esse Hilarium suspicantur:

Ille promissi dubius superbi Perdidit prompte modulos loquela: Sed reformasti genitus perempta Organa vocis.

Quid quod Antonius magnus praedicatur, scripturas diuinas absque vlla literarum scientia non memoriter tantum tenuisse, sed & sapienter intellexisse? Qua de re praeter Athanasium meminit etiam Augustinus. Et fatetur Bernardus, quicquid in sacris literis perceperat, id se potissimum in syluis & agris meditando orandoque consequutum esse, & in hoc nullos aliquando magistros, nisi quercus & fagos, sibi contigisse. Quod igitur his multisque aliis praestantibus viris (de Apostolis interim taceo, quibus die sacro Pentecostes linguarum donum diuinitus fuit infusum) sepe concessum est, ut post diuini Spiritus afflatum subito deo darentur efficerentur, non est sanè, cur id vni Ioanni, omnium quidem sanctissimo probatissimoque; Christi amico adimamus; qui non humanitus, sed ut par erat, diuinitus didicit, quae summum Prophetam & plusquam Prophetam, de Messia, de Deo diuinitusque rebus, non scire modò, sed etiam admirabili ratione palam proferre, ac plurimis enuntiare oportebat. Rectè igitur & praclare magnus tradidit Gregorius, nonnullos esse, qui ita per magisterium Spiritus intrinsecus doceantur, ut etiam eis exterius humani magisterij disciplina desit, tamè magistri intimi censura non desit. Sic quippe inquit, etiam Ioannes Baptista magistrum habuisse non legitur: neque ipsa veritas, quae corporali praesentia Apostolos docuit, eum corporaliter inter discipulos aggregauit: sed quem intrinsecus docebat, extrinsecus quasi in sua libertate reliquerat. Sic Moyses in eremo edoctus, mandatum ab Angelo didicit, quod per hominem non cognouit. Sed haec, ut praediximus, infirmis veneranda sunt, non imitanda.]

Ioannes magis coram Domino.

Patrum testimonia de puertate Ioannis. Ioannes non praedicatio, sed inspiratio docuit.

Ioannes Prophetica gratia in partibus reuelata.

Exemplum quorundam, qui Deum tantum habere docebant.

Elogia Soterii
Ioanni puero
tributa.

Ingenitio
Ioanni
parvulo
sancti-
tatis.

Quomodo
Ioannes puer
alios aequali
superet.

Ioannis puer
in pater-
nitate.

Ioannes puer
ferens mun-
dum et im-
patis dux.

Ioannis pueritiam
multo miracu-
lis diuinitus co-
mendantur.

De Ioannis edu-
catione Centu-
riarios mepsa
scribere.

A T Q V Huc pertinet, que Ioanni puero laudes vere ac euangelice a Patribus tribuuntur. Ab Eusebio Emiseno ita scribitur: Felix qui venturus in huius mundi labores, prius gratiam suscipere quam vitam, prius gratiam meruit habere quam lucem. Quid mirum, si in eo culpa aditum non inuenit, cuius animam sibi Deus in ipsis exordiis occupauit? Magni est Spiritu sancto illustrari, sed multo est maius impleri. Et ideo sicut vas plenum balsamo, admixtionem liquoris expuit & penitus excludit: ita in eum nil secularis macula introire poterat, in quo sanctificationis plenitudo regnabat. Maximus vero sic illum predicat; ut omnibus pueris qui vel nati sunt vel nascentur, facile anteponat. Vere hic omnium beatissimus paruulorum, qui intra viscera adhuc materna conclusus, a desse Saluatorem mundi, quia necdum sermone poterat, Prophetico gaudio reuelauit. Nullus ignorat, omnem paruulum materno ab utero prodeuntem, inter ipsa lucis exordia mœstis concrepare vagitibus. Solus Baptista Domini ultra legem nascentium, natiuitatem suam lætitiæ exultatione præuenit. Celebrat hunc quoque puerum Chrysologus, & copiose quidem ac elegantem in hunc modum: Beatus Ioannes, qui antè Dei spiritum intonat, quàm hominis vagiret in fetu: beatus, qui antè diuina possidere meruit, quàm fortiretur humana: beatus, qui antè meruit cœlum scire quàm terram: beatus, qui antèquam videret præsentia, futura meruit nuntiare: beatus, qui antè Deum capere potuit, quàm suo ipse caperetur a corpore: beatus & singulariter est beatus, qui antèquam sciret querere, meritum conquisiuit: beatus, qui non peruenit ad gratiam per laborem, sed ad labores ipsius gratiæ dignatione descendit. Ac rursum alibi: Videtis, quem admodum Ioannes antè peruenit ad cœlum, quàm tangeret terram: ante accepit diuinum spiritum, quàm haberet humanum: ante suscepit diuina munera, quàm corporis membra: ante cœpit viuere Deo, quàm sibi. Sexto mensis, suæ matris exultat in utero, & in utero Virginis vnisse nuntiat Christum. Ferens nuntius, qui antè gessit nuntiare, quàm viuere: impatiens dux, qui antèquam perueniret ad corpus, peruenit ad regem: antè rapuit arma, quàm membra: antè aciem petiit, quàm lucem, & ut vinceret mundum, vicit antè naturam. Sed & Origenes ad huius pueri commendationem multa notauit, quæ instar miraculi possunt æstimari: ut quod admirandum in modum & conceptus, & natus sit, quod in utero matris conclusus, Christum præsentem agnoscat, quod sciens ac prudens exulteret in gaudio, quod genitus quamuis infans, patrem sibi loquentem & vaticinantem intelligat, quod statim ut natus est, ad cremum transeat, & vitam illi instituat a perrimam. Inter cætera verò sic loquitur: Si adhuc in ventre matris conclusus audit Ielum, & audiens exiliit atque lætatus est: quare non credas, cum iam genitum, prophetiam patris audire atque intelligere potuisse, cum ei diceret: Et tu puer propheta altissimi vocaberis: antecedes enim coram Domino parare vias eius: Ideo reor Zachariam festinasse, ut loqueretur ad paruulum, quia sciebat eum post paululum in eremo moraturum, nec se eius posse præsentiam habere. Puer enim erat in desertis vsque in diem ostensionis suæ ad Israël.]

Q V A Patrum testimonia ut vero sunt consentanea, sic Euangelicis etiam literis probè respondent, planeque conuincunt, consistere non posse sententiam Magdeburgicorum, qui de Ioannis pueritia nouum, insensum ac indignum etiam narrationis instituant genus, suam ut potius libidini inscribant, quàm rationem habeant sinceræ veritatis. Nemo vnquam doctrinæ existimatione floruit, qui de Ioannis Baptistæ schola, educatione, literis, studiis atque præceptoribus eadem cum illis aut senserit, aut scripserit. Quin etiam illi absurdiora proferunt, cum indicant a vero alienum non videri, Ioannem in defuncti parentis, quem sacerdotem fuisse constat, successisse locum, & in illa eius functione, summa cum laude vixisse. Quid autem est hoc aliud quæso, quàm Ioannem tantum non hypodidasalum, paedagogum, sacerdotem & doctorem Mosaicum facere, eumque vel inuitum tandem, quem in deserto suam & pueritiam & adolescentiam consumpsisse mox docebimus, in ciuitatem, templum & scholas Iudæorum inducere, ac prius pertrahere velle? Quis porro non videt, quàm fallacibus coniecturis, inanibusque commentis ad hæc excogitanda ducatur, quamque ea nec scripturæ quadrent, nec Patrum suffragiis, neque rationum pondere narrantur, aut fulciri possint? Audax fingendi genus, & quod nec bonis Theologis, neque fidei historiographis conuenit, & iis magistris indignum, qui sinceritatis Euangelicæ fidos tudentes, tum interpretes se publicè audere profiteri. Multo illi rectius de Ioanne mereretur, si Euan-

Sermo. 1. de
Ioanne Ba-
ptista.

Sermo. 1. de
resurrectione
Ioannis
Bapt.

Sermo. 13.

Sermo. 50.

In Litteram
homo. 10.

Litt. 11.

Centur. 1.
lib. 1. col. 155.

si Euangelicis contenti sententiis, cum alioquin soli verbo Dei videri velint inniti, ab his a scititibus coloribus, & indecoris viri pbatissimi commendationibus in vniuersum abstinerent.

In explicat.
Euag. circa
diem 5. Ioh.
Baptista.

A C H O D E M plane modo responsum volumus Georgio Æmilio, qui suas etiam de Ioannis pueritia coniecturas prodidit, verum nihilo prudentius atque solidius, quàm nostri faciunt Centuriatores. Non dubium est, inquit, patrem Zachariam filio doctrinam legis et religionem patriam ac promissiones de venturo Messia sedulo tradidisse, ut eum instrueret ad officium, cui destinatus erat. Fuit etiam Ioannes in pueritia & adolescentia subditus imperio parentum, & officia domestica diligenter executus est, honore & obedientia verè a parentibus prosequens: & hæc omnia non tam natura bonitate, quàm instinctu Spiritus sancti fecit, qui à teneris annis illum, ut vas Dei singulare & electum organum, virtute sua repleuit et gubernauit. Tandem ubi tempus inchoandi officij, ad quod à Deo destinatus erat, appropinquauit, vocationi diuina, & Spiritui sancto duci obsequens, parentes & urbem reliquit, ac in desertum prope Iordanem concessit: ubi vestitu & cibo simplici, qualem suppeditabat locus ipse, contentus aliquandiu vitam egit, & se pia meditatione preparauit ad inchoandam prædicationem. Vbi non inuiti largimur Æmilio, quod scribit, Ioannem, ut vas Dei singulare & electum organum, iam inde à primis annis non modò virtute Spiritus sancti repletum, sed etiam illo duce gubernatum esse, ac propterea ut vocationi diuine faceret satis, parentes & urbem reliquisse, ac in desertum etiam concessisse. Illud verò minime concedimus, quod sine scripturæ, sine Patrum testimonio idem affirmat, Ioannem à parente Zacharia doctrinam legis, religionem patriam & alia didicisse, suamque pueritiam & adolescentiam sub patrum imperio traduxisse, & in domesticis nescio quibus officiis diligenter esse versatum, ac demum sic annos penè triginta, hoc est, ad tempus vsque publicæ prædicationis, vitam vnà cum parentibus communem atque familiarem peregisse. Credant qui velint, hisce fictis narrationibus, & alia plura id genus Ioanni, si liber, affingant, que nihil aut parum præclarum, de tanti viri pueritia & adolescentia, eiusque domestica educatione contineant. Sapientes autem, iuxta fidem Euangelij Patrumque traditionem longè aliter, multoque sublimius, ut monuimus, de re tota sentiendum esse proculdubio fatebuntur.

V E R V M hoc loco mihi non est prætereundus error, quem Ioannis infantia plerisque aliis nouatoribus parit, cum non satis assequuntur, quid sit illud, quod sancta eius mater gratioso Deiparæ aduentu exhilarata, de hoc suo infante ita dixit: Ecce ut facta est vox salutationis tuæ in auribus meis, exultauit infans in gaudio in utero meo. Vbi operæ pretium sit animaduertere, inter alia que multa & mirifica de hoc infante celebrantur, duo in Euangelio præclara commemorari: alterum, quod præter communem legem in matris utero, non sine singulari quadam & affluentia Dei gratia, fuerit sanctificatus, nimirum ut non solum ab originis vitio, quod à primis partibus nobiscum communicatur, purus & immunis esset, verum etiam eximie sanctitatis & confirmatæ gratiæ dono gauderet: alterum, quod in huius rarissimæ sanctificationis testimonium, ubi primum Mariæ vox insonuit, in materno utero ille saluerit, & lætus exultaret. Quod utrunque opus non profectò nature, sed Deo diuinæque virtuti ascribendum est, & iustam nobis præbet admirationem duplicis miraculi, quod propterea multis etiam laudibus vehunt Patres, quodque non solum præstantem Ioannis pueri dignitatem, sed etiam veri Messia salutarem & efficacem aduentum comprobant & illustrant. Cum enim originale peccatum quod à primis parentibus in tota generis huius successionem defluxeit, omni tempore aliquibus remediis oportuerit expiari, sicuti Cyprianus affirmat: Cumque omnes in iniquitatibus concepti sint, neminem vnquam mortalium, ut rectè dixit Bernardus, intra materna viscera sanctificatum legimus, præter Hieremiam & Ioannem Baptistam. Idemque probat, Hieremiæ sanctificationem, qui tantum à peccato fuerit emundatus, minorem quàm in Ioanne propterea extitisse, quod hic non solum purgatus, sed & Spiritu sancto repletus fuisse scribitur. Deinde à seculo non auditum esse testatur, quod quis exultauerit in utero matris, cum hic in gaudio exultasse legatur: Felix, inquit, Elizabeth, ad quam properat mater Saluatoris, quam salutaribus obsequiis cœlorum imperatrix impertitur. Sed puer multo felicitior, qui salutaris maiestatem agnoscens, intra viscerum tenebrosam volumina, gaudio gaudet, quia vim tam beatæ salutationis attendit. Et paulò post: Quid mirum, si miratur puer & exultat à tactu tam proximæ diuinitatis & afflatu?]

Ser. de ratione cur-
aunicis.

Ser. de excellen-
tia sancti Ioan-
Baptista.

Georgij Æmilij
sententia de
pueritia et ad-
olescentia Ioan-
nis Baptistæ.

Duo præcipua
in Ioanne puero
admiranda do-
na.

An infantes re-
liqui Ioanni puero

Nunc ad nouatores redeo, qui ex hoc Ioannis exultantis exemplo colligunt & probant;

vo in matris & tero exaquen- tur nonatorum sententia.

probant, idem reliquis infantibus vsu venire, vt nescio quos, coelestes fidei motus & actus, sicut Ioannes, & ipsi sentiant, & necdum nati, vel quo tempore baptizantur in Ecclesia, vsu rationis vtantur atq; credant. Quare Bullingerus in hunc Euangelij locum ita scribit: *Discimus ex his, optimè sperare de infantibus, in sinibus materni vteri septis, quod videlicet Deo curae sint, adeoq; Deis sint. Discimus, infantulos suos habere motus Spiritus sancti nobis incognitos. Atq; huc pertinet planè, quod pleriq; * Caluiniani suum dogma, de infantium in matris vtero sanctificatione, Ioannis exemplo confirmant, quando quidè in peccato ille conceptus & natus, in matris autem vtero purificatus, adeoq; ingenti diuini spiritus vi & gratia cumulat us fuerit. Verum vt rectè isti ac legitimè censent, Ioannè ex conceptu impurum, & cõmuni mortalium maledicto subiectum esse, sic incitè prorsus & falsò in peccato natum eundem affirmant: qui antequàm nasceretur, in matris vtero nõ modò peccati remissionem, sed & sanctificationem secundum Angeli promissionem fuit assecutus. Quod autè hinc nouum ac penè inauditum dogma extruunt & muniunt, quàm sit ea firma solidaq; structura, paulò post dispiciemus. Neq; solùm quos dixi, * Bullingerus & ministri pleriq; Caluiniani, verum etiã ^b Zuinglius & ^c Bucerus contendunt, Christianorũ liberos in matrum vteris esse sanctos, vt potè promissionis & gratiæ filios, qui propterea etiam sine baptismo sola Dei promissione Abrahæ facta, vel eiusdè prædestinatione non modò sanctificatione, sed & salutè æternã consequantur. Negat igitur * Petrus Martyr, perire infantulos Christianorũ, si absq; Baptismo ex hac vita decedat, & quoniam in Dei sunt foedere, sanctos esse, & ad Christum eiusq; Ecclesiam eos pertinere contendit. *Qua in re suũ sequitur præceptorem ^d Caluinum ille Pseudomartyr, simulq; huius erroris principi Zuinglio patrocinaur, imò & Vincentio cuidam ab ^e Augustino confutato, adeoq; Pelagio hæresiarchæ iam olim damnato suffragatur, cùm & illi Baptismum infantibus nõ esse necessarium existimauerint. Quid autè hi laborant, aut quid molitũtur aliud, nisi quod infanti Ioanni nondum edito, & tamen sanctificato, alios infantes omnes exæquare conantur?**

Falsum dogma est, Iudæorum & Christianorũ non infantes sine Sacramento sanctificari.

BREVITER autem his respondemus, & verbo Dei, & Patrum testimoniis luculenter astrui, ex mortalibus omnibus neminem in hac vita sanctificari, nisi peccatum originis, quod ex primo parente contractum, & in omnes posteros deriuatum, eisdem iræ filios ab ipso cõceptu facit, primum remittatur: non remitti autè siue adulto, siue paruulo, nisi fidei Sacramento: sine hoc enim nullum in Abrahæ foedere contineri, nec in Dei gratiam recipi, vel Christi Ecclesiæque membrum effici posse. Stat enim firma Dei lex & sententia: Masculus cuius præputij caro circumcisã non fuerit, delebitur anima illa de populo suo, quia pactum meum irritum fecit. Cur verò Abrahæ præceptum est, inquit Augustinus, vt omnem deinceps infantem masculum octauo die circumcideret, qui nõ dum poterat corde credere, vt ei deputaretur ad iustitiã, nisi quia & IPSUM perseipsum Sacramentum multum valebat?] Iam verò quamuis legem veterem abrogãrit Christus, ramen vt originali peccato certum & efficax suppeteret remedium in Ecclesia, duræ circumcissioni, molle sanctumq; lauacrum subrogauit, ac nouam baptizandi legem, à qua nullus exciperetur, seu erè tradidit: Nisi quis, inquit, renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei, id est, non erit sanctus, vti Tertullianus interpretatur. Vt ergo Iudæi, licet ex piis procreati parentibus, nisi circumciderentur, in Abrahæ foedere non censebantur, nec in eius semine tanquam promissionis filij benedicebantur, imò verò virtute gratiæ destituti, à vera etiã Ecclesia excluderentur, & rei erant mortis æternæ, quod Augustinus persæpe comprobat: sic & Christianorum liberi à Christi regno arcentur, diuinæq; gratiæ & omnis sanctimonie simulq; salutis manent expertes, quamdiu illo fidei Sacramento, quod veræ salutis est ostium, nõ expiantur. In quem sensum Ambrosius pspicue dixit: Neq; credi fas est, infantem, qui generationis nõ sunt adepti Sacramentum, ad vllum beatorum pertinere consortium.] Et Augustini cuidens dictum extat: De ouibus Christi, quibus dat vitã æternam, esse non incipiunt paruuli, nisi per Baptismum: profectò si hoc nõ accipiunt, peribunt: vitam enim æternã, quam suis dat ouibus, non habebunt.] Sed & Concilium Carthaginense illos ferit anathemate, quicunq; paruulos per Baptismum Christi à perditione liberari, & salutè percipere sempiternã inficiantur. Tum alibi rursus idè Augustinus: Sicut, inquit, in Isaac qui octauo suæ natiuitatis die circumcisus est, præcessit signaculum iustitiæ fidei (circumcisionis videlicet Sacramentum)

Par est ratio in paruulis Iudæorum et Christianorum sanctificandis & damnandis.

In 1. cap. Luca. * Metonisti ministri in suo consensu Gallicæ scrip. Et Beza dist. 2. de Sacrament.

Luca 1.

a In 10. cap. Act.

b Contra Basilianorũ, & in Elencho contra Anabap. & in cap. 7. epist. 1. ad Cor.

c In 3. cap. Math.

* In cõm. 1. Reg. 4. & 2. Reg. 15.

d In appen. dice contra Interim, & in antidoto contra acta Conc. Trid. c. Lib. 3. de anima & eius origine ca. 9. Rom. 5. & 6. Ephes. 2. Genes. 17.

Lib. 4. de baptis. cap. 24.

IOAN. 3. Lib. de anima.

De civitate Dei lib. 16. cap. 27. contra Iulian. lib. 3. ca. 187.

De peccat. merit. & remiss. lib. 1. cap. 27.

Tõ 2. oper. Augu. epist. 90.

Li. 4. de baptismo contra Donat. cap. 4.

mentum) & quoniam fidem patris imitatus est, secuta est in Isaac crescente, ipsa iustitia, cuius signaculum in infante præcesserat: ita & in baptizatis infantibus præcedit regenerationis sacramentum, & si Christianam tenuerint pietatem, sequitur etiam in corde conuersio, cuius mysterium præcessit in corpore] Quocirca si secundum scripturæ normam iudicamus, in posteris Abrahæ nulla fuit olim vel iustitia, vel sanctificatio, quæ præcederet circumcisionem: ac Iudæorum liberi quantumuis præ aliis Abrahæ foedere contineri viderentur, tamen in matrum vteris iusti & sancti esse nunquam potuerunt. Idem verò planè sentiendum est de liberis Christianorum, quorum vllum ante sacramentũ regenerationis acceptum originis labe expurgari, atque ex Adæ filio, Dei filium effici, vel in Christo iustificari & sanctificari, nemo ex veterib⁹ Theologis vnquã iudicauit. Imò verò Patres, vt ^a Clemens, ^b Cyprianus, ^c Basilius, & æqualis eius ^d Gregorius, ^e Ambrosius, ^f Chrysostomus cùm singularem gratiæ per Baptismum accipiendæ necessitatem intelligerent, sedulo admonuerunt, baptismum nemini differendum, sed & paruulis festinanter ac properè adhibendum esse. Quid multa? Quisquis dixerit, quòd in Christo viuificabuntur etiam paruuli, qui sine sacramenti perceptione è vita exeunt, hic profectò & contra Apostolicam prædicationem venit, & totam condemnat Ecclesiam,] sicut ^g Augustinus grauissimè pronuntiauit.

CVI SENTENTIAE non aduersatur, quod aduersarij nobis obiectant è Paulo, qui infantulos filiosq; fidelium sanctos appellãrit. Vt enim concedamus, Paulum de non renatis hãc agere (nam variè sentiunt interpretes) tamen fatendum est prorsus, à seipso Paulum minimè dissentire. Dissentire autem planè, si verè sanctos, & salutis æternæ participes eos faceret, quos alibi non solùm Adæ, sed & iræ filios nasci, & peccato mortique obnoxios esse restatur, quamdiu scilicet per baptismum Christo non inseruntur, & regenerationis lauacro, sicut ipse loquitur, abluuntur, sanctificantur atque iustificantur. Quare non huc spectat Pauli sententia, vt ille Christianorum filios, quamdiu fidei mysterio non iniantur, in foedere Abrahæ collocet, vel Dei populo annunciet, aliisque baptizatis & iustis exaquet, & quod multò sit absurdus, vt eosdem in matrum vteris, vel propter nascendi conditionem, vel etiam propter æternam Dei prædestinationem nobis prorsus ignotam, sanctos & saluos esse commonstret. Hæc pro sua libidine fingunt nouatores, sed quæ à Pauli sensu omniq; veritate prorsus aliena sunt. Sanctos autem ille facit fidelium pueros etiam ante baptismum, non alio quidem nomine, quàm quod illi ex piorum parentum consilio ac voluntate huc destinentur, vt statim baptismo & Christianismo iniantur, Ecclesiæque penitus offerantur. Vnde quos hoc loco sanctos filios dixit Paulus, eos Tertullianus ^h sanctitatis destinatos, & Hieronymus ⁱ Christianæ fidei candidatos, nullisque idololatriæ sordibus pollutos nominauit: vt illi videlicet discernerentur ab aliorum infidelium filiis, qui non erant sancti sed profani, & impiis parentum cultibus contaminati. Quin & scripturæ idioma huiusmodi est, vt etiam quæ non sentiunt, aliquando sacra & sancta dicantur, sicut templum ipsum sanctuarium appellatur, & quæ ad ritum cæremoniarum in templo pertinent, vel ad vsum sacrum diuinumq; destinata & conuersa sunt, sanctitatis nomine cohonestantur. Illud ergo sine dubitatione tenendum est (Augustini enim verbis libenter vtimur) quæcunq; illa sanctificatio sit, non valere ad Christianos faciendos, atque ad dimittenda peccata, nisi Christiana & Ecclesiastica institutione & sacramentis efficiantur fideles. Nam nec coniuges infideles, quamlibet iustis & sanctis coniugibus hæreant, ab iniquitate mundantur, quæ à regno Dei separatos in damnationem venire compellit: NEC PARVULI de quibuslibet sanctis iustisque procreati, originalis peccati reatu absoluantur, nisi in Christo fuerint baptizati.]

In Li. de magania. i Epist. 153. ad Paulinũ.

Li. 3. de peccat. merit. & remiss. cap. 12.

Li. 3. de peccat. merit. & remiss. cap. 12.

A 4

Quaratione ff. de sum. filij etia nõ baptizati à Paulo sancti esse dicuntur.

Sancta dicuntur etiam quæ non sentiunt.

Incommoda his ius doctrina Caluiniana.

quiad

Caluinum
Petrus Martyr,
Huberinus &
Schmidelinus
que sequantur.

qui ad salutem haud esse necessarius aut ore Caluino putatur? Neque pudet tamen Petrum Martyrem Augustino insultare, qui errori scilicet magnam dederit occasionem, quod saepe doceat, infantes aliena fide baptizari. Docet id quidem & probat grauissimè, sed cõmunem Patrum & totius Ecclesie fidem adstruens, & germanum scripturæ sensum exprimens, remque totam hoc Euangelico declarans exemplo: Quid filio viduæ profuit fides sua, quam utique mortuus non habebat, cui tamen profuit matris ut resurgeret? Quomodo ergo potius fides aliena potest consulere paruulo, cui sua perfidia non potest imputari? Nec dissentiunt tamen à Caluinianis Caspar Huberinus, qui bene sperare iubet parentes de salute infantium, etiam si in vtero matris pereant. Sed & Schmidelinus Caluini partes aperte propugnans affirmat, infantes in foedere promissionis nasci, ad quos etiam propter promissionem factam baptismus pertineat, licet illi vel in partu, vel priusquam Ecclesie offerri & baptizari possint, moriantur, cum saltem alter parens fidelis fuerit. Quid autem hoc est aliud, obsecro, quam aduersus Patres omnes baptismum necessitatis, ut dicimus, sacramentum negare? Quid est nisi asserere, absque baptismo salutem paruulo contingere posse? quod vel ipse Lutherus inficiatur. Quid est, nisi Christi legem peruertere, qua in Dei regnum aditus intercluditur ex aqua & spiritu non regeneratis? Quid est, nisi doctrinam Apostolicam abolere, qua disertè traditur, quod iræ filij nascamur, & baptismus saluos nos faciat, ac vim habeat Ad filios regenerandi, renouandi atque mudandi? Quid est denique, nisi secum ipso in oratione pugnare? Et enim si sancti sunt aut esse possunt infantes, priusquam nascuntur vel baptizantur, quoscunque demum parentes siue fideles siue infideles habeant, corruiit profusus, quod ab istis alibi docetur, per baptismum peccatum originis, totumque peccati reatum remitti, & homines quamuis impuros, in Dei filios illic ad optari. Cur igitur cum Augustino non dicamus & nos? Nulla ex nostro arbitrio præter baptismum Christi salus æterna promittatur infantibus, quam non promittit scriptura diuina, humanis omnibus ingenis præferenda.]

Quam graniter
errent dicit ad-
necessarij.

Dicit opinio
Caluini verbis
refutatur.

Libro contra
errores Sarmati.

Ex Apostolica
traditione par-
uuli baptizantur.

In cap. sextum
Ioannis.

Quid Lutherani
sentiant de
fide paruulorum.

QUONIAM verò isti nec Patres, nec Ecclesiam audiunt, agere sui quoque magistri Caluini verbis eos coarguamus, qui Seruetum à se tandem exultum ad hunc modum disputando repressit: Quod obijcit, inquit, Cornelium accepto Spiritu sancto baptizatum fuisse, quam perperam ex vno exemplo generalem regulam eliciat, patet ex Eunuchis & Samaritanis, in quibus ordinem Deus tenuit, ut baptismus dona Spiritus præcederet. Nec dissimili ratione, sed paulò luculentius aduersus eundem aduersarium alibi disserit: Quod Cornelium, inquit, Spiritu sancto primum donatum, mox tinctum Seruetus profert, & quod in vno præter ordinem accidit, id in omnibus pro lege habet, stupiditatis est in primis prædicanda, uti aliorum infantium exempla declarant, quibus Spiritum sanctum à baptismo conferendum, diuina prouidentia iudicauit. Cur igitur quod Caluinus contra Seruetum disputans obtinere postulat, in presenti etiam causa nobis non valeat, ac legitime hoc modo usurpetur? Quod Ioanem Spiritu sancto veraque iustitia primum in vtero matris donatum, & postquam natus esset, circumcisum legimus, in vno præter ordinem accidit, idque in omnibus pro lege habere stupiditatis est in primis prædicandæ, uti aliorum infantium exempla declarant, quibus Spiritum sanctum à baptismo conferendum, ut diuina prouidentia iudicauit, sic etiam Ecclesia cetera, imò & Apostolica traditio confirmauit. Non enim solum Origenes & Cyprianus, ut fatentur quoque; Magdeburgici, verum etiam Dionysius, Clemens, & Augustinus testantur, Apostolos de baptizandis infantibus constituisse. Nihil autem est opus, nimis crassum & pestiferum errorem, qui iam satis ab aliis reiectus & quasi confossus videtur, hoc loco pluribus persequi. Multò quidem rectius hac in parte docuit Lutherus, qui reclamante licet Buccero, Baptismum appellat viam & veram regenerationem: non quòd eam solum significet, sed quòd sit medium & instrumentum, quo viua regeneratio nobis exhibeat.

CUM VERO ante aliquot annos Vvittembergensi nouatorum coetus celebraretur, ac multarum sectarum duces conuenissent, sic illic inter cetera definiuerunt: Et nos non intelligimus, qualis sit Dei actio in infantibus, tamen certum est in iis novos & sanctos motus effici, sicut & in Ioanne in vtero noui motus fiebant. Quibus infantibus postea motus & inclinationes ad credendum Christum, & diligendum Deum tribuunt, ac ab omnibus tribu oportere cõtendunt. Atque inter alios, qui cõfirmant hoc decretum cõciliabuli Vvittembergensis, non est modò postremus Chemnitius, ut Cõcilio Tridentino hac etiam in parte obstrepit impudenter. Is igitur paruulis dum baptizatur, assignat Spiritum sanctum non modò regenerantem & iustificantem, de quo

Lib. 3. de
libero arbi-
trio cap. 23.
Luc 7

a In Cate-
chismo.
b In refut.
lib. 5. D. Ho-
stii.

Ioan. 3.

Ephes. 2.
1. Pet. 3.
Tit. 1.
Ephes. 5.

De peccat.
mer. & re-
mis. lib. 1.
cap. 23.

Instr. lib. 4.
cap. 16.

c In cap. 6.
epi. ad Rõ.
d Epist. 8. li.
3 ad Fidum.
e Vltimo
ca. Eccl. Hie-
rar.
f Consti. A-
post. 1. 6. c. 11
g Lib. 10. de
Gen. ad lue-
ram. ca. 23.
h lib. 4. de
bapt. contra
Donat. ca.
24.

Ex actis Sy-
nodi Vvitti-
berg. anni
1529. 23. Maij
habitis.
In examina-
tione canoni-
cõcil. Tridẽt.
de Bapt.

de quo nulla nunc est questio, sed in illis etiam intrinsecus & occultè operantem, suo quodam modo, ut ait, nobis nec satis cognito, nec explicabili hancque spiritalè & occultam actionem fidem appellari pronuntiat, & per eam dicit paruulos credere. Qui certè aliquid adferre videretur, si quod fingit de noua ista & inaudita paruulorum fide, fideique appellatiõne, id vel diuinis, vel patrũ testimoniis comprobaret, aut vrgentibus etiam colligeret argumentis, talem spiritus operationem in paruulos cadere. Fingit & Brentius, Deum intueri & agnoscere fidem infantium, qua eos pro sua clementia, & suo quodam singulari modo ornat. Eadem est opinio Urbani Regij, Georgij Maioris, Ioannis Oepini, Hieronymi Vvelleri, Antonij Coruini, & Jacobi Schmidelini, qui omnes fidem paruulis propriam tribuunt, & hac in parte illos Ioanni nostro equare magno supercilio pergunt. Quid enim aliud sibi vult Maior, quum perspicuè concionatur: *Habent infantes propriam fidem, nec baptizandi sunt super fide Ecclesie, aut compatrium, siue testium baptismi: & nisi propriam fidem haberent, non saluarentur.* Chytraeus verò aduersus Anabaptistas disputans, inter alia de infantibus, qui pro ipsorum modo aliqua sint fide præditi, in hunc modum docet: *In quibus quoque, testimonia Spiritus sancti illustra sepe comparent, ut Ioannes Baptista in aluo matris gestatus, edit testimonium fidei agnoscentis presentiam Christi.* Quod Ioannis exemplum Oepinus ad fidem paruulorum propriam confirmandam pluribus est persecutus, ut hæc eius verba declarant: *Huius latentis fidei & occultæ diuinæ virtutis operantis in paruulorum mentibus ac cordibus, præclarum specimen ostensum est in D. Ioanne Baptista, qui cum Maria IESU Christo gauidam matrem ipsius Elizabeth salutares, in materno utero præ gaudio exultauit. Quæ exultatio & quod gaudium manifesta fuerunt indicia spiritualis operationis, notitia ac motus. Cur Spiritus sanctus id, quod in Ioanne adhuc in materno utero quiescente operatus est, etiam non operaretur in alijs infantibus, & maxime in illis, qui in lucem editi, iuxta Christi mandatum baptizantur & abluuntur regenerationis lauacro? Infantes aliena fide & precibus oblatis Deo & Ecclesie, baptismum regenerationis lauacro abluti, adnumerantur Ecclesie Dei, admittuntur ad communionem regni caelorum, omniumque bonorum Ecclesie, sunt promissionum Dei participes. Certum itaque est, eos spiritum Dei accipere, qui affulgeat eorum mentibus spiritali luce, qui eos regeneret & excitet in eis propriam fidem, qua iustificentur.* Vbi non video, quam probè sibi constet Oepinus, qui iam propriam, iam alienam fidem paruulis, præsertim cum baptizantur, concedit. De Ioannis autem exemplo, quod idem & Chytraeus ad propriam infantium fidem comprobandam haud sine fraude detorquet, postea respondebimus.

a In apolo-
gicis. Vviri-
tenberg. de
baptismo.
b In loc. cõ-
ca. de gen.
c In Postilla
de die Inno-
d In Psal. 23.
e In Euang.
Dom. 3. post
Ephra.
f In eadem
Dominicã.
g In refut. 5.
li. D. Hostii.
h In Psal. 23.

De Sacramento
Baptismi.

VVELLERVS causam eandem copiosè quidem, sed parum feliciter tractat, & hanc etiam per aliam seu occupationem adiungit: *Sed dicat aliquis, Infantes carent ratione: ergo non possunt credere. Respondeo, inquit, imò quò minus habent rationis, hoc ad credendum sunt aptiores, & hoc facilius à Spiritu sancto regi possunt.* O firmam, o præclaram & cruditam huius Theologi responsionem, quæ morionibus, quæ bestis, imò verò stiptibus & truncis ad credendum viam egregiè parat, ut quò hæc omnia minus rationis habent, eò ad fidei & spiritus donum accipiendum aptiora debeant existimari. Quid autem ineptius potest excogitari? cum apud Theologos omnes in confesso sit, naturam hominis generosam accessu gratiæ diuinæ perfici, & rationem dono Spiritus ac fidei magis magisque collustrari. Vtitur idem Vvellerus hac quoque ratiocinatione: *Scriptum est, Psalm. 105: Effuderunt sanguinem innocentium. Loquitur Propheta, inquit, de his infantibus, qui inserti fuerant Ecclesie Dei per Sacramenta. Si igitur fuerunt innocentes, sequitur eos fidem habuisse: quia sola fides hominem reddit innocentem & mundum. Omnes quos scriptura innocentes vocat, credunt. Scriptura infantes Ecclesie insertos vocat innocentes. Ergo huiusmodi infantes credunt. Hinc allegandum est exemplum istorum infantium, quos Herodes necauit. Nam & hos scriptura sanctos & innocentes prædicat.* Omitto ceteras eiusdem farinae ratiunculas, quibus ad veritatem obscurandam argutatur Vvellerus, nihil autem veritatis ratiocinatione sua concludit: Quod autem ad propositum Propheta locum attinet, manifestam illius deprauationem faciliè quiuis animaduertat. Primum enim hic legendum est, *Effuderunt sanguinem innocentem, sicut præter Hieronymum antiqui codices & interpretes omnes constant ostendunt, non autem, ut Vvellerus citat, sanguinem innocentium.* Deinde licet utroque modo legi cõcedamus, tamen vitiosa est argumentatio, ut in Scholis pueri norunt, cum incognitum per aliud æquè vel magis incognitum quis probandum assumit.

Confutatur
Vvelleri senten-
tia de fide par-
uulorum propria.

Effuderunt san-
guinem innocen-
tem.

Depraua-
tio loci Psal.
103.

assumit. Es scriptura certè non constat, infantes, de quibus hic Propheta loquitur, Ecclesiæ per sacramenta insertos fuisse; sicut Vvellerus confidenter affirmat. Quid verò mirū, eodem absq; vno circumcissionis sacramento vitam amisisse, ob summā scilicet parentum impietatem, & plusquam belluinā immanitatem, qui suos filios mactare, & mactatos de omnibus nefariè immolare minimè perhorrescerent. Sic enim de illis Propheta testatur, Effuderunt sanguinem innocentē, sanguinem filiorum suorū & filiarum suarum, quas sacrificauerunt sculptilib. Chanaan. Etsi verò circumcisi non fuissent istiusmodi paruuli, tū innocētes rectè vocari possent, partim quòd paterno scelere minimè cōsentirent, partim quòd nullo peccato proprio, atq; vti vocant, actuali cōtaminarentur, quemadmodum Augustinus annotauit. Meritò igitur docti rideant, ex adducto scripturæ loco tam insulse defendi, qd' per se verbo credāt infantes. Tum illud scripturis minimè quadrat, quod pro certo tamē Vvellerus asserit, solā fide propria homines innocētes reddi, cum Apostolicę literæ doceāt, baptismum regenerationis esse lauacrū, & homines eo saluari. Sed neq; vquam scriptura prædicat, innocētes omnes per se credere: & falsum est, infantes ab Herode sequissimo rege trucidatos, ob suam fidem vel sanctos, vel innocētes appellari. Scimus hos martyres in veteri Ecclesia tanti habitos esse, vt illis peculiare ferię & honores publici eriam etate Origenis tribueretur. Prudentius eos primam victimam & flores martyriū, Cyprian⁹ protomartyres vocat: quos in medio frigore infidelitatis exortos, velut primas ecclesiæ gemmas erumpentes, vt eleganter ab Augustino dictū est, quædam persecutionis pruina decoxit. Atq; his quidē ad sanctitatem satis fuit, martyriū pro Christo susceptum, etiam si nullum aut fidei, aut propriæ voluntatis motum adiungerent, sine quo baptismus etiam Christianis paruulis ad salutem sufficit, vt Bernardus luculenter affirmat.

Metunt isti prorsus, ne hoc semel concessio, quod infantes careant fide, cōmune Theologorum dogma probare videantur: nimirū in baptismo conferri gratiā infantibus ex opere, vt vocant, operato, quemadmodum sanè non solum Catholici oēs, sed & Philippus & Brentius, vt docti quidā annotarunt, haud obscurè confirmant. Ac idem Chytraeus tam aperte, quam verè fatetur: *Baptismus non fundandū esse in fide accipientis, sed simpliciter in mandato & ordinatione Dei, qui seuerissimè præcipit, doceri & baptizari omnes gentes in nomine Patris & Filij & Spiritus sancti. Etsi enim verum est in baptismo necessariam esse fidem, tamen non nititur baptismus accipientis fide, sed tantum verbo & ordinatione Dei.* Vbi non perperā assumit, in baptismo necessariam esse fidē, modò id catholicè interpreteris, & cum Augustino sentias: cuius testimonia nō recitare, sed obscurè tantum Andreas Musculus voluit indicare. Fides enim aliena in baptismo, vt paruulis necessaria est, ita etiam, vt Christū illi induant, vereq; fideles & Ecclesię mēbra habeantur, sufficit. Pugnāt autem cū his magistris, & ad veritatem propius accedit Vvolfgangus Musculus, qui recitat asuatorum sententias liberè cōtemnit, dum in hæc verba scribit: *Sunt nostra etate, qui de fide infantū disputantes, & illos credere posse contendunt: quam sententiam probare non possumus, quemadmodū & supra in loco de fide, articulo septimo meminimus.* Illic verò Augustini profert sententiā, qd' infantes credere non possint, donec per etatem fidei capaces efficiantur. Et paulò post: *Admodū inconsultè nostra quidam etate scripserunt, si constaret infantes non habere fidem in Christum, cōsulere se, vt ab illorū baptismo prorsus & quā citissimè abstineremus. Quod genus scripti, multi crediderim erroris anabaptistici occasione obiectisse; quamuis qui hoc scripserūt, ab anabaptismo fuerūt alieni.* Vbi Musculus haud obscurè perstringit Lutherū, qui dicere veritus nō est: *Paruulos cum sint sine fide, per baptismū iustificari, fortiter negamus. Quin asserimus, paruulos prorsus nō esse baptizandos, si verū est eos in baptismo nō credere.* Quanquā ne hic quidem sibi constat Lutherus, qui ad comprimendos Anabaptistas alibi docet, paruulos licet non credant, tamen baptizandos esse: præcipuam enim rem in baptismo non esse fidem, sed verbum & mandatum Dei: verum igitur manere baptismum, etiam si non credat, qui baptizatur. *Is enim, inquit, super verbum & præceptum, etsi nulla adsit fides, adhuc tamen verè & certò est baptizatus, quia sit sicut Deus præcepit.* Ac iterum in Epistola, *Nihil est reliquū prorsus pro paruulis nisi fides aliena, quam si statuere non possumus, nihil disputandum est, sed simpliciter damnandus baptismus paruulorum.* Quocirca ne hic quidem inter nouatores conuenit, sed incerto Marte pugnatur, non solum de baptismi necessitate ac efficientia, verum etiam de fide infantium, siue hi in matrum vteris gestentur, siue recens nati baptizentur.

Innocentes martyres sine fide propria. In Math. Verba Petri in vna.

Variè loqui solent de infans sine fide.

Vvolfgangus Musculus negat infantes credere, & secus doctores arguit.

Lutherus de fide paruulorum satis docuit.

Psalm. 105.

In Psal. 105. & lib. 1. contra Pelagianos Tit. 3. 1. Pet. 3.

a Serm. de Stella & Magia. b sermone Epiphaniæ, & de innocentibus c in sermone de Natali Innocentium. d in locis cōmun. de signis Ecclesiæ monstrantibus. e in consess. Vvolfgangi. f De sacramento Baptismi.

In locis cōmuni de baptismo quæst. 9. in locis cōmuni de padobaptis.

In lib. contra Cochla. aduers. Cat. tabapt.

Ad Mellich. Tom. 2. Epistolæ.

Cent. 3. cap. 4. pag. 63. & Cent. 5. cap. 4. pag. 517.

Lib. 3. de li. arb. cap. 23. & lib. 4. contra Donatistas de baptis. cap. 24. a Math. 19. Marc. 10. b Rom. 1. Luc. 1.

Ad orthodoxy quæst. 56.

Super epist. ad Hebr. cap. 10.

In cap. 17. Marc. c. Serm. 66. super Cantica.

Es. 28.

Mat. 23.

Gen. 17. Exod. 12.

De peccatis mer. & remiss. lib. 1. ca. 19. & 33. De liber. arbit. lib. 3. ca. 23. Lib. 4. cont. Donat. c. 23. Math. 19. Marc. 10.

AD CENTURIATORES verò redeamus, qui vt in plerisq; aliis, sic hoc loco etiā à Patribus, ac nominatim quidē à Iustino & Augustino a pertè discedūt, vt hanc suam opinionē, in paruulis propriam inesse fidē, nec eos aliena fide baptizari, mordicus tueātur. Carpunt igitur temerarij homines in Iustino, quod scribat infantes baptismi bonis affici propter fidem eorum, qui eos ad baptismum adferunt. Accusant & Augustinum, qui contra Pelagianos & Donatistas disputans affirmat, infantes esse parentum credere, baptizari atq; purgari: id quod pugnare dicunt cum voce Christi: *Talium est regnum cœlorum, & cum illa sententia: Iustus ex fide sua viuet. Ecce tibi, quemadmodum is puer, qui cæteris ortu suo gaudium exultationemq; peperit, sectariis hodie caliginem offundat, a deoq; in petram scandali & lapidem offensionis positus esse videatur.* Cæterum Iustini verba, quæ à nouissimis Momis carpūtur, tam sunt per se luculenta, vt nulla egeant defensione, digna etiam quæ hoc loco integrè subiiciantur: *Hęc est, inquit, differentia inter baptizatos & nō baptizatos infantes, quòd baptizati adipiscuntur bona, quæ baptismus conferit: nō baptizati non item. Afficiuntur autem baptismi bonis propter fidem eorum, qui eos adferunt ad baptismum. Quid quæso rectius ille & scripturis cōformius diceret, quàm inter baptizatos & non baptizatos longum esse discrimen, idq; ob sacramenti virtutē, quæ à Deo infantibus fide non propria, sed aliena donetur? An idem Ambrosius nō docuit? Baptisma, inquit, corporis munda tio non est, sed animæ, si fides adest baptizato, siue parentū (nempe si paruulus est) siue sui ipsius, si ad rationabile ætatem peruenerit. Nec aliter Bedam sensisse, hæc eius verba demonstrat: *In Ecclesia Saluatori per alios paruuli credūt, sicut ex aliis ea, quæ illis in baptismo remittuntur peccata, traxerunt.* Bernardus verò rem eandē fufius explicat, & inter alia sic loquitur: *Nemo mihi dicat, quia paruulus nō habet fidem, cui mater impertit suā, inuoluens illi in sacramento, quo usq; idoneus fiat proprio, non tantum sensu, sed assensu euolutā puramq; percipere. Nunquid breue pallium, vt non possit ambos cooperire? Magna est Ecclesię fides. Nunquid minor fide Cananæ mulieris, quàm cōstat & filia sufficere potuisse, & sibi? Ideo audiui: O mulier, magna est fides tua, fiat tibi sicut petisti. Tū Petrus Cluniacensis Bernardi equalis, vt Petrobrufianos Anabaptistarū huius temporis parētes ac duces refellat, paruulorūq; baptismum astruat, hoc etiam vtitur argumento: *Discite, paruulis nostris nulla tenus fidem qua saluantur, deesse: quia nō possunt dici filij infideles, pro quib⁹ interuenit matris Ecclesię fides. Et rursus: Si martyres fide propria absq; baptismo saluātur, cur paruuli baptismum absq; propria, vt dixi, fide non saluabuntur? Ac postea: Circumcidebantur præcepto diuino octauo die Hebræorū paruuli, & purgabantur peccato originali. Quæ ibi fides puerorum? Quis erga suscepta sacramenta intellēctus eorū: quæ diuina cognitio: quæ oris professio? Vbi estis, qui paruulos Christianos damnatis? Saluantur paruuli Iudæorū sacramento circumcissionis: & non saluabūtur paruuli Christianorū sacramento baptismatis? Credit Iudæus, & à peccato munda tur filius eius: credit Christianus, & à simili reatu nō soluetur filius eius? Nulla est fides paruulis Christianorum: sed nec est aliqua fides paruulis Iudæorum. Saluantur tantum aliena fide cum suscepta circumcissione: saluantur & isti aliena fide cum suscepto baptismate. Quare nō habent aduersarij, cur Iustinum Philosophum verè Christianum mordeant, cuius videlicet sententiam posteriores Theologi non modò libenter sequuntur, sed & sacris literis consentaneam esse conuincunt.***

EADEM PORRO istorum & Brentii est temeritas in Augustino insectando, qui tamen suum de eisdem paruulis testimonium totius Ecclesiæ autoritate, velut fortissimo muro, sæpe munit, & cum Ecclesia vniuersa constanter docet, paruulos quemadmodum alieno peccato pollui, sic etiam aliena fide siue parentū, siue Ecclesiæ scilicet, in sacro baptismum, mundari: & licet nullo credendi sensu sint præditi, tamē eos inter credentes reputari per sacramēti, vt ipse inquit, virtutem & offerentiū responsionem. Hinc illa eiusdem nō ignota sententia: *Piè recteq; creditur pro deesse paruulo eorū fidem, à quibus cōsecrandus offertur: & hoc Ecclesię commendat saluberrima autoritas.* Ac alibi rursus: *Paruuli baptizātur, qui certè non possunt corde credere ad iustitiam, & ore confiteri ad salutē: & nemo Christianorū dixerit, eos inaniter baptizari. Nam id vniuersa tenet Ecclesia.* Nihil aut momenti adferunt, qui Augustino Christi dictum opponunt. Taliū est regnum Dei. Quis em̄ sapiens hinc rectè colligat propriam inesse fidē paruulis oportere, vel eosdē per offerentes

Patres duom. le à Centuriatoribus reprehē.

Vindictur imp. fini locus cōtra Centuriatorum.

Bernardus & Petrus Cluniacensis fidem paruulis propriam admittunt, & alienam adstruunt.

d Lib. de baptis. mo paruulorū.

Augustinus per peram reprehē. suā à Centuriatoribus, & quid ille senserit.

De loco Evangelico, Talium est regnum Dei.

Augustinus de fide parvulorum nonatoribus aduersatur.

Ad Dardanum.

Quam ineprie nonatores infirmitatis motibus parvulorum.

Alios parvulos Ioanni omnino desumit esse.

Causa nonitij erroris de fide propria parvulorum, ac totius Anabaptismi.

In Catechis. & Sista. Sax. & contra Anabapt.

quia in aliis non inuenio. In grauiusimum Augustini iudicium, quo velut clara luce nubes, id est, tenebrosus istorum sensus & apertus error dissipatur, qui Ioannis abutuntur exemplo, ad nouos & sanctos motus stultè in paruulis fabricandos, quique diuinam actionem illi ad credendum tribuunt a tati, quæ boni mali que capax non est, quæ que sepultas habens animi vires, non ita multum differt à brutorum animantium stupiditate. Agnoscit Augustinus, quod Ioannes experruse est in vtero matris, id in miraculis diuinæ potentia collocandam esse: & vetat illud ad aliorum exemplum & fidei regulam detorquere. Quin de aliis infantibus idem perspicue docet, illos diuina nescire, qui nec humana nouerunt: & absurdum esse prorsus, vt in ipso adhuc vteri silentio paruulos fuisse sapientes, postea verò quàm nobiscum coeperunt loqui, ad hanc ignorantiam quam ridemus, crescendo venisse credamus: sed & eosdem baptismi tempore in tantum nescire quid faciât, vt nec facere iudicentur, nec eis imputetur, cum vocibus quibus possunt & motibus reluctantur sanctificationi. Ac demum ita concludit: Dicimus ergo in baptizatis paruulis, quamuis id nesciant, habitare Spiritum sanctum.]

CVR ERGO pergunt adhuc istigarrere de parvulorum motibus, quos nesciunt, & scire non possunt, nec sunt vnquam experti? Cur fidei proponunt regulam, omnibusque paruulis quod credant indiscriminatim, affingunt? Siccine his nouis licet legislatonibus, vt non dicam paucorum, sed vnus in scripto Euangelio priuilegium legem communem faciât? Cyrillus Hierosolymitanus, cuius meminit etiam Hieronymus, perspicue dixit; Solus Ioannes in vtero existens exultauit in gaudio, & corporis oculis nihil videns, spiritu Dominum cognouit. An isti non vident, multa & admiranda in Ioanne quamuis infante superesse, quibus ille paruulos omnes excedat, longoque post se interuallo relinquat? Vn ab illo solum mutantur, quod in paruulos transferant: cur reliqua illi soli permittunt, nec aliis etiam largiuntur? Ioannes abiq; verbo, doctore, sacramento sanctificatus, & perfectè Christianus euasit, sanctus priusquam natus, redemptoris sui cognouit aduentum, interioris sanctificationis specimen haud obscurum edidit, matris gratiam suppeditaui, per cam diuinum se uatem ostendit, & vix octo dies natus, patrem in cantico loquentem probe intellexit, quem admodum præter Origenem & Ambrosium aliosque iam antè citatos autores Theophylactus euidenter affirmat. Hæc omnia Ioanni proprie concedunt, & merito sanè, ob Euangelicum testimoniū: illud verò non minus aliorum comune, quàm Ioannis propriū esse volunt, quod motus habeant spirituales. At quales tandem motus? an in matris vtero tantum? an circa baptismum? qui gradus? quæ differentia, æqualitas, duratio in his motibus, & in hac Dei actione? Non expedient nodos, (satis scio) aduersarij, suam ipsi fatentur ignorantiam; & tamen sine certo Dei verbo, certam à nobis hinc fidem exigunt homines importuni. Tantam demum vim habet in sacris libido non uadi, quæ dum semel peccatus male sanum occupat, dici non potest, quàm præceps & cæcum iudicium gignat.

NON ISTI profectò tam incommode sentirent, neque in has tantas angustias sese vltro conicerent, nisi quod male coeperunt, peius fouere & mordicus retinere planè constitutum haberent. Cur ergo de illis, nescio quibus, parvulorum motibus, tam insolenter, quàm mirabiliter philosophantur: nimirum vt salua ipsis constent magistri Lutheri dogmata, non sacramentis, sed soli fidei iustificationem attribui oportere? baptismum nulli prodesse, neque conferendum esse, nisi propria fide credenti: infantes qui baptizantur, propriam habere fidem, quam in eis Deus operetur: eos demum sine propria fide, sola Ecclesie fide gratiam consequi, errorem esse pestilentissimum. Verentur agnoscere, in sacris literis non esse traditum de baptismo infantium. Pudet tantum auctoritati Ecclesie & Apostolorum traditioni deferre, quantum huic veneranda detulit antiquitas. Nolunt fateri, infantes abiq; fide propria, per opus operatum ipsius baptismi, aliena interim fide opitulante, iustificari atque saluari, quemadmodum in scholis loquuntur, ac viri doctissimi sæpe multumque comprobauerunt. Non placet illis quod Lutherus docuit, paruulos etiam si non credant, baptizandos esse. Illud verò placet, cum in hunc modum scribit Vvaldensibus, Præstat prorsus omittere baptismum in paruulis, quàm baptizare sine fide, quia sacramenta neque debent, neque possunt sine fide accipi. Quo minus admirandum est, statim post sparsam Lutheri sententiam inter alia zizania, quæ longè lateque in Germania succreuerunt, Anabaptismum etiam inualuisse. Adeo vanum non est, quod Anabaptistarum parens Balthasar Pacimontanus affirmat, Lutherum secum

Catech. ad illuminatos. De Ecclesiast. scriptorib.

In 1. c. Luc. 1.

Serm. Dominica post Epiphaniæ. & in commet. ad Galat. c. 1.

rum secum prorsus consentire, quodque alij confirmant, ouum à Luthero infeliciter positum, à fanaticis Anabaptistis infeliciter exclusum esse. Cum enim audirent imperiti homines, sacrum baptismum non prodesse nisi propriam fidem vel actum credendi adferentibus, baptismum paruulorum, quos tum fide, tum intellectu vacuos facile cernerent, plane contempserunt, & iterandum sibi baptismum putauerunt, nec lat esse voluerunt, infantes actu proprio non credentes, in sola fide Ecclesie baptizari. Qua de re Musculus etiam, vt indicauimus, suam sententiam & querelam non dissimulauit.

VERVM his de rebus, quæ ad baptismi sacramentum proprie spectant, & à scriptoribus Catholicis copiose tractantur, non est nobis vel animus, vel locus nunc pluribus differendi. Tantum præter ea, quæ commemorauimus ex Patribus, aliquot adhuc testimonia proferemus, vt Ioannis infantis gratia dignitasque singularis, quæ hoc capite ab solueda est, fiat porro commendatior. Non enim postquam fuit natus, & ad virilem peruenit ætatem, gratiam accepit Ioannes, inquit Chrysostomus, sed ex ipso materno vtero amictus veste sanctificationis, præter opinionem procedit tanquam miles admirabiliter. Tum Beda sequens Ambrosium testatur, quod Mariæ vocem prior Elizabeth audiuerit, sed Ioannes prior gratiam senserit. Et hoc addit: Illa naturæ ordine audiuit, iste exultauit ratione mysterij: illa Mariæ, iste Domini sensit aduentum: istæ gratiam loquuntur, illi (Christus & Ioannes) intrus operantur, pietatisque mysterium in matris adoriuntur visceribus, duplicique miraculo prophetant matres spiritu paruulorum. Sed & Theodorus Studitus Metaphraste antiquior, magnis Ioannem effert laudibus, ac felicem illum, imò etiam prudentissimum infantem vocat, quoniam res diuinas contemplaretur, cum in matris vtero sic exiliret. Multis præterea explicat, quos tunc motus & affectus Ioannes per se senserit: verum his breuitatis studio prætermisissis, nos ad alia progrediamur.

In encomio natalis eiusdem. De Hom. de Virginit. B. Virginis.

Sanctia Patris de Ioannis pueri prærogatiua.

Orat. de natali S. Ioannis.

CAPVT SECVNDVM.

Erat in desertis vsque in diem ostensionis sue ad Israël. Luc. 1. Factum est verbum Domini super Ioannem Zacharia filium, in deserto. Luca 3.

MAGDEBURGENSES.

DE quod nequaquam de aliquo antro omnino ab hominum conuersatione remoto accipiendum est; quasi ibi velut versus & misanthropos delituisse, ab omni humanitate alienus, sicut posterioribus temporibus eremita, & id genus homines superstitiosos sibi finxerunt cultus: sed in æconomia sacrorum parentum est educatus, qui habitauerunt in loco ad regionem montosam sito, qui vulgò desertum vocabatur, sicut etiam nunc vulgò loquimur, ad syluam Hercyniam habitare, hoc est, in oppidis prope montes habitationem suam habere. Ita postea in deserto baptizatur, hoc est, in locis prope Iordanem, ubi non procul montes aberant, ac passim tamen oppida ac pagi erant. Cent. 1. lib. 1. cap. 10. col. 357. Ac rursum col. 295. Fuit Ioannes in deserto, hoc est, in regionibus circa Iordanem, utpote qua ob vicinos montes deserta vocabantur, cum tamen in eo tractu circa Iordanem, utpote pisioso loco pratis irriguo & pasuoso, plurimi homines habitarent. Et lib. 1. cap. 6. col. 248. Est synecdochicòs dictum; Ioannes predicabat in deserto Iudæ: hoc est, in oppidis ad desertum adiacentibus.

CENSURA.

VM DE IOANNE DIXISSET LUCAS: PVER AVTEM CRESCEBAT, ET confortabatur spiritu, è vestigio præsentem locum adiunxit, Ioannem in desertis collocans. Vbi non modò pueritiam, verum etiam adolefcentiam & iuuentutem eius vno veluti verbo comprehendit, simulque indicat, eundem ad annum vsque plus minus tricesimum in desertis perferasse. Tunc enim diuino spiritu excitatus primùm ille in publicum prodiit, ac vniuerso Israël concionari, suumque munus ad parandam Christo viam palam obire.

Quid nouerit de Ioannis de deserto sentiant.

Scripturam proprie loqui de Ioanne deserto.

Circa Christum baptizatum, ut de deserto, et ad desertum, ut dicitur.

Deserti nomen quomodo in scriptura accipitur.

Hinc iam existit questio de Ioannis deserto, quod noui quidem interpretes aut impudenter audent inficiari, aut indignis modis obscurant, ac pro nihilo ferè habent, haberiq; ab omnibus vellent. Et hæc tenus quidem omnes isti in eo consentire mihi videntur, vt veris Ioannis laudibus detrahant, quas illi non modò Patres maioresq; nostri, sed & sancti Euangelistæ clarissimè tribauerunt. Discunt igitur ab expresso scripturæ testimonio, quod in omnibus propemodù Euangelistis legitur: & stolidè impudenterq; substituunt, quæ neq; scripturæ sunt consentanea, neq; Patrum testimoniis, aut rationis vilius autoritate cõmunentur. Scriptura disertè testatur: Vox clamantis in deserto, vt indicet Propheta, sicut Cyrillus interpretatur, Ioannem aduentus Domini præcursores diuinum, in deserto Iudææ clamaturum esse, sicut & Ioannes hunc locum de seipso explicat. An hoc est, Vox clamantis in oppido vel pago, seu loco alio ab hominibus habitato? Scriptura loquitur, Ioannem in desertis fuisse in diem vsq; ostensionis suæ ad Israël: an hoc est, vt isti volunt, in paternis ædibus? Scriptura dicit: Fuit Ioannes in deserto, hoc est, vt inquit isti, in regionibus circa Iordanem: idq; ex Grammatica. Sed quali Grammatica? quæ citra necessitatem synecdochas & figuras scilicet faciat, vbi nullæ sunt; quæq; germanum scripturæ sensum assutis tropis doceat adulterare. Quid his verbis quæso clarius, desertum, eremus, solitudo? quem admodum Græci Latiniq; codices, & grauissimi Patres, Euangelistarum interpretes, magno consensu testatur, sed & veteres de Ioanne loquentes cõsentienter exponunt. Certè si ad hunc modum, vt isti faciunt, in scriptura ludimus, & deserti verbo abutimur tam temerè ac insolenter, falso illud Apostoli ad Christum dixerint: Desertus est locus hic. Ac iterum: Hic in certo loco sumus. Imò si hos nouos audimus interpretes, etiam Christi desertum licebit eludere: quasi Dominus neq; in solitudine, neq; inter bestias, vt Marcus addit, sed in regionibus, aut locis ad desertum adiacentibus, ieiunans vixerit. Quo demum quid vanius & indignius, quæso, excogitari ac dici potest?

NAM ET graues causæ possunt adduci, ob quas Dominus recens baptizatus desertum petere, sibi que soli remotus ab omnibus viuere deliberarit. Fecit hoc recens baptizatus, non humano, sed diuino spiritu impellente (statim enim Spiritus expulit cum in desertum, vt Marcus ostendit) nimirum pastorem se verè bonum declarans, qui venerat ad ouem in paradisi quidem delitiis perditam, sed in mundi deserto requirendam. Fecit, baptizatos omnes admonens, ne acceptæ gratiæ nimium fidant, otio torpentes ac inertia, sed vt confestim ad bellum contra spirituales potestates continenter gerendum se totos accingant. Fecit, suos docens tyrones ac milites, quantum opere Christianam professionem deceat, à mundi luxu, pompa, strepitu secedere; malorum vitæ contubernia, carnis illecebris delitiisq; omnibus nuntium remittere. Fecit, commendans nobis locum aprum certamini spiritali, præsertim ad vires Sathanæ fortius elidendas, ad carnem studiosius edomandam, ad spirituales deniq; exercitationes, vt sunt vigiliæ, ieiunationes, preces, chæmuniæ aliæq; corporis castigationes expeditius subeundas. Fecit veluti docens militem Christianum, ad benè beatèq; viuendum magna spiritus virtute, continentia, vigilantia & patientia singulari sese armare atq; munire. Fecit, vt sciamus portam angustam & viam virtutis arctam & asperam esse, neque sine labore nobis in hoc deserto manna cœlestis contingere. Fecit postremò, vt intelligeremus, illa excellentia diuini Spiritus dona, quibus ad alios informandos, atque ad Ecclesiastica officia sustinenda cum primis egeremus, sine accurata quadam preparatione atq; contentione nostra non facile comparari. Quæ omnia scripturæ Patrumque testimoniis confirmari super sedemus, quum boni omnes agnoscant, ob eiusmodi causas Christum adiiisse desertum, ac multos præterea iuxta Christi & Ioannis exemplum vulgi sæpe fugisse conspectum, & ad secreta horridaq; loca pietatis ergò secessisse. Pergamus autem alias Euangelij sententias, an deserti nomen ad tropum pertineat, considerare.

IPSE AVTEM secedebat in desertum & orabat, inquit Lucas. Et rursum: Facta autem die, egressus ibat in desertum locum. Nihil profectò hinc figuratum est, sed sicut in deserto, sic & in monte Christus libenter orauit, orandoq; pernoctauit. Cuius rei rationem vt reddat Nazianzenus, Pulchræ sunt, inquit, solitudo & quies, quod me Helia docet Carmelus, eremus Ioannis & mons Iesus, in quem sapius illum secessisse, & per quietem cum seipso conuersatum esse apparet. Nec temerè à Chrysostomo annotatum est, Dominum

Matth. 2. c. 11. Marc. 1. Luc. 3. c. 7. Ioan. 1. Esai. 40. a. in eodem Esai. locu. b. Ioan. 1. Lucas.

Marc. 1.

Matth. 14. Marc. 6. Lucas. Matth. 4. Marc. 1.

Marc. 1. Luc. 15. c. 19. Ephes. 4.

Matth. 7. Luc. 12.

Lucas 5. d. Luc. 4. c. Marc. 6. Matth. 17. f. Matth. 14. Lucas 6. Ioan. 12. g. Orat. de fœdibus altorum passim sate. h. 3. Reg. 18. i. Hom. 3. in Marcum.

Dominum quando orare instituit, solum in monte recessisse, & ibi tota nocte orasse. Erat in die, inquit, cum discipulis, in nocte orationem suam pro nobis Patri dedicabat: & quando volebat orare intentius, solum secedebat. Ad hæc quem tropum isti quæso alii Euangelij locis affingent, vbi legunt, & audiunt, Christum in deserto confertæ hominum turbe panes abundè suppeditasse, & veteres partes in deserto panem cælitus datum manducasse? Nonuit certè Ioannes Euangelista, inter desertum & loca deserto adiacentia, multum intercesse, ac propterea luculenter dixit: Iesus non in palam ambulabat apud Iudæos, sed abiit in regionem iuxta desertum, in ciuitatem, quæ dicitur Ephrem, & ibi morabatur cum discipulis suis. Ad eosdem autem alibi Dominus: Venite, inquit, seorsum in desertum locum. Hoc si perinde esse putes, ac si dicatur: Venite ad pagos vicinos, vel ad loca piscosa, pratis irrigua & pascuosa, vel ad oppida deserto finitima, ridiculè profus interpretabere, & in clarissima luce cæcuties, ipsaq; perspicua Euangelistarum verba peruerteres.

NON POTEST igitur consistere, quod assumunt isti noui Grammatici, montosam regionem, vbi parentes Ioannis habitabant, desertum appellari, vnde ad Iordanem Ioannes venerit: sed fatèdum est, Ioannem è domo parentum mature quidem egressum, non alibi quam in deserto vel eremo interiore vixisse, & ex vasto loco intimaq; solitudine tandem in regionem prope Iordanem processisse, quando iussu diuino commotus, ad populum verba facere cepit. Propterea Lucas inquit: Factum est verbum Domini super Ioannem Zachariæ filium in deserto, & venit (ex ipso deserto scilicet) in regionem, quæ circa Iordanem erat. Quem admodum hoc Euthymius obseruauit, & Iuencus poeta verus diligenter his expressit versibus,

Ex hinc secretis in vallibus abdita semper Vita fuit puero, donec poscentibus annis Vatis ad officium pleno pubesceret æuo.

QUOD VT aliquatò dilucidius fiat, Origenis verba repetemus, qui de prima Ioannis educatione non verè minus quam grauitè differit in hunc modum: Ioannes non expectauit, vt à patre nutritur vsq; ad diem ostensionis suæ ad Israël, sed recessit, fugiens tumultum urbium, populifrequentiæ, viciniam ciuitatum; & abiit in desertum, vbi purior aër, & cœlum apertius, & familiarior Deus, vt quia nec dum sacramentum baptismi, nec prædicationis tempus aduenerat, vacaret orationibus, & cum Angelis versaretur. His Origenes aperte probat, Ioannem non in oppidis aut pagis circa desertum, aut in loco ad regionem montosam sito, quem isti desertum appellat, vixisse, neq; in suorum parentum œconomia educatum esse, sed inde à puero ab hominum conuersatione remotum, singulari studio in vastam eremum sese abdidisse. Ne verò putemus, hoc Origeni leuiter excidisse, suam ipse sententiam alibi quoq; confirmat: Erat, inquit, Ioannes vitæ mirabilis, & multum ab aliorum hominum conuersatione diuersus. Non habebat sacculum, non famulum, non saltè vile tugurium. Morabatur in deserto non solum vsq; ad diem ostensionis suæ ad Israël: verum eo tempore, quo poenitentiam populo prædicabat, erat in solitudine Iudææ, & aqua simplici irrigabatur, vt & in potu esset diuersus à cæteris. Tum rursus ab eo scriptum legimus, Erat in deserto Ioannes, & nutrebatur nouo & extra humanam naturam modo.

QUOD SI cogitemus reliqua, quæ circa Ioannis infantiam & pueritiam acciderunt, dubium certè nullum est, inusitata profus illa & admirabilia fuisse, vt multi propterea dixerint: Quis putas puer iste erit? etenim manus Domini erat cum illo. Quò minus admirari nunc conuenit, Ioannem aliter, quam reliquos pueros, educatum, nec in domo parentum, vel in communi hominum societate diu commoratum; sed potius inde à puero in solitudine intima versatum fuisse. Vnde Chrysostomus Ioannem depingens, inter alia sic loquitur: Statim vt natus est, in eremo viuuit, in eremo nutritur, Christum expectat in solitudine. Hoc si satis non est, audi plura ex eodem ore aureo: Ioannes quia maiorem accepit gratiam, propterea in eremo philosophatur, & reseruat se in aduentum Christi, quia nuntiaturus erat Christum. Statim in eremo nutritur, statim vbi crescit, non vult cum hominibus conuersari; in eremo cum Angelis philosophatur. Idemq; rursus alibi: Considera, inquit, quale tunc fuerit, videre hominem post triginta annorum spatia aberemi vastitate venientem. Iterum verò in quartum illud Euangelium scribens; Ioannes vita & asperitate & omnium hominum contemptu insignis. Siquidem veste, mensa, domo & ipso victu con-

Matth. 15. Marc. 8. Ioan. 6. Exod. 16. Psal. 135. Sapient. 11. Ioan. 11. Marc. 6.

Luc. 1.

In cap. 3. Matth. Lib. 1. hist. Euthym.

Hom. 11. in Lucam.

In Lucam hom. 25.

Hom. 11. in Lucam.

Luc. 1.

Hom. 10. in Matth. Hom. 15. in Euzeg. Ioan.

Ioannem in deserto, hoc est, eremo interiore vixisse.

De prima Ioannis in deserto educatione, et tunc Patri testimonium.

Non mirandum esse Ioannis in deserto educationem.

Quando Ioannes uenerit in desertum.

tempore eremum ab incunte ætate incoluit. Quid quæso dilucidius, & in rem præsentem aptius possit adferri? Hieronymus verò ad Rusticum hæc scripta reliquit: Ioannes baptista sanctam matrem habuit, Pontificisque filius erat: & tamen nec patris affectu, nec matris opibus vincēbatur, vt in domo parentum cum periculo viueret castitatis. Viuebat in eremo; & oculis desiderantibus Christum nihil aliud dignabatur aspicere. Vestis aspera, zona pellicea, cibus locustæ, melque siluestre: omnia virtuti & continentia præparata. Tum alibi de Ioanne notat, quod post materni ventris hospitium eremi sit deserti sectatus, quodque vrbes fugiens, in solitudine præparetur.

Eusebius desertum Ioannis præclare confirmat ac defendit.

VERVM inter alios veteres & eruditos Patres, qui Ioannis desertum adstruunt, luculentè admodum loquitur Eusebius Cæsariensis, qui vel solus ad verberandos aduersarios sufficiat, & arma ad eos expugnandos firmissima præbeat. Tractat is de industria quæstionē, quæ de causa Ioannes non in vrbe, nec in ipsa Hierusalem, sed in deserto suggestum sibi ad prædicandum elegerit. Eius rei duplicem rationē adfert: alteram, vt Esaiæ vaticinium de voce clamantis in deserto cõpleretur: alteram, vt eo veluti typo futura tum vrbs Hierusalem, tum vniuersæ legis abolitio præluderetur, simulque colligenda ex gentibus Ecclesia præmonstraretur, quæ instar solitudinis à bonis omnibus tum deserta iacebat. Adiungit & secundam quæstionē, quid tandem in Ioanne fuerit, quo tantam sui admirationem in turbis hominum cõcitarēt, vt ei prædicanti baptisma pœnitentiæ fidem haberent, & relictis propriis rebus ad illum in desertum vndique confluerent, præsertim cum nullum interim ab eo miraculum ederet. Respondet igitur, nouum hoc vitæ genus, quod Ioannes à cõmuni hominum vita abhorrens instituebat, ad hanc admirationem populum impulisse. Procedebat enim, inquit, ex deserto in usitatum inducus habitum, omnemque communem hominum consuetudinem declinans: nam neque in vicum vllum, neque in urbem, neque in cõmunem aliquem virorum cœtum comiebat. Sed ne victu quidem communi vescēbatur: siquidem scriptum est, quod à puerili ætate in solitudine versaretur, ad illum vsque diem, quo ipsi Israël ostenderetur. Quin etiam eius vestimentum ex pilis camelorum confectum erat, & cibus erant locustæ & mel siluestre. Nunquid igitur cum capillo quidem Naziræum Dei viderent, qui diuinam quodammodo faciem præferret, vestimenti autem inusitatum genus indutum, repente nescio vnde è latebris solitudinis prodeuntem, & post prædicationem rursus in solitudinem & latebras recedentem, sine potu, sine cibo, abhorrentem à multitudinem merito obstupebant, & ne hominem quidem illum esse arbitrabantur? quidni illum, qui nullo cibo indigeret? Quocirca eundem angelum esse credebant, illum ipsum de quo Propheta loquitur, cum dicit: Ecce ego mitto angelum meum ante faciem meam, qui parabit viam tuam ante te. Eundem scripturæ locum Marcus quoque Euangelista citauit. Quin etiam ipse saluator huic rei testimonium exhibet, dicens: Venit Ioannes ad vos neque comedens, neque bibens: & dicitis, dæmonium habet. Incredulos enim & aduersus veritatem difficiles & pernicaces, credibile est, propter illud, quo Ioannes utebatur vitæ genus, talia in illum probra iactasse, sicut è contrario qui virtutis illius sensu afficiebantur, angelum cum existimasse. Hæc igitur arbitrator ipsum Ioannem intuitibus admirationem ac stuporem erga homines attulisse: quapropter ad eam animæ purgationem, quæ ab illo denuntiabatur, vndique concurrebant. Meminit autem huiusce quæ de illo fertur historia, etiam Iosephus in decimo octauo Iudaicæ antiquitatis libro.]

Eusebius Metaphrastes & Bernardus Ioannis desertum comprobant.

EQVIVEM non video, quid ad rem propositam accommodatius, & ad nouatores confutandos fortius in medium possit adferri, quam quod Eusebius præsentis loco differens, & ex ipsius scripturæ fontibus confirmans adduxit, vt hic etiam Euangelicam planè demonstrationem præstare videatur. An non Ioanni desertum propriè dictum, & veram solitudinem ob grauiissimas causas tribuit, illumque non ad breue tempus, sed inde à puerili ætate in latebris solitudinis delituisse, & ad eandem subinde post prædicationem rediisse, tum sicut in habitatione, sic etiam in victu & vestitu à cõmunis vitæ ratione alienum fuisse, prorsusque abhoruisse testatur: quæ summa vitæ austeritate hoc tandem effecerit, vt ad illum, velut ad Angelum quendam, plurimi concurrerent, pessimi verò eundem ob probris insectarentur. Cum his autem omnibus planè consentit Metaphrastes, qui cum Luca locum repetiisset, quo tempore scilicet, ac sub quibus principibus Ioannes in deserto vixerit, disertè docet, illum, cum vix adhuc solutus esset à fasciis, solitudinem habitasse, & vitam angelicam exercuisse,

In commendat Ioan. Baptista.

Epist. 4.

Aduersus Luciferianos, & ad Latam de filii institutione.

De demonstrat. Enag. lib. 9. cap. 5. Esaiæ 40.

Ioan. 7.

Luc. 2.

Malach. 3. Marth. 11.

Marci. Luca 7.

exercuisse, quæ ab omnibus impedimentis, omnique suppellecile esset immunis. Addit præterea, Non lecto, non mensa, neque aliquo alio ex his, quæ sunt huiusmodi, indigebat: non terram arauit, non sulcum profecit, non sudore vultus panem comedit. Et rursus: Triginta annos habitauit in solitudine, & se veluti perpetuo damnauerat exilio, & cum nullo omnino homine versari statuerat, & ab incunte ætate vitam elegerat monasticam. Quam verè igitur ac præclare hoc de Ioanne Bernardus prædicat: Intra teneritudinem annorum beatus iste puer ad eremum spiritu ducente deductus est: nec obstitit ætatis infirmitas, quam maiestas Domini fecundabat. Et iterum: Relinquit Ioannes mundum, homines fugit, patriam nescit, parentes aspernatur, & in solius diuinitatis apicem defigit obrutus. Mira rerum conuersio: hominem vix mundum ingressum, mundi fugere gloriam & seculi cupiditates non solum obliuisci, sed nescire, perpetuumque cum diuinitate habere consortium. Recessus montium, sylvarum anfractus, & vallium subteriacens vastitas, puero Patriarchæ, quando nox coegerat, domicilia præbuerunt.]

Simon de excell. Ioan. Baptista.

Hæreses.

De luminibus sanctis.

Lib. 1. ca. 14. Eccles. hist.

In cap. 11. Matth.

Hom. 10. in Matth.

Hom. 3. in Matth.

In cap. 3. & 11. Matth.

In Ioannem hom. 15.

Theaur. lib. 2. ca. 4.

Hom. in Sigismon Ioannis Baptista.

VNDE IAM perspicit studiosus lector, qua fide Centuriatores agant, dum vrbanis & delicati homines, circa Ioannis desertum tam blandè nugantur, illumque malunt in oppidis & pagis, quam in horrida eremo collocare, quantumuis Origenes, Chryostomus, Hieronymus & Eusebius, hoc est, probatissimi testes, qui Euangelicæ historiæ consonant, palam aduersentur. Omiseram propemodum Epiphanium, qui contra Origenianos disputans, Ioannem inter eos Prophetas recenset, qui vrbes fugerunt, nihilque cum sceminis commercij habuerunt, vt pote degentes in solitudinibus, vbi seipso propter Dei regnum castrarent, ac puræ vitæ imitatione beatos Angelos imitarentur. Adhæc scribit Pantaleon diaconus, Ioannem à puero in deserto his rebus esse nutritum, apium videlicet laboribus & herbarum radicibus ac locustis. Narrat Nicephorus, eundem à primis annis, vitæ solitariae in eremo assueuisse, eumque Angelo duce in remotiores sylvarum recessus abcessisse. Apud Euthymium hæc verba legimus: Quis ab infantia ita solitariam & eremiticam duxit vitam, taleque elegit exercitium? Certè nullus omnium. Tum idem apertè docet, Ioannem in eremo à puero aëris inæqualitati assuefactum esse. Sequitur enim, vt opinor, Chryostomum, qui luculenter affirmat, Ioannem ab ipsis in cunabulis in eremo semper inhabitasse, tum in solitudine hyemes pluuiasque sustinuisse, & hoc tenero adhuc corpore ætate puerili, in super & inæqualitatem aëris, ciborumque tenuitatem tolerasse. Adiungit & illud, quod Ioannis in deserto vitam minimè otiosam illustrat: Semper in hymnis, inquit, semper in orationibus fuit. Nulli hominum, antequam ad baptizandum accederet, Deo autem soli, sua semper offerebat colloquia: neminem vidit vnquam conseruorum, nec ab aliquo horum visus fuit: non lacte nutritus, non lecto susceptus, non lecto, non soto, non alia re humana vsus erat: tamen mitis simul & acer: quorum alterum ex conuersatione sua cum discipulis, alterum ex responsione ad Iudæos atque ad regem libera facile perdisces. Hæc Chryostomus non minus vere, quam eleganter, qui rationem alibi quoque reddit, vt superius ostendimus, cur Ioannes in eremo vixerit adolescens. Quæ de re sic docet etiam Chryostomi sedulus imitator Theophylactus: Quare, inquit, Ioannes erat in desertis? Vt ne multitudinis malitiæ particeps fieret, & vt neminem reuerit, liberè reprehenderet. Nam si fuisset in mundo, fortassis consuetudine amicorum & societate coinquinatus fuisset: sed vt fide dignus haberetur qui prædicaret Christum, vt potè eremita, vitæque excellens alios. An non idem sensit quoque Cyrillus? Vrbes, inquit, contempsit, & eremum habitare voluit diuinus ille Baptista, tantoque virtutum excelluit numero, vt cum ad summa iam humanæ iustitiæ peruenisset, maximam de se admirationem hominibus concitauerit. Alibi verò testatur, Ioannem semper eremum coluisse, qui robore animi carnem rationi subegerit, cuius habitatio fuerit eremus, & amictus humillimus, & cibus abiectissimus, quemque propter asperam vitam omnes admirarentur. Idem constat Beda, vt hæc eius verba monstrant: Prætulit longam solitudinis sitim & esuriam continuam hostiarum solenniis: pilis camelorum & cinctui zonæ pellicæ, auro textas Pontificum postposuit stolas, vt is qui merito iustitiæ perfectioris auctoritatem sibi prædicandi ascriuerat, ipse etiam neglecto ordine paterni pontificatus ostenderet, quia non dubiè melioris Pontificatus præco & præcursor existeret. Atque huc pertinet Ecclesiæ canticum,

Mirum amor solitudinis in Ioanne.

Patrum plura testimonia, Ioannem in deserto vitam austeram egisse.

Quare Nazares vitam elegerit eremiticam.

quod nobiscum Centuriatores vsurpare non possunt, etsi verbis Euangelij, Patrumque testimonij clarissime consonet:

Antra deserti teneris sub annis
Ciuum turmas fugiens petisti,
Ne leui saltem maculare vitam
Famine posses.

Quis quis autem huius auctor fuerit carminis, Hilarium quidam nominant, vetustum in primis & Christianum poetam Prudentium sequutus videtur, vt qui de Ioanne in hunc modum iam ante cecinerat:

Post in patentes ille solitudines,
Amictus hirsus bestiarum pellibus
Setisue tectus, hispida & lanugine
Secessit, horrens inquinari & pollui
Contaminatis oppidorum moribus.
Illic dicata parca abstinentia
Potum, cibumq; vir seueræ industria
In usque serum respuebat vesperum.
Paruum locustis & fauorum agrestium
Liquore pastum corpori suctus dare.

Nec ignobilis est Poeta Nonnus, qui & ipse Ioannem eremitam his versibus declarauit:

Melliferis autem Iudæa in saltibus oræ
Montinagus quidam, desertæq; incolæ rupis
Errabat, primi præco baptismatis, illi
Nomen Ioannes.

Ioannes Baptista monachorum dux et princeps.

Ac ne miretur aliquis, Ioannem ab Euthymio, Theophylacto, Metaphraste, multisq; aliis monachum ac eremitam dici, ecce tibi Chrysofostomum & Hieronymum, qui Ioannem Baptistam monachorum ducem ac principem aperte prædicant. Chrysofostomi verba sic habet: Sicut Sacerdotum principes sunt Apostoli, sic monachorum princeps Ioannes Baptista est. Tum alio in loco: Considerate Monachi dignitatem vestram. Ioannes princeps vestri est dogmaris: ipse monachus. Statim vt natus est, in eremo viuuit, in eremo nutritur. Hieronymus verò in hunc modum: Huius vitæ autor Paulus, illustrator Antonius: & vt ad superiora conscendam, princeps Ioannes Baptista. Tum Isidorus disertè confirmat, eremitas deserta loca & vastas habitare solitudines ad Ioannis & Eliæ, qui eremi secessus penetrarunt, imitationem. Ad hæc Bernardus monachorum propositum, & anachoretarum principium Ioannem palam appellat. Sed & Cassianus de Ioanne scribit, quod in eremo tota ætate permanerit, quem imitati sint anachoretæ, non timentes vastos etiam eremi recessus penetrare, & solitudinis secreta sectari, nimirum sublimioris profectus contemplationisq; diuinæ desiderio. Astipulantur his demum Sozomenus & Nicephorus, qui multorum sententia præclarum vitæ monasticæ institutum vel à Ioanne Baptista, vel ab Elia Propheta institutum fuisse testantur.

Chrysofostomus ab iniuria Centuriatorum defensus.

Nec pudentiam tamen Centuriatores cum Ioanne Chrysofostomo expostulare, adeo quicilli temeritatis & mendacij crimen affingere, quandoquidem Ioannem Baptistam statuat principem monachorum. At verò an non multò magis temeritas istorum calumniatorum simul inculanda & execranda est, qui hanc notam tam grauē & fœdam, viro & grauissimo & sanctissimo & doctissimo, cui nec matulam porrigere digni sunt, per iniuriam summam inurunt? Cur ipsi communem tot præstantium Theologorum, quos diximus, sententiam in hoc vno tam probrosè sugillant? Cur vel nequiter subticent, vel obliuione & negligentia impediri prætermittunt ea, quæ idem Chrysofostomus ad suæ sententiæ confirmationem explicatè tradidit? Etenim vt minus miraremur, Ioannem monachorum principem ab eo dici, de horum institutis permulta narrat, quæ cum sanctissimi viri Ioannis & moribus & exemplis egregiè congruunt, quæque maiorem propterea fidem merentur, quòd non ab aliis accepta, sed explorata certoque comperta recenscat. Etenim ipse in monasterio, adeoque solitudine viuens, sicut narrat præter alios

Lib. cathemer. hymno 7. iohann. simm.

In cap. 7. iohann.

a Hom. 1 in Marcum. b Homil. de Ioanne Baptista. c Ad Eustochia de eussod. Virg. d Lib. 2. de diuin. offi. cap. 15. e Ser. de excell. Iohann. Baptista. f Collat. 18. cap. 6. g Ecclesiast. lib. 3. ca. 12. h Lib. 8. cap. 39.

Cent. 5. ca. pag. 711.

Hom. 69. in Matth.

In vita Chrysofostomi. * Hom. 14. in epist. ad Timoth. * De moribus Eccles. Catholic. cap. 31. a In Lausiac. historia. b Lib. de vita sanctorum Patrum. c De instit. cenobiorum & Patrum collatio. d Lib. 3. Ecclesiast. ca. 12. 13. 14. e Lib. 3. cap. 13. & lib. 6. ca. 28. & seq. f Lib. 1. hist. Eccles. cap. 21. & lib. 4. cap. 7. & alibi. In cap. 3. Matth.

Collat. 18. cap. 5.

* Tract. 1. de communi vita & morib. cleric. a Lib. 9. ca. 14. Eccles. histor. b Ad Eustochia de eussod. Virginit. c De moribus Eccles. Catholic. cap. 31. d Collat. 18. cap. 4.

alios Metaphrastes, hoc vitæ genus & institutum re ipsa fuerat expertus. Igitur amictum monachorum fuisse scribit, qualis non solum Eliæ & Heliæ, sed & Ioannis extiterit. Aliis namque è camelorum pilis, aliis caprarum pelles, multis solum coria, & quidem vetustate consumpta, vestes fuisse commemorat. Monasteria dicit verè domus esse luctus, vbi sit cinis & cilicium, vbi solitudo, vbi nullus negotiorum secularium strepitus, vbi terrenorum duritia lectulorum. Præterea testatur monachos ieiunasse, vigilasse, non indulgisse otio diurno: nostes quidem sacris hymnis ac vigiliis, diebus verò orationes manuumque opera exercuisse. Si quis, inquit, nunc ad Ægypti solitudines veniat, Paradiso prorsus omnem illam videbit eremum digniorem, & innumerabiles Angelorum cœtus in corporibus fulgere mortalibus. Norauit de his etiam Augustinus, quòd maximè per Orientem & Ægyptum diffusis, & ab omni hominum conspectu remoti, paeneque solo & aqua contenti, desertissimas terras incolant, persfruentes colloquio Dei, cui puris mentibus inhæserunt. Tum Palladius, Theodoretus, Cassianus, Sozomenus, Euagrius permulta scribunt de huiusmodi eremi cultoribus, qui in vastissimis solitudinibus versarentur; & singuli suas tenerent cellulas, summoque cum silentio sacræ contemplationi vacarent, & continuis penè ieiuniis & vigiliis vitam traducerent, non sanctimonia modò variaque doctrina, sed & miraculis saepe præstantes. Quid verò isthuc vniuersum est aliud, quàm Ioannis Baptistæ, veluti principis, mores & instituta sectari, tali que duci nunquam satis laudato adhærescere? Quò magis ego miror Brentij sententiam, qui etsi fateatur vitam Ioannis durissimam & eremiticam planè fuisse, vt nulli alteri sanctorum tam durum vitæ genus contigerit, tamen conferri cum illo non vult monachos ac eremitas, quòd ipse suscepit hoc genus vitæ non proprio arbitrio, sed diuina vocatione. Quis verò nisi malignus, vel stupidus inficietur, non humana, sed diuina vocatione, neque carnis instinctu, sed cœlestis spiritus ductu & impulsu tot sanctorum monachorum myriadas ad vitam eremiticam sese contulisse? Quanquam ne hæc quidem satis constat sibi Brentius, sicut paulò post planum faciemus.

Viis monachos & numerosos eorum cœtus quinto, quarto tertioque in Ecclesia seculo certum est, quamuis hoc inuiti planè Magdeburgici fatcantur, & monachi nomen Hieronymi ætate natum esse insulsè fabulentur. Probat Cassianus monachorum disciplinam inde à tempore prædicationis Apostolicæ inchoatam, vsque ad Abbatum Pauli & Antonij ætatem perdurasse. Nec potest negare quisquam, Patres maximi nominis, & summæ in Ecclesia autoritatis, in monachorum ordine multum fuisse versatos, indeque velut ex optima virtutum, ac pietatis omnis officina, fructus vberrimos & sibi comparasse, & toti Ecclesiæ communicasse. Cuius rei locupletissimi testes sunt Basilus, Eusebius, Hieronymus, Paulinus, vterque Gregorius, vt recentiores omnes silentio præteream, qui hoc vitæ institutum, eiusque dignitatem & sanctitatem non factis minus, quàm verbis amplissimè cohonestarunt. Ostendant autem aduersarij, si quem è Christianis omnibus habeant, vel vilo reperire seculo possint, quem hoc nomine dignum censeant, vt monachorum princeps, præter Ioannem Baptistam, rectius nuncuperetur. Etsi enim Hilarion in Syria, & Antonius in Ægypto primus monachorum antesignanus, aut monasteriorum potius fundator esse dicatur, tamen vt multi demonstrarunt, longè antiquius hoc est institutum, & citra controuersiam monachos omnes quantumuis vetustos vnus Ioannes, cuius plenissima laus est in Euangelio, præcelluit, his tanquam lumen in omni virtutum genere prætulit, eisdem in colenda solitudine, vnde monachi nomen deriuatum est, atque in perfectiore illa viuendi norma seruanda, quam seculis sequentibus monachi amplexi sunt, dux idem & princeps diuino quodam beneficio contigit. Neque hoc nouum est, quòd monachi alij cœnobitæ, qui in coetu simul degunt, & vnus senioris præceptis obtemperant, iudicioque gubernantur, quibus & seipsum Augustinus annumerauit: alij verò Anachoretæ censentur, id est, secessores, quòd prius in cœnobiis instituti, in secreta solitudinum loca secedant, ac iidem eremitæ soleant appellari. Vtrumque genus non solum à Nicephoro, sed etiam ab Hieronymo, Augustino & Cassiano descriptum habemus. Ioannes igitur si vllis aliis, tum Anachoretis, inter quos Paulus, Antonius, Ammon, Machobius, Arsenius, Macarij in Ægypto præstantes extitere, ducem & antistitem se maxime

Monachorum veterum mores cum 10. annis huius multum congnecians.

Monachorum institutum veterum & probatum in Ecclesia.

Monachorum princeps vultus rectius quàm Ioannes potest ostendi. Hilarion & Antonius habent etiam principes monachorum.

Vetus & receptum discrimen est inter monachos cœnobitæ & anachoretas.

forte paululum progressus in desertum, id est, saltuosa loca versus Iordanem & mare mortuum, egit in obscuriore loco aliquo. Vti si quis hinc à regione Rbeni cultiore ad montana & saltus Vogesi, vel alia Lotharingie incultiora loca secederet. En quàm hic miserè sudat Bucerus, vt suum Ioanni desertum adimat, quemadmodum & Bullingerus, & Zuinglius: quos auctores, vt opinor, hinc maximè nostri sequuntur Centuriatores. His omnibus demùm satis non est, intra fines Palestinæ versari, ad Germaniæ saltus & sylvas vsque transcurrunt, Herciniam syluam, & nescio quæ saltuosa, inculta, obscura loca mirabiliter arripiunt, suam scilicet vt peragant fabulam, & risum lectori moueant hæc noua & prius inaudita commentatione. Sed vt maxime id genus conglomerent plurima, quibus apud imperitos suam vasticiem & fraudem tegant, tamen cordatis fidem facere non poterunt, Ioannem alibi quàm in deserto propriè dicto, seu in vasta eremo vixisse. Et quem demùm è scripturis locum adducent, vnde probent tropum in hoc esse nomine, & Euangelistas, cum Ioannem in deserto statuunt, secundùm ipsorum somnia improprie loqui? Aliud verò est, cum apud Euangelistas legimus, Ioannem ^a prædicare vel ^b baptizare in deserto Iudææ, hoc est, in regionibus circa Iordanem: aliud, Ioannem ^c puerum in desertis vsque in diem ostensionis suæ ad Israël permanisse, & ^d verbum Domini super eum in deserto factum esse. Beneigitur distinguit Euthymius inter duas eremos, interiorem vnâ, à qua missus ille prodierit tandem: & alterâ, quæ prope Iordanem erat, ad quam ex interiore illa eremo intimaque solitudine in publicum venerit. Quod ita esse satis etiam indicat Lucas, vt antea demòstrauimus, cum hoc modo loquitur: Factum est verbum Dñi super Ioannem ^e Zachariæ filium in deserto, & venit in regionē, quæ circa Iordanem erat. Fuit igitur iam inde à puero in deserto interiore, & postmodum triginta ferè annos natus, venit in regionem circa Iordanem, quam Iudææ desertum ^f Matthæus, alius autem ^g Euangelista, Bethaboram, vel sicut constanter Latini habent codices, Bethaniam appellauit, vbi Ioannes, inquit, erat baptizans. Quid hoc autem ad istorum figmentum, qui etiam contra suorum hominum sententiã, verum propriumq; Ioannis desertum tollunt, & ex eo paternas, nescio quas, ædes & saltus pagosque construunt? Aliter sanè sensit præter ^h Pelli-canum ⁱ Brentius, qui non modò suam Ioanni eremum vitæque duritiem, vt auditum est, tribuit, verùm etiã hanc eius rei causam adscribit: Vocauit, inquit, Dominus Ioannem ad durissimum genus vitæ, vt sanctitatis eius testimonium de Christo commendaretur, atq; vt hoc vitæ genere aptior ad seruendum vocationi suæ in deserto redderetur. Et rursus: Ioannes à pueritia sanctissime & durissime vixit. Item, Ioannes egit vitam non in urbibus & hominum frequentia sed in deserto. Ac iterum: Iussit Spiritus sanctus Ioannem ducere vitam eremiticam, & abstinere à vino & communi hominum cibo. Quæ idcirco repetimus, vt Brentij, licet aduersarij, confessio, quæ adductis prius Patrum testimonijis consonat, veritatis causam reddat illustriorem, & nonnullis, qui fortasse Brentio magis quàm nobis fidem habituri sunt, omnem de Ioannis deserto scrupulum eximat. Et quoniam apud quosdam Erasmi, vt in Latinis Græcisque literis eruditi viri, valet autoritas, huius etiam sententia prætereunda non est. Ioannes, inquit, homine maior, vt potè Angelus Domini vocatus, vbi quæso cælestem ac purissimam vitam exegit? vbi diuina arcana edoctus est, vt dissimulatum homine Deum digito monstrare non dubitauerit: profectò non in paternis adibus, sed in eremo.

Seharii plaudunt, cum Ioannis desertum explorare nituntur.

Euangelium legitur de duplici deserto seu eremo.

Verã Brentij confessio de Ioannis eremo.

Er. v. in Matth. In 3. cap. Matth.

a Matth. 3. b Marc. 1. c Luc. 1. d Luc. 3. In 3. cap. Matth.

Luc. 3.

e Matth. 3. f Ioan. 1.

g In cap. 3. Matth. h Rom. 10. in Luc.

i In 3. cap. Matth.

CAPVT TERTIVM.

Ipsè autem Ioannes habebat vestimentum de pilis camelorum, & zonam pelliceam circa lumbos suos. Matth. 3. Et erat Ioannes vestitus pilis camelorum, & Zona pellicea circa lumbos eius. Marc. 1.

MAGDEBURGENSES.



M Angelus Gabriel in templo Zachariæ loqueretur, vitæ genus Ioannis fore dixit, non ad delicias comparatum sed sobrium, & ad tale ministerium aptum. Lib. 1. ca. 10. pag. 356. Vestis in hoc Ioanne è pilis camelis fuit contexta. Neq; est consentaneum, crudas tantum

tantum pelles sic fuisse connexas, vt quidam opinantur: sed vsitato genere vestitus, quali illi, qui ad montosa loca habitabant, induebantur. Et postea: Horridior quidem paulò fuit vestitus è pilis camelorum, sed tamen firmus & durabilis. Ibidem col. 364.

C E N S V R A.



AD SANCTI VIRI IOANNIS BAPTISTÆ, AC VENERABILIS MINISTERIJ eius commendationem pertinent, quæ non solum de illius ortu admirabili, de pueritia & habitatione, sed etiam de victu eius atque vestitu peculiari narrant Euangelistæ. Et laudatus est ille quidem semper à seuera vitæ disciplina, quàm & omnis piorum posteritas in eo meritò celebret, quamq; præter nouatores haud scio, an vlli alij magis obscurare & extenuare, si non prorsus illi adimere, vnquam studuerunt. Marloratus Matthæum explanans, hæc verba profert: *Non dubium est, quin hic montanum hominem describat Euangelista, ab omni urbano nitore & lautitiis remotum.* Vbi sequitur Marloratus præceptorem suum Caluinum, multorum errorum principem, qui docet, Ioannem rusticano victu & vestitu fuisse contentum, & mediocrem vsitatamq; munditiam fugisse. Nos verò etsi fatemur, præcipuas Ioannis virtutes in eo nõ elucere, quòd vitam adeo seueram & austeram sibi delegerit & excoluerit, tamen scimus, Euangelistas & Patres, quemadmodum ostendemus, non tam abiectè atque cõtemptim, sed multò quidem præclariùs quàm isti faciunt, de Ioannis victu & vestitu iudicare & scribere. Deinde contra Caluinum apertè pronuntiamus, eximiam Ioannis continentiam, abstinentiam, omnemq; vitæ austeritatem ad sanctitatis eius cumulum & decus pertinere: & citra vitium affirmari posse dicimus, Ioannem in vita solitaria, quamdiu in deserto latebat, à communi viuendi more abhorruisse: nec reprehendendos, sed laudandos itidem esse alios, qui cum Ioanne ab hominum turba secedunt, & duriter viuunt, vt Deo maiore cura inseruiant, & pietatem commodiùs perfectiusque colant. Victorinus verò Strigelius, vt & ipse suffundat frigidam, *In Oriente, inquit, tenuiores homines vestiebantur panno contexto ex pilis camelorum. Non igitur imaginandum est, Ioannem monstrofa veste, videlicet pelle camelorum, indutum fuisse.* Et hinc nouam artem adhibet Strigelius, vt sua Ioannem veste spoliaret, ac aliena induat, Euangelistarum interim verba interuertens. Tum Ioannem tantùm de egenorum numero facit, quos fingit quidem, sed probare non potest, in oriente pannum ex camelorum pilis contextum pro more gestasse. Quòd vt verum sit, etsi non concedimus, cauisset tamen prudens Euangelista, ne de vulgari tantùm more scriberet, neue hinc singularem Ioanni laudem assignaret, quòd is nouum, insuetum, peculiarem, & admirandum victum & vestitum sibi vsurpasset. Piaculum fore putat fortasse Strigelius, si præter morem aliorum Ioannem vestitum, & in amictu ipso seuerum fuisse concedat. Quasi verò non plura, quæ velut monstrofa & admiratione digna sunt, de eodem scripta fateri necesse sit.

In cap. 3. Matth.

In Marc. cap. 1.

In 3. cap. Matth.

Caluini et Marlorati falsa interpretatio.

De Ioannis vestitu nouatores indignè sentire conscribere.

Strigelij sententia merito reprobanda.

Chytrai signum de Ioannis veste Camelina refutatur.

Natur. hist. lib. 8. ca. 48. De Sitapopol. Rom. lib. 1.

C habere

habere solebant. Quis verò nisi insanus, aut linguæ Latinæ prorsus ignarus, huiusmodi vestimenti genere tam delicato quam pretioso Ioannem præsertim in vasta eremo, vsum esse affirmet? Fiebat certè vndulata vestis non ex camelorum, sed hircorum & caprarum pilis, vt veteres annotarunt. Valeat igitur cum suo *Kamsot* & *Schamsot* Chytraus, qui hoc inauditum figmentum, vt Ioannis vestiturum obscuraret ac imperitis simul imponeret, adhibuisse videtur. Non possunt sibi persuadere sectarij, quod huius deprauationis est caput ad exercendam animi modestiam, ad colendam virtutem, ad augendam gratiam, ad sanctimoniam vitæ confirmandam, aliquid habere momenti, quod præcursor Domini vitam à communi hominum consuetudine alienam exegerit; quod homo nobilis habitum insuetum & peregrinū sibi sumpserit; quod adolescens elegans & ornatus in publicum prodire contempserit; quod sordidam magis quam politicam, rusticanam & eremiticam potius quam vrbanam & ciuilem viuendi disciplinam fuerit consecutus. Hæc autem Epicuræorum censura carnisque iudicio probari nullo modo possunt: imò verò, qui sunt mundi sapientes, hos Sanctorum mores, hanc spontaneam vestitus asperitatem, velut stultitiam quandam despiciere, ac risu plusquam Sardonico prosequi consueverunt. Sed relicto Chytræo, fidum habemus ducem quem sequamur, Chrysostrum, qui Ioannem scribit pilis cameli, non lana fuisse vestitum, ne quis delicatam illi vestem tribueret: idque Christi confirmat testimonio, qui Ioannem à vestium asperitate laudauit. Ac idem alibi docet, Ioannis vestimentum setis contextum fuisse, vt ipso etiam habitu ab humanis nos rebus doceret abduktionem; ac suaderet nihil nos cum terra prorsus habere commune. Verum de Patrum sententiis, quæ cum istorum & spiritu & sensu ex diametro pugnant, viderimus postea.

Sectarij vestitum Ioannis iudicio carnis, mundi que prudentia metuantur.

Docuit in primis Bucerus de vestibus et cibis Ioannis fabulari, & cur.

Monastica vita adium quo sectarios impellit.

Monachorum institutum à temporibus Apostolorum fuisse, contra Centuriatores defenditur.

Nunc fati est indicasse, inter Chytraum & Centuriatores hætenus conuenire, quod imitandum sibi Bucerus proponant, qui multò antè scripserat in hunc modum: *Agebat Ioannes in deserto: vilioribus ergo, hoc est, deserti incolis assuetis cibis & vestibus fuit usus, locustis scilicet & melle siluestri pastus, & panno ex pilis camelorum confecto vestitus: ne quis existimet in morem nostrorum monachorum peculiare sibi aliquod cibi & vestimenti genus delegisse.* Sed benè habet, quod nobis tandem indicet Bucerus, qua de causa nouatores victum ac vestitum Ioanni proprium tam ægrè permittant: ne videlicet hac ratione de monachorum institutis honorificè quicquam loqui, certumque cibi & vestimenti genus in piis vllis, totaque Ecclesia probare videantur. Et enim si tale quicquam de Ioanne faterentur, animaduertunt homines minimè stupidi, id statim ad alios etiam Ioannis imitatores, vitæque monasticae sectatores referri posse. Quid verò his facias, qui monastica vitæ odio inuidiaque flagrant, & Professores eius, quantumuis doctrina & pietate præstantes, & à tota Ecclesia celebratos, sæpe faciunt supersticiosos, adeoque sui homicidas fuisse, per summam impudentiam affirmare non dubitant? Vnde Ioannis victum & vestitum, quibus possunt modis deprimunt, tantam verbis Euangelicis vim inferentes, vt Euangelistas aliter quidem sensisse, aliter autem scripsisse velint existimari. Verum iam antè monstrauimus, hoc illustre Ioannis exemplum, sicut Chrysostrum & Hieronymus probant, instituto monastico egregiè patrocinari. Vidit & descripsit Apostoli Petri familiaris, & homo valde disertus, Iudæus tamè, Philo, qui fuerint ætate sua mores Christianorum, quæque tunc inter eos vigerit vitæ monastica disciplina. Vani sunt autem, ne dicam impudentes nostri Centuriatores, qui negare student ad Christianos illud Philonis testimonium pertinere: cum apertè testetur Epiphanius, non de aliis, quam de Christianis, qui antea Iessei dicti fuere, Philonem scribere, scribendique occasionem simul exponit. Quod & planè cõfirmat Hieronymus, & adducto Philonis testimonio de primis monasteriis, ita concludit: Ex quo apparet, inquit, talem primùm Christo creditum fuisse Ecclesiam, quales nunc monachi esse nituntur & cupiunt, vt nihil cuiusquam proprium sit, nullus inter eos diues, nullus pauper: patrimonialia egentibus diuiduntur, orationi vacatur & Psalmis, doctrinæ quoque & continentia: quales & Lucas refert, primùm Hierosolymæ fuisse credentes. Igitur quòd ad monasticum institutum pertinet, antiquus est illud & probatum, quàm vt istos Momos reformidet, eosque iam antè satis

Homil. 1. in Marcum. Luc. 7. Breni enar. In 3. cap. Matth.

In 3. cap. Matth.

A De instituto Essouitum. b Centuriat. lib. 2. pag. 515. c Contra hæres. lib. 6. Tom. 20. d In Carak scriptorum Ecclesiasticorum.

Act. 2. & 4. Lib. 3. contra monasticum institutum. Superatores, & de comparatione regis & monachi. lib. 2.

e Lib. 2. Eclesiast. ca. 15. 16. & 17. f Lib. 2. cap. 17. g De institutis cenobiorum li. 1. cap. 2. & collat. 18. cap. 5. De demonst. strat. Enag. lib. 1. ca. 8. Collat. 8. cap. 5.

h Hom. 10. in Lucam. i In cap. 1. Luca. k In 3. cap. Matth.

In Postilla, Dominica 3. Aduersus.

In Euang. Dominica 3. Aduersus.

Luc. 2.

Serm. 2. de S. Ioanne Baptista. In Harmonia Euang.

repulit & protriuit Chrysostrum, cum aduersus monasticæ vitæ vituperatores complures libros edidit. Neque solùm quos dixi Epiphanius & Hieronymus, verum etiam Eusebius, & eius imitator Nicephorus, simulque Cassianus apertè confirmant, quod à Philone scriptum est, ad nostros, hoc est, non Iudæos, sed Christianos monachos referri oportere. Quod si monachorum nomen huic delicato seculo, aut sectariis potius & Iouinianistis vsque ad eodè ingratum ac odiosum est, ac rem ipsam quæ cum Philosophia Christiana præclarè consentit, probare ac retinere magnoperè conuenit, illiusque meminisse, quod ab Eusebio Casariensi egregiè dictum accepimus: Christianæ vitæ perfectum modum in solitudine, in paupertate, atque virginitate consistere. Monachorum autem nomen, si Cassiano credimus, principio illis inditum fuit, qui cum primus nascentis Ecclesiæ feruor refrigesceret, vt prioris illius disciplinae & perfectionis vestigia retinerent, sese à Christianorum vulgo segregarunt, & singularis solitariaque vitæ distributionem adierunt, à coniugijs abstinentes, quin etiam à parentum se consortio mundi que conuersatione omnino separantes.

Quamquam ne hæc quidem in parte sibi constant, sed vt aliis in rebus plurimis, inter se dissentiant aduersarij, quorum nonnulli, vt veritatem confirmet, de Ioanne longè commodius docent. Etenim Brentius & Sarcerius præter eremum, etiam durissimum & rigidissimum vitæ gentis Baptistam nostrum instituisse concedunt. Et Pellicanus his verbis veritatem agnoscit: *Vtebatur Ioannes penitentia speculum & præco futurus, omnino incultioribus, & vilioribus asperioribusque vestibus, quæ iuxta regionum varietates estimantur: sicut & pius Franciscus ad damnandum factum insolentiam & pretium zonarum de auro & pretiosissimis rebus, funem rudem elegit.* Quin & Lutherus ipse testis est: quod Ioannes vestiebatur pilis camelorum, & cingulo utebatur pelliceo, id vitam astrictiorem carnisque macerationem ac vitæ puritatem, quæ prædicatores decet Euangelij, significare. Accedit & Georgius Emilius, vt causæ à sociis oppugnatae in Ioannis, aut potius veritatis gratiâ opem ferat. *Seueritas & continentia vitæ Ioannis in eo apparent, inquit, quod non sectatus est aula delicias, nec se mollitie vitæ corrumpi passus est, sed in medijs deserti syluis asperam & rigidam vitam coluit, hirsuta cameli pelle tectus, & in cibo cum locustis melle siluestri contentus: atque ita sine omnibus delitijs & commoditatibus in deserto loco vixit, maiorem officij sui quam vitæ rationem habens, planèque, seueritatem doctrinae suæ viuendi ratione referens.* Ex quibus colliget Lector, tantam vim esse veritatis, vt etiam per aduersariorum ora nunquam erumpat: sicut istis factum est, qui verè Ioannem à vitæ durtia probant, aliisque probandum ostendunt.

Qui ex nouitate vitæ & vestitus austertatem in Ioanne confirmant.

Sed enim bona sectariorum pars hoc præsert, aliisque imperitis persuadere conatur, nullum Ioanni victum vestitusque delectum proprium ferè fuisse, sed eadem effuisse, iisdem fuisse modis vestitum, quibus ætate illa vicini & montani homines moderatè sobrieque viuentes ex more utebantur. Quid verò dicerent aliud Epicuræi & Iouiniani, siue qui carnis voluptates deliciasque supra modum amant, & his rebus, quæ ad corpus pertinent, maximè delectantur? Sedenim ad huiusmodi præstigias & tergiversationes miseri confugiunt, qui tunc veritatis, tum Ecclesiæ spiritu destituti, secundum carnem sapiunt, & molliter viuentibus non inuiti adblandiuntur. Nos verò qui lucem amamus Euangelicam, & offusam à nouis tenebrionibus caliginem depulsam cupimus, ea quæ Angelus, quæ Christus, aliique plures fide digni testes in Ioannis commendationem memoriæ prodiderunt, malis istorum artibus palam opponamus. Primùm ab Angelo Gabriele, cum de hoc puero vaticinatur, temerè dictum non est: Erit magnus coram Domino; vinum & siceram non bibet. Hæccine tantum ad sobrium aut aliis assuetum vitæ genus pertinent? imò ad summam Ioannis continentiam & illis temporibus inusitatam, vereque mirandam abstinentiam, non possunt certè non referri. Quare hæc Angeli verba sic explicat Emiffenus: Abstinentiæ merita ac virtutum, & iter arduum militiæ spiritualis humano generi insinuare curauit. Vanus est autem Caluini metus, ne hoc prætextu fingatur Dei cultus in vini abstinentia, *Solum, inquit, omnes temperantiam colant. Qui noxam sentiunt ex vini potu, spontè abstineant: qui carent, defectum æquo animo ferant.* O insignem hunc præconem abstinentiæ, qui nullam inter

Probatio est Euangelicis testimonij, inusitatum & seueram vitæ rationem Ioanni tribuendum esse.

Cetera sibi abstinentiam temerè Caluinus improbat.

temperantiam & abſtinentiam poteſt ferre diſcrimen, qui prorfus reiicit omnem ab Eccleſia indiſta, vel ſpontè ſuſcepta in cibo potuſque abſtinentiæ conſuetudinem & exercitationem, qui demùm laudandam piorum virtutem damnandæ tribuit ſuperſtitioni. Ita demùm Caluino & Sectariis libet non ſequi, ſed conuellere imò & abrogare, morem veterum orthodoxorum, qui ſolemniter ieiunantes, olim à carnibus ſimul & vino abſtinuerunt. Hinc illud Cyrilli antiſtitis Hieroſolymitani dictum extat: Ieiunamus à vino & carnibus abſtinentes: non quòd hæc tanquam abominationes oderimus: ſed quòd præmium expectamus, vt ſenſibilia deſpicientes, ſpiritali deinceps, & intellectuali menſa fruamur: & nunc ſeminantes in lachrymis, in futuro ſeculo in exultatione metamus.]

Ioann. Antiochenus à vino et carnibus abſtinebat.

Chriſtus Ioannem à ſeſtione & ſeſtione proprio commendat.

Cuius Ioannes à Chriſto laudatur ob ſeſtium aſperitatem.

Exempla veterum ſenerè & duriter ſincentium.

CHRISTVS verò ſic pronuntiat: Venit Ioannes Baptiſta neq; manducans panem, neque bibens vinum: nempè vt incredibilem vitæ auſteritatem, victumque Ioannis pauciſſimum Iudæis luxu diffluentibus exprobraret. Quæ Chriſti verba ſic explanat Epiphanius, vt Ioannes non omnino nihil ediſſe aut bibiſſe, ſed ab omni edacitatis ac potationis ſuſpitione remotus eſſe dicatur, quoniam & carnibus abſtinuerit, nec vinum guſtãrit, locuſtis, melle ſylueſtri & aqua contentus. Aliud Chriſti dictum eſt: Quid exiſtis in deſertum videre? hominem mollibus veſtimentis indutum? Ecce qui in veſte pretioſa ſunt & delitiis, in domibus regum ſunt. Significat igitur veſtitum Ioannis vt proprium, ita & inſolitum, atque ab omni nobilium & aulicorum conſuetudine mollitiæque remotum, ac Deo tamen gratum & laude dignum fuiſſe, quantum uis ille vilis, durus, aſper, & horridus mundi quidem filiis videretur. Facit & Dominus pulchram hic comparationem, vt Ioannem oſtendat alienum à moribus diuinitum & aulicorum, qui niſi ſuauius, molliter ac delicatè vixerint, omnemque tùm in victu, tùm in veſtitu luxuriam oſtendãrint, præter decorum, & contra dignitatem ſuam ſe agere arbitrantur. At contra Chriſtus vrget hoc pacto: Non cœleſti, ſed terreno regno militant hi, qui contra Ioannis exemplum pro Deo perpeti aſpera fugiunt, ſed ſolis exterioribus dediti, præſentis vitæ mollitiem & delectationem quærunt,] ſicut Beda locum interpretatur. Qui Gregorium ſequutus, hoc etiam non minùs grauius quàm ſapienter adiungit: Nemo exiſtinet, in luxu atque ſtudio veſtium peccatum deſſe: quia ſi hoc culpa non eſſet, nullo modo Ioannem Dominus de veſtimenti ſui aſperitate laudadeſſet. Aut ſi Hieronymum ſequimur, aſſerit Ioannem Dominus camelorum veſtium pilis, vt ſciamus cum nulli poſſe adulationi ſuccumbere, eumque qui locuſtis veſcitur ac melle ſylueſtri, nec opes, neque alias terrenas delicias quærere, rigidaque & auſtera vita, auras vitare palatij.] Ambroſius verò ita ſcribit: Quæ maior cauſa humilitatis in Propheta, quàm contemptis mollibus veſtimentis, pilorum aſperitate veſtiti? Quæ præclarior abſtinentia, quàm ſpretis vitæ huius delitiis, ſtridulis veſci locuſtis, & melle ſylueſtri? Tùm apud Gregorium Magnum hanc memorabilem lego ſententiam: Ioannes qui aliis durus erat, ſibi remiſſus non erat. Nam vt poenitentia duritiem, quam prædicabat Euangelista, eum tenere oſtenderet, ait: Habebat veſtimentum de pilis camelorum: & zona pellicea circa lumbos eius.] Rectè igitur Iuencus, qui Euangelicam hiftoriam ſideli reddidit carmine, Ioannis victum & amictum, vt minimè delicatum & mollem, ſic celebrat:

*Texta camelorum fuerant velamina ſetis,
Et zona pellicis medium cinxere Prophetam,
Aruis qui ſolitus ruralibus eſſe locuſtas,
Et tenuem victum præbent ſylueſtria mella.*

HÆC SATIS oſtendunt, ni planè fallor, ſententiis Euangelicis reſelli aduerſarios, eosque prorfus pugnare cum ſanctiſſimis Patribus, qui longè alium diuinæ ſcripturæ ſenſum & ſpiritum quàm noui iſti Theologi, prædant ac exprimant. Nec deſunt exempla, quibus fiat, probabilius, quòd Patres de Ioanne, cuiusque vitæ duritia & aſperitate ſingulari tùm ſcriptum, tùm factum eſſe interpretantur. Deſcribitur Elias ille Theſſalites, quòd vir pilofus & zona pellicea accinctus renibus fuerit, quòd in deſerto vi-

Catecheſ. 4.

Luc. 7. Matth. 11.

Luc. 7. Contra Ebronos h. ref. 30.

Gregor. h. mil. 6. in Evangelia.

Lib. 2. in Luca ca. 7. Ad Algaſt. quaſt. 1.

Serm. 66.

Lib. 4. expoſit. in 1. Reg. 9.

In Euang. hiftoria.

3. Reg. 17. 19. 4. Reg. 1.

xerit,

xerit, quòd cibo tenuiſſimo victitãrit, quòd pane duntaxat ſubcinericio & ſimplici aqua contentus, ingens confecerit iter, ac diuturno ieiunio ſeſcafflixerit. An nonis verus Elias eſt? quòd nomen Ioanni Chriſtus ipſe largitur: ſed & Angelus prædicat, eum in ſpiritu & virtute Helia ſuum münus, vt ſit Meſſia nimirum prodromus ſiue præcurſor, fidelitèr obiturum eſſe. Quamobrem ita Hieronymus: Ioannes, inquit, ſectundum myſterium, quòd in Malachia ſcriptum eſt, ipſe eſt Elias, qui venturus eſt: non quòd eadè anima, vt hæretici ſuſpicantur, & in Elia & in Ioanne fuerit, ſed quòd eandem habuerit ſancti Spiritus gratiam, zona cinctus vt Elias, viuens in eremo vt Elias, perſecutionem paſſus ab Herodiade, vt ille ſuſtinuit ab Iezabel. Daniel vir deſideriorum & eximius idem Propheta, in victu ſibi adeò nihil indulſit, vt oblatas menſæ regalis epulas ex animo reſuſarit, ac ſeipſum aliquot hebdomadarum ieiunio macerãrit. Panem ſuauem non comedit, vt ſcriptura loquitur, caro & vinum non intrãuit in os eius, nec vnctus oleo: ſolis leguminibus corpus delicatam ſuſtentare voluit, & abſtinentiam vnã cum piis ſociis mirabilem atque continuam exercitauit. Cuius exemplo docemur, quemadmodum rectè monet Theodoretus, quantum nobis voluntaria proſit afflictio. Etenim beatus Daniel cum voluntario ſeipſum ieiunio afflixerit, & Dominum quaſiſſet, ſtatim exorauit, & voti ſui compos factus eſt: quòd quoque, qui ſe ei in viſione obtulerat, declarat. Non dicam porrò de Eliſæo & filiis Prophetarum, quos veteris Teſtamenti monachos appellat Hieronymus: nam & hi agreſtem duramque tranſegere vitam, ab vrbanis quidem delitiis prorfus alieni, quemadmodum Eliſæi diſcipuli teſtes eſſe poſſunt. Ex Paulina etiam epiſtola diſcimus, quantum vitæ rigor in antiquis fuerit Patribus ante Ioannis ortum, quos ait in montibus & pellibus caprinis egentes circũmiſſe, in ſolitudinibus erraſſe, nec ſolum in montibus, ſed in ſpeluncis etiam terræque cãuernis vitam exegiſſe, quã non ſanè iucundam, ſed aſperam & luctuoſam fuiſſe neceſſè ſit. Apud Perſas Magi, qui omnium erant peritiſſimi, excepta farina & olerè, nihil ampliùs in cibo ſumebant, vt ſcribit Hieronymus. Eſſar ab vxoribus, vino & carnibus ſemper abſtinuerunt, & quotidianum ieiunium verterunt in naturam, ſi Iosepho fidem habemus. Quis verò ambigere poſſit, quin Ioannes his omnibus vitæ auſteritate non ceſſerit, aut eodem potiùs ſuperãrit? Fuit enim nouus nouæ cuiuſdam perfectæque poenitentia, & perpetuæ continentia non præco ſolum, ſed etiam apud poſteros omnes abſolutum exemplar, & ſicut Ambroſius vocat, magiſter abſtinentia. Tùm Chryſoſtomus docet, Ioannis habitum compunctiõni ac poenitentia congruiſſe, quoniam poenitentia præco ille miſſus eſſet. Petrum Apoftolum laudant, qui modico cibo fouerit corpusculum, quemadmodum apud Clementem & ipſe teſtatur. Panis, inquit, mihi ſolus cum oliuis, & rarò etiam cum oleribus in vſu eſt. Indumentum autem hoc eſt mihi quòd vides, tunica cum pallio. Hoc mihi ſufficit: quia mens mea non ad hæc præſentia, ſed ad illa, quæ æterna ſunt aſpicit, & ideo nihil me rerum præſentium viſibilemque delectat. Neque tacet Paulus crebrò ſe ieiunaſſe, & corpus velut iumentum laſciuens, haud ſine vi ſubegiſſe, & ieiuniis macerãſſe. Sed ego ſat habeo dicere de Iacobo fratre Domini, & primo Epifcopo Hieroſolymitano, viro ſanè celeberrimo iuxta & ſanctiſſimo, cuius & Iosephus meminit. Is auſterioris diſciplina ſtudio incenſus, vitam admirabilem ac penè incredibilem duxit, eoque à probatis aũthoribus, præſertim Egeſippo, Epiphanio, Chryſoſtomo & Hieronymo, magnoperè commendatur. Non ferrum in eius caput aſcendit, non ſe in balneo lauit, non laneam veſtem, non calceamentum induit, imam tunicam non mutauit, carnes & quicquid ex animantibus edi poterat, nunquam attigit, expers idem coniugij, & fidus cuſtos perpetuæ virginitatis. Quam inuſitatam & valde ſcueram, ac plæriſque inimitabilem vitæ rationem ille tùm Apoftolus, tùm Epifcopus, publiciſque muniis impeditus non ſolum indixit ſibi, ſed nunquam mutandam eſſe cenſuit.

Matth. 11. Luc. 1.

Dan. 1. et 10.

Orat. 10. in Dan. Voluntaria afflictio pro deſt. a Epiſt. 4. ad Ruſſic. 4. Reg. 2. et 4. Reg. 6. Hebr. 11.

b. Adverſus Iouinianum lib. 2. c. De bello Iudaico lib. 2. cap. 7.

d. Lib. 10. epiſt. 32. c. Homil. 10. in Matth. Lib. 7. Recognitionis.

2. Cor. 11.

Judaic. antiq. lib. 20. cap. 16. f. In 5. comment. lib. citatur ab Eusebio. Ecclef. hift. lib. 2. cap. 23. g. Contra hæref. lib. 3. Tom. 3. h. in Matth. hom. 2. i. Catal. ſer. prorum Eccl. cleſtaſt.

In multis Eliæ & Ioannem cõmentariis.

Secundum exemplum à Daniel deſumptum.

Tertium exemplum à veteris Teſtamenti Patribus petiit.

Quartum exemplum à Magis Perſicis, & Eſſeis Iudaicis.

Quintum exemplum ab Apoſt. acceptum. Valerius & Soſt. ius Petri Apoſt. ſol.

Iacobi Apoſtoli vita in ſiciliis & amictu auſteritatis.

Ioannes ad Eſſa duricem quodammodo natus.

Spiritus sancti proprium est, ad duriorē Sita rationem mone- re & ducere homines.

Christum, quāso, in desertum, & ad nouum illud horridumq; in deserto viuendi genus adduxit, vel, vt cum Marco loquar, expulit: vtique Spiritus sanctus, qui quemadmodum hominum mollicie & voluptate non necessaria plerunq; offenditur: sic asperis vitā bonā studiis, & arduis priorum laboribus delectatur; nec facillē inuenitur in terra (vt ille dixit) suauiter viuentium: qui præterea hoc Domini exemplo docuit, nobis ieiunandum esse, vt Augustinus admonet, quando fortē acriore lustamine cum tentatore conflagitur. Idem verò spiritus Paulos, Antonios, Hilariones & infinitos piorum greges ab vrbibus, amicis, delitiis abstractos, in vastas eduxit solitudines, & socios ferarum, omnisque continentiae cultores perfectos effecit; vt omnibus mundi curis vacui, & diuinæ Philosophiæ tantum dediti, coelestium in terris vitam imitarentur. Quare à Chrysoftho non temerè dictum est, Spiritum sancto expelli multos de domo parentum, & in solitudinem duci: Spiritum sanctum non libenter habitare, vbi turba & frequentia, dissensiones & rixæ sunt: Spiritum sanctum propriè sedem habere solitudinem.] Qua de re multa nobis & præclara suggerunt exempla præter Hieronymum, Theodorcti Θεοδωρῆς; Palladij Lausiaca; & Cassiani collationes. Et miramur adhuc, Ioannem in victu & vestitu huiusmodi sibi durum & asperum, vulgaris tūm consuetudinis, tūm voluptatis expertem, castigandæ carni ex professo vacantem, mundi blandimenta ridentem, poenitentiae simul & continentiae exactè perpetuoque studiosum, id. præstitisse; quod eius vocationi & acceptæ gratiæ congruebat; quod viuens in eo spiritus suggererat; quodque præstantissimum Ecclesiæ magistrum decebat: nimirum vt in carne præter carnem, nō sibi, sed Deo viueret, non Angelus fortasse minus, quàm homo, & terrestris quidem Angelus, sicut eum Chrysofthomus vocat, meritò existimandus.

Quæ omnia clausis velut oculis prætereunt aduersarij, vt ne cum rigido Ioannis instituto quicquam commune habeant, nèue palam fateantur Baptistam nostrum plus quàm alios rusticanos vicinos, seu montanos homines, parcè rigideque vixisse, & in horrida incultaque vita reliquis tūm temporis omnibus præluxisse. Certè cum Euangelistis Patres Ioannis virtutem & sanctitatem ab externo cultu habituque corporis mirificè & vno quasi ore commendāt. Hieronymi ea vox est: Præcurfor Domini & præco Ioannes locustis alitur & melle syluestri, non carnibus: habitatioq; deserti & incubula monachorum talibus inchoantur alimentis. Sed & ipse Dominus baptisma suum quadraginta dierum ieiunio dedicauit: & acriora dæmonia docuit non nisi oratione & ieiunijs posse superari.] Et paulò post: A diebus Ioannis Baptistæ ieiunatoris & virginis, regnum cœlorum vim patitur, & violenti diripiunt illud.] Apud Basilium hoc extat testimonium: Ioannis vita vnicum ieiunium erat, qui non lectum habebat, non mensam, non terram arandam, non bouem aratorem, non frumentum, non pistorem, non aliud quicquam rerum temporalium. Quapropter inter natos mulierum non surrexit maior Ioanne Baptista.] Sed & æqualis Basilij Gregorius Nazianzenus, Ioannem eremi cultorem, seu eremitam (nam vtroque modo vertit interpres) crebrò celebrat, cibum illius locustam & fauum agrestem; vestem ex pilis celsicorum camelorum; ac domum eius cœlum latum, solitariaque humi stramenta inter sua cantica prædicat. Huic cum laude confert Basilium, qui & ipse in deserto habitauit, & nocte vestem asperam sumpserit, paremque cum Ioanne dilexerit cibum. Chrysofthomus verò in hunc modum habet: Quoniam vniuersum penè genus humanum maximè ieiunantes solet admirari, & duritiam viuendi approbare: idcirco statim à teneris vnguiculis dispensatione diuina duriter vixit Ioannes, ad hoc vt credendo populi ducerentur.] Et rursus: Ioannes neque lecto indiguit, neque lecto: non mensam vel aliqua huiusmodi requisitum: sed Angelica quadam vita mortali in carne resplenduit. Propterea etiam vestimentum de pilis camelorum Ioannes habuit, vt habitu ipso doceret mundi contemptum, & omnem superbiæ rationem conculcandam: homines quoque ad omnem laborem ipso habitu præpararet.] Quos Patres ac veluti duces sequutus Anselmus, de Ioanne ita pronuntiat: Quod verbo prædicabat, exemplo ostendebat: gerebat enim habitum poenitentiae, dum cilicio camelino indutus esset, & cibos syluestres comederet, & zona

Patrum testimonia, Ioannis in vita & vestitu severitate commendantur.

Cilicium camelinum Ioanni fuisse.

Matth. 4. Marc. 1.

Job. 28.

Ser. 157. de Tempore.

Hom. 3. in Marcum.

In Vita Pauli, Hilarionis, Malchi etc.

Hom. 10. in Luc.

Lib. 2. contra Iouianum.

Matth. 4. Matth. 17.

Matth. 11. Sermon de ieiunio.

Matth. 11.

In carminibus de documentis virginum.

In Orat. in laudem Basilij c. Homil. 38. in Matth.

In Homil. 10. in Matth.

In cap. 3. Matth.

zona pellicea circa lumbos eius. Fecerat autem perizomata de pellibus siccis animalium circa lumbos, ad libidinem refrenandam.]

Vt hinc satis constet, merum esse figmentum Centuriorum, cum de crudis tantum Ioannis pellibus connexis obganniunt. Non temerè contra istos post Chrysofthomum notauit Beda, Ioanneni pilis, non lana vestiri, quod illud quidem austeræ vestis, hoc verò mollioris luxuriæ præbeat indicium. Proben interim nobis aduersarij, si quid habent de lana vel panno firmo atque durabili, vnde Ioannem vestitum fuisse credamus. Aliter sanè Patres iudicarunt, ex quibus Chrysofthologus in hunc docuit modum: Ioannes vestitu, victu, loco, rotus poenitentia formatus incedit.] Et iterum: Accepit tortuosissimi pilos animantis, nihil habentis recti, nihilque gratiæ, nihil decoris, quem natura dedit labori duro, addixit magno ponderi, extremæ tradidit seruituti. Tali poenitentia magister indui debet vestimento.] Ab Hieronymo sic dicitur: Hic fugit vrbes, zona pellicea cingitur, locustis alitur ac melle syluestri: & in typum poenitentiae prædicandæ tortuosissimi animalis vestitur exuuiis.] Tum apud Paulinum legimus de palliis, quæ ex camelorum pilis texta, asperitate setarum compungebant homines, & in mentem reuocabant Ioannem, quem pili camelorum hirtu tegmine vestiebant. Demum pulchre Bernardus, si vllus alius, Ioannis vestitum ita descripsit: Rigida vestis, inquit, & durissimis hispeditatibus contexta, rigore squallifero corpus affligit Patriarchæ, carnemque tenerissimam immatura districtio disciplinæ feritate coarctat: teneros artus, & sacratiore spiritu superfluos, continui quassat longitudo martyrij.] Et postea, Carli rore pascerit, & animalis vilissimi satiatur edulio, nihilque coctum accepit ieiunantis austeritas.

Iam vero quod ad zonam Ioannis attinet, ex Chrysoftho discimus, in more Iudæis fuisse, vt zonis lancis vtentur: at Ioannem quasi aliquid durius facere volentem, zona pellicea fuisse cinctu: vestem verò habuisse de setis asperioribus, eamque cilicinam, grauem, asperam & corpus conterentem potius, quàm fouentem. Ac rursus de gestatione zonæ loquens, Ioannem & sanctos alios prædicat, qui hoc virtutis insigne circumtulcrunt, quod scilicet iniugi opere versarentur, siue iter agerent, siue aliud quid necessarij ac properandi laboris arriperent: qui præterea hoc argumento docuerint, omnem superbiendi rationem conculcare, seq; ad omnem laborem ipso quoque habitu preparare. Sicut autem Theophylasto dictum est: Omnes sancti introducuntur à scriptura cincti, veluti semper in opere existentes: vel quod affectiones concupiscentiæ mortificârunt.

Pellis enim mortui animalis pars est.] Eusebius Emisenus dicere non veretur: Ille pilis camelorum, id est, cilicio vestitus incescit.] Hieronymi dictu extat: Zona pellicea Ioannis, qua accinctus fuit & Elias, mortificationis symbolum est.] Ac idem alibi. Ioannes Baptista, inquit, zona pellicea mortificauit lumbos suos, ante diem iudicij iudicis voce laudatus.] Habet igitur Ioannes hoc sibi commune cum Helia Thesbite, vt sit vir pilosus, & zona pellicea, quæ de animalis mortui petitur exuuiis, suos sibi renes præcingat. Quid verò hic incomptus habitus premens ilia, quid hæc hirsuti incultiq; corporis noua species ostendit aliud, quàm carnalis concupiscentiæ & libidinis petulantia, quæ in lumbis dominari solet, in Ioanne studiosè cōpressam & extinctam fuisse: vt in carne ille sine carne viueret, suoque simul exemplo præfiguraret, non sine vi quadam & assidua contentione fieri posse, vt Euangelici spadones virginitatis, continentiae castimonieque laudem colant, eiusque solidum fructum consequantur. Origenes verò in hunc modum: Quod Hieremias zonam, Ioannes pelliceam zonam circa lumbos habuisse dicitur, indicatur pars illa corporis apud huiusmodi viros ita emortua, vt neque leuis motus, neque alius quisquam in lumbis eorum fuisse crederetur, sed sola castitas & pura pudicitia.] Atque inter cæteros hunc locum Bernardus diligenter expendit, simulque Ioannis exemplum hætenus propositum verbis animaduersione dignis illustrat: Considera hominem angelico promissum oraculo, conceptum miraculo, sanctificatum in vtero, & nouum in nouo homine poenitentiae mirare feruorem. Victum & vestitum, ait Apostolus, habentes, his contenti simus. Apostolica perfectio ista est: sed Ioannes etiã hæc contempsit. Denique audi Dominum in Euangelio: Venit, inquit, Ioannes non manducans, nec bibens: planè nec vestiens.

Opero imperfecto. in Matth. hom.

In Marc. lib. 1. ca. 3.

Serm. 145.

Ad Las. de instit. filia.

Epist. 10. ad Senecum.

Serm. de prouid. S. Ioan. Bapt. 1. ca.

Hom. 3. oper. imperf. in Matth.

In libidem.

In 3. cap. Matth.

In Hom. 1. de S. Ioanne Baptista.

In 1. cap. Matth. in Ad Demetriad. 4. Reg. 1.

Job. 40.

Matth. 19.

Hom. 9. in Lentisicum.

In 1. Timoth. 5.

Matth. 9.

De duriorē Ioannis vestitu plurimè testimonio.

De zona Ioannis notanda.

Ioannes typus continentium ac virginum in lege noua.

Serm. in natiuitate Ioannis baptiste.

vestiens. Sicut enim non est locusta cibus, nisi aliorum forte irrationabilium animantium: sic nec pilus cameli humanum est indumentum. Et paulò post: Hic ergo Ioannes, quo nullus maior in natis mulierum, innocentissimum illud corpus sic castigat, sic extenuat, sic affligit: vos indui festinatis bysso & purpura, & splendidè epulari. Non est igitur absre, quod Epiphanius in septima synodo refert, sua & maiorum etate imaginem Ioannis in Ecclesia sic depingi solere, ut delicatis & mollibus vestimentis induto, veluti speculum quoddam exhibeatur, illo nempe proposito, qui pilis camelorum opertus, & in cibo mel habere sylvestre, & Christum ipsum digito monstrare videatur.

Summa eorum, quæ in Vita Ioannis consideranda sunt.

VERVM fit modus in recitandis Patrum sententiis, quibus & nouat ores aperte coarguuntur, & Ioannis in victu vestituq; aspero inusitata ratio firmiter comprobatur. Atq; ut reliqua decissent omnia, certè apud pios non potest non valere plurimum, quod æterna Dei sapientia Christum coram omnibus à vestimenti & vitæ austeritate suum præcursores publicè commendauit, sicuti demonstrauimus. Eò autem ipso satis ostendit, hunc pietatis cultum nequaquam inutilem, quin Deo etiam acceptum fuisse, quòd Baptista vitam in media solitudine minimè delicatam, iam inde à puero degeret: quòd admirandum potius, quàm imitandum disciplinæ rigorem, plus quàm Nazareus vel Rechabita, sibi vltro indiceret: quòd in paupertate, ieiunio, fame, continentia, silentio, precatione, nulli monachorum cederet: quòd humanæ conuersationis oblitus, nocte autem ac die diuinis duntaxat rebus intentus, omnibus Deo ac sapientiæ vacantibus clarum veluti speculum exhiberet, ac illustrem nullo quæ vnquam tempore extinguendam sanctitatis lucem præferret: quòd denique ad sacrum euangelizandi studium tanto se studio & zelo præpararet, ut potè non progressus in publicum ante annos ætatis suæ plus minus triginta. Tunc enim, ut plerique putant, vox clamantis in deserto esse cœpit, & propellente spiritu, se primùm conspiciendum & audiendum populo præbuit. Videant ergo Centuriatores, & quotquot eorum falsa opinionum commenta sequuntur, quàm decenter his prætermisissis, quæ ad vitam Ioannis illustrandam maximè pertinebant, inanes quasdam nugas meraque somnia nobis venditent atque obtrudant, turpiter interim & velut in meridiana luce hallucinantes, fortasse ut qui nouo sapientiæ lumine collustrati videri volunt, iusto Dei iudicio suam insipientiam orbi clarissimè prodant. Demùm lectores omnes æquè iudicent, præstènt antiquos & illustres illos heroas audire, quàm nouis & obscuris, malæque fidei scriptoribus credere, qui sacræ historiæ suum & alienum sensum licenter affingunt, nec solum receptæ hæctenus & probatæ veritati contradicunt, sed & aperta Euangelistarum verba deprauant, dum tantoperè student, ab vfitato rustici vestitus genere virum illum celeberrimum, vulgaribus eius temporis & loci hominibus exæquare.

Notatorum licentia in Ioannis historiæ tractanda intolerabilis.

Matth. 23. Luc. 7.

CAPVT QVARTVM.

Esca autem eius erat locusta & mel sylvestre. Matth. 3. Locustas & mel sylvestre edebat. Marci 1.

MAGDEBURGENSES.

Ioannis Baptista esca erat locusta & mel sylvestre. Fuerunt autem illa locustæ species cancrorum, terrestrium locustarum aliquam speciem representantes: sequidem chelis carent: habent tamen quasi spinas quasdam in crusta, & cornua longiora, quàm ceteri cancri. His fortè usus est Ioannes, quia piscatores Iudaiceos abiecerunt tanquam prohibitos pisces. Ioannes verò pro libertate Euangelica eos comedit. Libro primo cap. 6. col. 250. Et rursus cap. 4. col. 195. Vestitur locustis contra legem. Et pagina 364. Cibus Ioannis erat mel sylvestre, quod vicina sylua copiosè gignebant, & locusta. Sed

Sed quale hoc animal fuerit, inter Doctores ambigitur. Alij sentiunt cancri genus fuisse, nonnihil forma locustis simile, quòd piscatores Iudaici ad Iordanem in ripam contecerint, tanquam cibum à Deo interdictum, Leuitici vndecimo. Tales sunt etiam quidam cancri, qui mari generantur mediocri magnitudine, habentes crustam plurimis acutis spiculis munitam, & carentes chelis, pedibus aliquantò longioribus. Idsi ita se habet, Ioannes etiam exemplum libertatis Euangelicæ exercuit eo cibo, qui prohibitus piscibus usus est, ut omnibus constaret, cum quoque Mosaicam legem nunc abrogare. Alij de terrestri animali intelligunt, cuius usus Leuitici vndecimo expressè est permissus.

CENSURA.



ICTVM IOANNIS PROPRIVM ET MATTHÆVS ET MARCVS expressit, nihilque de eiusmodi ciborum abstinentia vel in veteri, vel in nouo Testamento scriptum de quoquam legimus. Vescebat sanctissimus homo non aliis escis, quàm locustis & melle sylvestri: eamque cibi consuetudinem tum ætate, tum hyeme, atq; ad eò per totam ferme vitam, ut est verisimile, retinebat. Equidem haud scio, an vita illius austerior esse potuerit, quando remotus ab omnibus, nullam propemodum sui curam habuerit, vitamque tum obscurissimam, tum pauperrimam traduxerit, eo quidem cibo contentus, quem ex locustis & melle sylvestri frugalissimè capiebat. Sed insurgunt sectarij, & de hoc cibi genere disceptant plurimum, qui ne sua laus Ioanni integra constet, victum illi planè vulgarem, & cum Iudæis reliquis communem assignant, ne cibus eius aliqua ex parte crudus, insipidus & austeriori vitæ congruus fuisse videatur. Sic enim Bucerus habet: *Voluit Ioannes iis vti, quibus & reliqui deserti incolæ vti solebant, sed ut sancti consueuerunt, citra aliquam insolentem peregrinitatem.* Etrursus: *Domini præcursor vilius quidem & asperis, sed assuetis iis, cum quibus agebat, usus fuit, idq; ad humiliorem modum. Iam locustis usus illius deserti inhabitatores, haud quaquam incredibile est, quàm Plinius scribat, Parthis has in cibo gratas. Et alibi meminit, partem quandam Aethiopum locustis tantum viuere, fumo & sale duratis in annua alimenta.* En quantoperè timet Bucerus, ne alius quàm communis Ioannis cibus, aut aliqua in vita eius, ut dicit, peregrinitas & insolentia fuisse credatur. At verè insolentem peregrinitatem Ioanni tribuunt Euangelistæ, sicut Patres interpretantur, & res ipsa confirmat, præsertim si nobiscum seriò perpendimus, quòd talis tantique sacerdotis filius à communi aliorum societate & consuetudine vltro sese subducat, ac eam vitæ seueritatem amplectatur asidueque colat, quàm rustici & infimæ sortis homunciones proculdubio fastidirent, quiduis opinor facturi atque passuri, prius quàm inde à primis annis hanc tristem & austeram viuendi formam deligerent, in qua nihil coctum, nihil conditum, vel calidum, sed vnum idemque natium, simplex, vile & agreste cibi genus perpetuò esitarent. At benè habet, quòd nec Bucerus ipse suam artem & fraudem dissimulet, dum aperte cauet, ne hinc trahatur exemplum iuxta doctrinas & præcepta hominum abstinenti: haud dubiè ut monasticam vitam, cumque ciborum delectum, qui in Ecclesia ieiunantibus tot seculis est vfitatus, hoc loco perstringat & excludat. *Possimus certè, inquit, si in deserto agimus, cum Ioanne, & si in cultiore regione, cum Christo consuetis vti: & nihilominus veram solidamq; & modestam & abstinentiam præstare.* Ita verò se prodit Bucerus, quàm sit germanus discipulus Iouiniani hæresiarchæ, qui ut Euangelicam libertatem in carnalem viuendi edendique licentiam conuerteret, ne frustra Christianorum Epicurus appellaretur, aperte docuit, inter abstinentiam ciborum & cum gratiarum actione perceptionem eorū, nullam esse differentiam. Quamquam nouum hoc Theologorum genus in noua & Euangelica, ut vocant, libertate prædicanda, Iouinianistas omnes excellit, & sub eo prætextu maiorem vulgò perniciem creat: tum Ecclesiasticæ disciplinæ neruos elidit, & authoritatè abrogat. Quorsum verò spectat obsecro, hæc tam frigida Buceri cõmentaria, nisi vtillo authore Ioannè & sancte vitæ eius rigorem non suspiciamus, non in pretio habeamus, nõ parte saltem aliqua amulari studeamus: sed potius ad Christi simul & Ioannis imitationem sat nobis esse putemus, si Chri-

Ioannis in Vita austeritas maxima.

An cibus Ioannis vulgaris fuit & vfitatus.

Contra Bucerus Ioanni peregrinitas tribuenda est in Vita.

Iouiniani doctrina hodie confirmata.

Qui nunc peiores sunt Iouinianistas.

Hieron. aduersus Iouinianum lib. 2.

si Christiani modestè viuamus atque temperatè. Adeo verum est, quod contra Iouinianum disputans Hieronymus dixit, Semper Pseudopropheta dulcia pollicentur: quodq; Cassianus de nonnullis quaeritur, eos consiliorum atq; exhortationum Christi magnificentiam negligentes, praesumptiuè libertatis securitate solui, legemque non superaedificare, sed destruere.

Abstinentia & sobrietatis, ieiunium & temperantia differunt.

Ieiunium quomodo in scriptura dicitur.

Christus & Apostoli semper sobrii, saepe quae ieiunant.

De ieiunio Melanchthoni errores indicantur.

QUI VERO prudens ignorat, aliud esse ieiunij & singularis abstinentiae; aliud sobrietatis vel temperantiae cuiusdam in victu rationem habere? Nam quod ad moralem, vt vocant, sobrietatem attinet, vt cibo & potu moderatè & secundum rationem ipsam vtamur, exigunt illam quoque Philosophi, & praestandam esse fatentur mundi sapientes; adeoque praestant etiam Ethnici: imò suum in edendo modum haud rarò tenent bestiae. At longè secus habet, vbi scriptura commendat ieiunium, vel exempla piorum proponit, qui seuerè duriterque vixerunt, siue, vt legimus, suas humiliarunt & afflixerunt animas. Haec enim non ad communem victus frugalitatem, sed ad perfectionem abstinentiae continentiaeque virtutem, laudem & studium pertinent. * Monet igitur Augustinus, aliud esse grauare corda in crapula & ebrietate, quod quidem semper malum videri & cauere debeat: aliud modestia & temperantia custodita relaxare ieiunium: id quod à piis dominico die fiat citra reprehensionem, cum alioquin temperatè viuere, & tamen non ieiunare possimus. Semper quidem Christus & Apostoli in victu viuere frugaliter, & eos cibi fuisse parcissimi pauci panes hordacci satis ostendunt. Quis verò neget, eos praeterea ieiunasse, ac maiorem solito cibi abstinentiam, vitaeque rigorem aliquando adhibuisse, & precationem cum ieiunio tum maximè coniunxisse, cum grauius aliquid aggredi cogitarent, aut infestiora quaedam damonia vellent profligare? Quare cum ex Domino quaeretur, cur eius discipuli quam Ioannis rariùs ieiunarent? hoc fore praedixit, quod postea consecutum esse res ipsa docuit, & Apostolorum acta testantur. Venient, inquit, dies cum auferetur ab eis sponus, & tunc ieiunabunt. Ac de sanctis quidem omnibus hoc praclare, dixit Cyprianus, quod alij quoque comprobauerunt: Quotquot viros virtutum vidimus, sine ieiunio non legimus ascendisse: nec aliquid magnum moliti sunt, nisi prius abstinentia praecessisset. Quoties aliquid à Deo obtinere conati sunt, ieiuniis incubuere & lachrymis, & pernoctantes in orationibus, ciliciis carni harentibus, supplices beneficia postularunt.

VBI DE Melanchthone obiter dicam, quem ducem nouat ores cupidè sequuntur, quiq; multis & crassis, vt mihi sanè videtur, erroribus sacrum ieiunium contaminauit, ac tantum non è medio sustulit. Primus quidem error est, quod populus Iudaicus non habuerit certos & in lege diuina praefinitos ieiunij dies praeter vnum diem septimi mensis, qui dicebatur expiationis. Nam qui tum scripturae diuinae, tum rerum Hebraicarum sunt periti, plures ieiuniorum dies Iudaeis fuisse asserunt; sicut etiam ex Zachariae conuincit facile potest. Is de ieiunio quarti, quinti, septimi & decimi mensis, hoc est, vti nunc supputamus, Iulij, Augusti, Octobris & Ianuarij meminit, eorumque ieiuniorum causas ex fontibus Hebraeorum deductas Hieronymus in medium profert. Et Epiphanius inter magnum & paruum Iudaeorum distinguit ieiunium, quod Rabini veteres vel quadruplex fuisse commonstrant. Alter est, quod aduersus ea quae diximus, temperantiam cum ieiunio apertè confundat, & idem vtriusque praecceptum ac opus quocunque tempore omnibus hominibus necessarium esse contendat: velut ieiunare nihil sit aliud, scilicet, quam in cibo & potu seruare modum naturae corporum conuenientem. De hoc Euangelium loqui vult, vbi suos de ieiunio instituit Christus: id quod non solum à constanti Patrum interpretatione, sed ab ipso etiam verborum germano sensu prorsus est alienum. Quod si perpetuum esse ieiunium debet, cur illud quaeso suis, velut imbecillioribus, Dominus ad tempus relaxauit? Cur minus eos quam Ioannis discipulos, voluit ieiunia colere, & in iis tum versari maximè, cum sponus esset ablatas atque in caelum profectus? Cur etiam fida scripturae interpretes Ecclesia illud iam olim instituit, praecipit, obseruauit, vt diebus dominicis & quinquagesimae tempore, quod inter Pascha & Pentecosten interfluit, soluarur ieiunium, sicut

Collat. 22. cap. 4.

3. Reg. 21. Iob 3. Iona 3. Luc. 2. Psal. 24. Num. 29. & 30. Leuit. 16. & 23. Esai. 58. * Epist. 86. ad Casula-num.

Ioa. 6.

Matth. 27. Marc. 9. Matth. 9.

Act. 13. & 14. 1. Cor. 6. De ieiunio Orientatione Christi.

In cap. 6. Matth.

Zach. 7. & 8.

In ca. 2. Zachar. Contra Ebionaeos haeresi 80. Pet. Galat. Li. 5. de Arcan. Cathol. Verit. ca. 5. Matth. 6.

Matth. 9.

a De corruptela amittit. b In Copenhagensi summasidei Catholica. c Epist. 86. ad Casula-num & 99. ad Ianuarium cap. 15. d Hieron. ad Marcellum contra Montanum. e De instit. canob. li. 3. ca. 21. & col. lat. 21. ca. 19. & 20. Matth. 6. Lib. 2. contra Iouianum.

2. Reg. 3.

Psal. 101. Psal. 34.

Lib. 2. aduers. Iouian.

Iona 3.

Lib. de Ver. & noui Testamenti. quae. quaestio. 120.

2. Cor. 11. & 6. 1. Cor. 9.

Matth. 27.

1. Cor. 7.

2. Cor. 6.

sicut Tertullianus, Epiphanius, Augustinus, Hieronymus, Cassianus, aliiq; plures crebrò meminerunt? Tertius porò error, Euangelij proprium esse ieiunium, quod in corde pleno doloribus, animiq; mœstia & curis occupato versatur, cum ventriculus labefactatus, nec cibum admittit, nec potu allato frui potest. Quod ieiunij genus cum sit triste, tetricum & violentum, nihilque Spiritus adiunctum habeat, certè dici & censerì Euangelicum nequiquam meretur, multumq; ab eo prorsus differt, quod cum animi hilaritate atque candore coniunctum, & ab omnifaco ac simulatione remotum, exigit Dominus, nimirum, vt Christianum à Iudaico Pharisaeico ieiunio clarè distinguat. Quando ieiunamus, inquit Hieronymus, vngi caput & lauare faciem praecipit Christus, vt non gloriae hominum, sed Domino ieiunemus. Incurrunt quidem in iustorum & poenitentium animos acres & acerbis saepe dolores (de mirificis & horrendis istorum quos fingunt, terroribus nihil dico) sed fictitium est, in huiusmodi mœstia & curis atq; angoribus veram ieiunij rationem ponere, & nescio quam ventriculi labefactionem, vt ipse vocat, cibiq; & potus fastidium ac horrorem adesse oportere, vbi ieiunium Euangelicum est celebrandum. Nullus profectò aut Patrum, aut sapientum, qui è verbo Dei rectè iudicauerunt, sic de ieiunio Euangelico est vnquam philosophatus.

QUARTVS error, dum ad confirmandam priorem sententiam huiusmodi nobis exempla proponit: Tale fuit, inquit, ieiunium Davidis obiurgati à Propheta Nathan. Sic in Ninive ieiunauerunt aliqui sancti homines audita concione Iona. Item Matth. 9. inquit ipse Dominus fore, vt discipuli sui ieiunent, tunc cum sponus ab eis auferetur. Hoc modo ieiunauit & Paulus post conuersionem. Item sic pauperes familiae propter inopiam coguntur ieiunare, ac prope modum contabescunt fame, quia desunt eis necessaria ad victum, seu res naturae conuenientes. Sic & Agar cum filio penè siti perit in solitudine, non habens aquam. Quid autem hoc est aliud quaeso, quam lucem lectoribus eripere? quam tenebras offundere? quam scripturam vel testimonij, vel exemplis licenter abuti, vt omnis demum verè ieiunandi ratio, virtus & vsus aboleatur? Multum sanè abest, vt his exemplis colligat Melanchthon, Euangelij proprium dici ieiunium, quod tristitia, necessitas vel paupertas imponit, vt etiam si edere velis ac bibere, propter has tamen causas minimè possis. Non enim coacta, sed voluntaria ieiunia probat Christus, & docet Euangelium, piique omnes intelligunt, & sanctè obseruare conantur. Dauid à Nathan obiurgatus, & periclitante filio post aduiterium, εφοολόγησιν in cinere & ieiunio facit, dicens, Quia cinerem tanquam panem manducabam, & potum meum cum fletu miscebam. Et, Infirmata sunt in ieiunio genua mea, quemadmodum Hieronymus annotauit. An hoc verò est animi tantum mæroribus & angoribus confici, vel ex ventriculo laborare? De Niniuitis legimus, quod seueram ieiunandi, hoc est, ab omni cibo abstinenti legem non sibi modò, sed & iumentis indixerint, indictamque obseruauerint, qui praescriptum euerfionis suae diem, vt Augustinus inquit, ieiunio indicto euadere meruerunt. Fingat interim quae velit Melanchthon de sanctis, quibus apud Niniuitas languerit ventriculus, & cibi defuerit appetentia. Certè si scripturam sequimur, post Regis edictum commune ac voluntarium fuit non paucorum, sed omnium ieiunium, quo veram & seriam, Deoque gratam poenitentiam publicè declarauerunt, non quidem tanto perè solis animi doloribus occupati, quin ex longa etiam inedia proculdubio grauius affligerentur. Multò verò est absurdius dicere, Paulum, qui de suis crebris ieiuniis, & non solum de fame & siti gloriatur, aliosque Apostolos, qui carnem suam ieiunij crebritate crucifixerunt, Euangelico ieiunio tum satisfecisse, cum in maximis angoribus versarentur, vel necessitate quadam compulsi, cibo se abstinerent. Quis verò dubitare possit, Apostolos non minus, imò etiam amplius ieiuniorum arma, quibus ad acriora daemonia superanda indigebant, per se arripuisse, quam ad ieiunandum alios prouocasse? Paulus certè monet coniuges, vt relicto carnali commercio, non nunquam orationi simul & ieiunio uacent, quemadmodum Græci codices euidenter affirmant. Tum Corinthios vt se imitarentur adhortans: Exhibeamus, inquit, nosmet ipsos in vigiliis, in ieiuniis, in castitate. Quid? quod Melanchthon, Centuriatores, aliique sectarij aduersus communem Patrum sententiam dictum Christi in hanc

Quale ieiunium Christus requirit.

Exempla Philippide ieiuniis Euangelicè perperam adducit.

De ieiunio Davidis.

De Niniuitarum ieiunio.

De ieiunio Pauli & Apostolorum.

hanc partem insidiosè detorquent, velut suis prædixerit Dominus, ieiunia non nisi ex necessitate subeunda, cum dixit: Venient dies, in quibus auferetur ab eis sponfus, & tunc ieiunabunt in illis diebus. Longè quidem aliter Patres, vt Hieronymus, Augustinus, vna & c. Origenes, hoc dictum interpretantur: nec solum illud ad Apostolos, sed ad reliquos etiam Christi discipulos, omnesque Christianos, quorum nunc ieiunandi tempus sit, volunt pertinere. Scilicet nisi aut persecutionis procella sauiet, aut victus inopia vrgeret atque cogeret, à spontaneis ieiuniis Apostoli, vt se Euangelicos probarent, omnino abstinerunt. Quam demùm egregij sunt isti scripturæ interpretes, qui Euangelicum ieiunium tantùm non relegant ad mendicos, & docent ex præscripto Euangelij ieiunare omnes fame & stomachi inanitate laborantes, ac etiam desperandos, qui summis animi angoribus molestiisq; discruciantur? Quis verò laudandam censuit vnquam Agar ab Euangelico ieiunio? Agar inquam, immorigeram, procacem, fugitiuam & in solitudine vagantem Saræ famulam? Eodem iure quotquot hodie fame contabescunt, siti enecantur, frigore palpitant, imò etiam quibus pro suis sceleribus aqua & igni interdicitur, si Philippa credimus, cum Euangelicè ieiunantibus coronabuntur. Ergone horum ieiunio reddet Pater ea, quæ Christus castè & sincerè ieiunantibus promisit decreuitq; præmia? Illóne Paulo & Apostolis sanctissimè frequentissimeq; ieiunantibus æquare licebit? Non agnoscunt isti, aut certè non recipiunt quod Augustinus eruditè tradidit, discrimen inter ieiunium exultationis siue lætitiæ, & tribulationis siue tristitiæ: vtroque autem modo Christi vaticinium in Apostolorum ieiunio impletum fuisse testatur.

De Agar ieiunante.

Aërianorū error hodie renouatus.

Quam frigide ad ieiunium noui Doctores hortentur.

ADMITTIT tandem Philippus aliquod pædagogicum, ac sponte seu vltro electum ieiunium ac exercitium, sed quòd nihil statuit esse aliud, quàm opus voluntarium temperantiæ moderantis cibum & potum, idcoque cuique liberum, prout ætati viribusq; suis conuenire iudicat. Vbi cum Aërianis, qui stata Ecclesiæ ieiunia reiiciunt, & libera duntaxat cuiq; permitti volunt, Melanchthoni perpulchrè conuenit. Ex qua nimis libera & dissoluta ieiunandi ratione, si tamen in illam ieiunij nomen competere potest, illud iam effectum esse videmus, vt veteris Ecclesiæ stata & probata ieiunia nulquam magis quàm apud sectarios contempta, atq; aded de medio sublata sint, vix vt vnus aut alter velit vel audeat vllam ieiunantis speciem præ se ferre. Quanquam Aëriani, vt arbitror, non tam rudes suère, vt ieiunij nomen, quemadmodum in scripturis illud vñtarum est, sola cibi potusque moderatione, vel victu tantùm sobrio contineri putarent. Postremò sic habet Melanchthon: *Vñtatum fuit in Ecclesia omnibus temporibus, sanctos conuenire ieiunos ad precandum.* O quàm frigide, simul & quàm subdolè. Longè quidem alio spectabant veterum ieiunationes, quàm vt homines ieiuni, siue vt Germani loquuntur, non sumpto manè ientaculo, publicam orationem adirent, & in Ecclesiâ pietatis causâ congregarentur. Fiebant sine dubio huiusmodi cœrus piorum frequentissimi, & non solum ad nonam vsque horam, præsertim feria quarta & profabbato, sicut probat Epiphanius, sed & ante solis occasum, vt in Quadragesima, non soluebatur ieiunium: quin & nocturnæ vigiliæ, stationes, chameuniæ haud rarè ieiuniis adiungebantur. Illud omnibus temporibus fuit citra controuersiam in Ecclesiâ vsitatum, ieiuni vt accederent Christiani ad sacrosanctam Eucharistiam sumendam, eiusque rei velut ab Apostolis traditæ, & semper in Ecclesiâ conseruatæ satis meminit Augustinus. Cæterùm vt ieiuni semper iidem siue ad priuatam, siue ad publicam precationem conuenirent (de antelucanis veterum cœtibus, quos Plinius etiam agnouit, nihil hîc dicimus) id verò Melanchthon doctis nunquam persuadebit. Nûc audi demùm perorantem apud suos discipulos Melanchthonem: *Tantum vos ad ieiunium primi generis adhortabor, id est, ad temperantiam seuerissimè mandatam à Deo omnibus hominibus, ne in comessationibus, belluationibus certaminibusq; poculorum vitam degamus.* Atq; hoc est scilicet, ad ieiunium Euangelicum adhortari, helluones & bibones ad temperantiam reuocare, ebriosissimè moderatum bibendi vsum dissuadere, Danis, Saxonibus, Vvestphalis & Aquilonaribus, ne tantoperè poculis inter se concertent, corpusque & animam potando perdant, cõcionari. Hoc est, inquam, Annam illam viduam imitandam proponere, quæ non discedebat è templo

Matth. 9. a Lib. 2. c. tra Ioum. b Ser. 107. de tempore. c Rom. 10. in Leuit. cum.

Genes. 16.

Matth. 6.

Quæst. Ench. lib. 2. quæst. 11.

In compendiosa summa fides catholica.

Epist. 118. ad Iannuarium.

Epist. ad Traianum.

In cap. 6. Matth.

Luc. 2.

templo, ieiuniis & obsecrationibus die ac nocte seruans. Itane Christus docuit temperantiam duntaxat adhibendam, cum præter orationem exegit ieiunium ad acriora dæmonia superanda? Bone Deus, quanto perè isti à Prophetarum exemplo distant, qui diuino spiritu afflati, plenis (vt aiunt) buccis clamitauerunt, vt homines non solum à viis malis recederent, sed fructus etiam penitentię dignosagerent, ac in primis ad offensum Dominum in ieiunio, fletu & planctu conuerterentur. Credo equidem Iudæos ac Ethnicos rectius de eo, quod sæpè diximus, iudicatos; inter temperantiam nimirum & ieiunium per multum interesse, & hoc illi antecellere. Verùm postea de veterum ieiuniis & vitæ disciplina tum vberius, tum opportunius differetur. Vndè illud quoq; cõstabit, Philippum falsò fingere, quòd Ecclesiâ in genere tantum præcipiat temperantiam, nullas vero ferat leges, sed vnum modum ieiuniorum præscribat. Qui rursus in eo miserè fallitur, quòd ad solam temperantiam referat Christi dictum: Hoc genus dæmoniorum non eiicitur nisi in oratione & ieiunio.

Propheta Syrach penitentiam, non sectarij.

In locis com. G. de mort. carnis.

Vindicatur locus Mart. 17. Hoc genus non eiicitur nisi in oratione & ieiunio. Luc. 10. Matth. 10.

In 17. Mart.

Serm. 65. de temp. Serm. 230.

Serm. 25. Lib. 2. contra Iouinianum. Serm. 2. de Pentecost.

Serm. 25. Serm. 4. de Quadrages.

VT AUTEM præclarum Christi dictum ab istorum iniuria vindicemus, repetenda nobis est historia Euangelica, & ex Patrum iudicio simul illustrada. Parens afflictus, cuius filium sauiissimus dæmon penitus occuparat, grauitèq; torquebat, ad Apostolos confugerat, illorumque opem præsentem implorauerat, præsertim cum ignorare non posset, quòd iidem aliis in dæmone superando atq; profligando sæpè profuissent. Cum ergo Apostoli quòd rogati erant, beneficium præstare filio, simulq; patri tam anxio gratificari vellent, id præter opinionem solitumq; morem illis euenit, nihil vt possent efficere, sed omni sua spe depellendi dæmonem frustrarentur. Vnde ad Christum veniunt percunctantes: Quare nos non potuimus eiicere dæmonium? Respondet illis inter alia Dominus: Hoc genus non eiicitur nisi per orationem & ieiunium. Quo dicto subindicat summa sapientia, dæmones alios aliis ad nocendum homini vehementiores, ac ipsis exorcistis ad expellendum aliquando difficiliorese esse. Commonstrat etiam, variis quidem modis artes & vires sathanicas disici atque propulsari, nec solam fidem ac fidelem orationem ad quoslibet dæmones eiicendos valere, sanctisque sufficere posse. Commentat præterea ieiunium, quod cum oratione coniunctum, certam & expeditam præbeat armaturam ad infestissimos & nequissimos dæmones, ex homine depellendos abigendosque. Qua de re Patrum sententiæ, quicquid Philippus obganinat, sunt haudquaquam obscuræ. Oportet, inquit Theophylactus, & illos ipsos dæmoniacos maxime ieiunare, & eos qui illos sanare volunt. Videte charissimi (sic enim in hæc verba scribit Augustinus) quanta sit ieiuniorum virtus, vt id facere ieiunia valeant, quod Apostoli nequuerant. Et alibi monet, ob hanc Christi sententiam arma, orationem & ieiunium, aduersus dæmonum nequitiam assumenda esse. Ambrosius inde colligit, energumenum non nisi ieiuniis à Diabolo posse purgari. Tum Hieronymo teste docuit hîc Dominus, acriora dæmonia non nisi oratione & ieiuniis posse superari. Rectè igitur Leo magnus concionatur: Inter maxima sancti Spiritus dona numerandum est, quod nobis aduersus illecebras carnis & insidias diaboli ieiuniorum sunt collata præsidia, quibus omnestentationes deo adiuuante vincamus. Philippus igitur dum hoc loco temperantiam ieiuniumque confundit, non vno neque simplici tenetur errore. Primum enim in Apostolos peccat, quos de intemperantia suspectos reddere omnibus nauult, quàm suam ieiunio laudem Christi oratione firmatam tribuere. At in confesso est, Apostolorum in omni vita frugalitatem, continentiam atq; paupertatem sub tali magistro non vulgarem fuisse. Deinde Philippus propriam ieiunij virtutem ac efficientiam, quòd nempe contra dæmones valeat, vel malignè subticet, vel inscitè negligit hac sua nimium ieiunia interpretatione, quæ non solum ieiunio Christiano detrahit, sed & suis armis, atque, vt Ambrosius vocat, inexpugnabili muro Ecclesiam priuat, ac duntaxat Sathanæ regnum viresque confirmat. Pulchrè autem à Bernardo dictum est, Sicut oratio sanctificat ieiunium, sic vicissim ieiunio roborari orationem, cui præterea ieiunium deuotionem & fiduciam subministret.

Patrum de præsentia loco concionantia.

Quor modis peccet Melanchthon circa ieiunium aduertit.

NUC VT eò redeat, vnde defluxit oratio, aduersus Bucerum demonstratum est, Ioannis victum ad solam temperantiam vel sobrietatem non posse referri, sed suam

D illi

Ioannè cum suis plusquam sobriè dixisse, contra Buceri communi.

illi laudem à ieiuniis vitæque seueritate egregiè constare, nullumque esse dubium, quin idem pœnitentiæ præco seuerissimè suam castigarit corpus, & diurnam crebramque inediã sua sponte & ipse suscepit, & à Discipulis postulãrit. Erant enim discipuli Ioannis ieiunantes, vt Marcus expressit. Nil verò mirum, Ioannis pijs exercitationes & religiosæ vitæ seueritatem omnem à Buccero negligatq; laxari, cum iuxta vetus prouerbiũ, quiuis apostata sui sit ordinis persecutor, illeque à sancto patre Dominico, & pijs fratribus, qui per crebra ieiunia Deo placuerunt, perfidè desciuerit. Ac frustra interim sperat his artibus oculos cornicum, vt aiunt, configere, & Ioannis eleuare virtutem, Euangeliumque deprauare. Quicquid enim contendat, negari nullo modo potest, peregrinam, insolentem, & nulli propemodum imitabilem Ioanis vitam nobis ob oculos proponi eamque non modò trium Euangelistarum, sed & Angeli & Christi, vt sæpè diximus, testimoniiis valde commendari.

De locustis Ioannis quid sentiant monitores.

HABVERINT verò in delitijs Parthi locustas: quid ergòne suspectã isti Ioannis cõtinentiã reddent, velut qui cutem curauerit magis, quàm delitijs in cibo & potu sponte sua caruerit? Utantur, fruantur suis etiam locustis Æthiopes: inde colligi non statim fas est, eandem esse locustarum rationem in Palæstina. Certè nihil negotij habet Baptista cum re culinaria, curaq; domestica, vt suas locustas fumo & sale duras in annua seruet alimenta. Beza vt & ipse noui fingat aliquid, sibi non displiciturum ostendit, si pyra syluestria pro locustis accipiantur, atq; ita à xpo pro & xpianis legatur. Strigelius in huc modum loquitur: *Locuste vsitate caneros significant, quibus non licebat vesci populo legis. Consentaneum est autem, Ioannem usum esse rebus obuijs ad Iordanem, vbi piscatores ei caneros dabant, quos aliquin non vendebant.* Vides hinc non malè Strigelio cum Centuriatoribus conuenire: etsi ab Illyrico in pleriq; dissentiat maximè. Tum citat ac probat illorũ sententiã Loffius, qui locustas maximas, hoc est, caneros oblongos, quarũ magnã copiam dicit esse in Iordane & vicinis locis, intelligunt. *Est & valde verisimile, inquit, Ioannem usum esse caneris, qui nostris non dissimiles, & quibus non licebat Iudeis vesci.* Adfert etiam hæc ipsam interpretationem Chytraus, vt per locustas cancri intelligatur, quos in lege vetitos, ideoq; à piscatoribus in ripa Iordanis abiectos comèderit, Ioanes, vt hoc ipso esu cibi in lege prohibiti testaretur, caeremonias Mosaicas omittendas esse. Demũ nostri Magdeburgici vix modicè quidem attingunt locustas, quatenus hoc est terrestre animal: multis autem modis contendunt, vt locustas in caneros transmutent, & cibum hunc Ioanni contra legem obrudant, familiaremque faciant.

De melle syluestre Ioannis quid sentiant aduer. Jarij.

ITAE mel syluestre Ioanni non relinquũt integrũ nouatores, dum fingunt in arido steriliq; deserto ingentem delicati mellis Ioanni copiam suppetiuisse, nihilq; volunt hoc cõmune habere cum agresti melle, quod tamen ab agrestibus apibus tali in loco confici, ac propriè quidem syluestre dici à Patribus iudicatur. Non habuit domesticũ mel, & humana diligentia percolatũ, sed syluestre, vt diserrè meminit Origenes. Isidorus, què paulò post citabimus, mel hoc à syluestribus apibus confectũ, & amarũ esse testatur. Ex Chrysofostomo etiã discimus, id ipsum mel nõ aliunde colligi, quàm ex syluestribus apibus, quarum floribus insidèt, ac rorem maturantes aluearibus immittunt. Tum alibi monet, hoc mel non domesticũ, sed syluestre interferas & bestias, non in domo à Ioanne sumptũ esse. Euthymio teste mel idem in petrarũ scissuris ab agrestibus apibus conficitur, quod & amarũ, & in suaue nuncupat. Quid? quod fatetur Pellicanus, hoc mel agreste videri, quod ericæũ vocat Plinius, vile quidem illud & inter genera mellis minimè probatũ: quod post primos autumnii imbres cõuchitur, cum erica frutex sola floret in syluis, ob hoc arnoso simile. Sed aliter Caluino & Marlato visum est, à quibus magistris tam sua uibus, nihil durum vel asperum expectes licet, quod ad corporis vexationem afflictionemque faciat. Mirũ & illud sanè, quod multis etiam incredibile videatur, mel syluestre hoc loco, si Loffio credimus, dici, quod in Pharmacopolijs vocant manna, & in medicinis conficiendis usum habet. *Est autem, ros celestis, inquit, qui decidit in arbores in illis locis à ripa Iordanis, & coagulatus, velleribus excipitur, & in pellibus colligitur.* Audio equidem quid hinc dicat Loffius: quid verò in rem præsentem probet, non video: neque nunc in medico, sed in Theologico campo versamur. Apud Patres tale nihil extat, nec videri quidem potest

Marc. 2.

In 3. Matth.

In 1. Marc.

In 3. cap. Matth.

In cap. 2. Matth.

In L. he. boor. 11.

Hom. 56. ad populũ Antioch.

Hom. in 2. Matth.

In 3. cap. Marc.

In 3. Matth. Natur. hist. l. 11. c. 16.

In harmõia Euangel.

In 3. cap. Matth.

In 2. Marc.

potest verisimile, mel syluestre Ioannis genus aliquod medicamenti fuisse, quale nunc in pharmacopolijs reperiatur. Quis credat eum, qui ne pane quidem vesceretur, hoc dulce & delicatum pharmacum in vsu quotidiano habuisse? Verũ vt hoc maximè cõcedatur, quod fingitur: tamen sua Ioanni laus integra constar: nec aboleri potest, quàm summo consensu scriptores omnes illi deferunt, à victus austeritate, virq; continentia, prædicatio singularis. Ita quod Strigelius è Suida probare conatur, hoc ipsum syluestre mel ex arboribus colligi & manna dici, longè quidem petatum & illud est, & coactam magis, quàm commodã habet interpretationem. Acquè frigidum & friuolum est Chytrèi commentum, qui hoc loco mel syluestre dici censet mel roscidum, non factum ex apibus, sed copioso rore distillante de coelo circa Libanum. Ad quam rem probãdam nobis testem Diodorum Siculum citat. Verũ ex hoc scriptore nihil omninò, quod ad mel syluestre Ioannis faciat, petere licet: neq; tutum est nouatoribus magis, quàm veteribus. Theologis fidere, è quibus rectissimè dixit Theophylactus, mel agreste hinc accipi, quod à feris apibus conficitur, & in arboribus ac petris inuenitur.

In Matth. 1. cap.

In caput. 3. Matth.

Contra Ebriocorum haeresi 30.

Cent. 1. li. 2. pag. 364.

Matth. 4. Vbi supra.

Thren. 3.

Can. 2. & ibid. Theodoret.

Psal. 101.

Cassianus collat. 19. ca. 1.

Hier. 17.

RELIQUAMVS igitur istorum coniecturas, aut nugæ potiùs, vanasq; & ridiculas commentationes, quæ ad Ioannem deformandum, nõ ornãdum spectant. Existimemus hos nouæ doctrinæ professores non procul distare ab antiquis illis Ebionæis, qui vt Matthæi Euangelium adulterarent, cibũ Ioannis tale mel syluestre finxerunt, cuius sapor cũ ipso manna conueniret, sicut & è vngi deo pro vngi deo mala fide supposuerunt: quam illorum fraudè Epiphanius indicauit. Neq; turpiter à tam sanctis quàm eruditis & probatis Theologis discedamus, qui singularem sanctamq; vitæ Ioannis austeritatem ab istorum calumnia vindicãrunt, eiusq; non modò vestitum, sed victum quoq; horridum cõprobãrunt. Quam tamen autem assumunt ad pertendam suam de Ioanne fabulã, locustas (sciam Ioannis) speciem esse cancorum, genusq; marinorum piscium? Quasi verò Ioannes in tam dura incultaq; vita, qui neq; pane vesceretur, & semper erat abstemius, pisces etiam habuerit in victu quotidiano. Sed quibus historiis, quibus Patrũ sententijs, qua scripturarũ authoritate id astrunt, quod per se quidem nullã habet probabilitatẽ? Coniectura tantũ, vel potiùs vanissimo figmento nituntur Centuriatores. Ioannem scilicet in colligendis huiuscemodi piscibus vel caneris, quos Iudaici piscatores abiiciebant, occupatum ac distentum fuisse. Cur autem vt collectorem & comedonẽ cancorum seu pisciũ, sic & piscatorem illum nõ faciunt? quod munus haud cerrè minùs honestũ, & præcipuorũ quidem Apostolorũ exemplo similis poterat existimari. Addit verò Strigelius, ne & ipse parum acutus videatur esse coniector, piscatores Ioanni donãsse caneros, quos alioquin nulli vendebant. Sed relinquamus hæc friuola commenta nugatoribus, tantoque viro digniora, simul & veritati congruentiora quæramus.

PERTINET ad illum certè, si ad vllum alium eremi amatorem, prophetica sententia, sedebit solitarius, & tacebit, quia leuauit se super se. Vnde turturẽ illum facit Theodoretus, de quo intelligit illud, Vox turturis audita est in terra nostra, quoniam Ioannes velut turtur solitarius, ab omnibusq; remotus, vel sicut alibi legimus, tãquam passer solitarius in tecto, vixerit. Vbi dubitandũ non est, quin Ioannis studium & negotiũ in otio summo & sanctissimo tale fuerit, quale Ioannes Abbas, etsi longè quidè hoc inferior, in eremo sibi familiare fuisse suis ipse verbis ostendit. Si quis, inquit, secretis eremi delectatus, obliuioni tradere potuit humana consortia, ac secundũ Hieremiam dicere: Et diè hominis non desiderauit, tu scis: ego quoq; id, Domino suam gratiã largiente, vel assecutũ, vel certè assequi annis fuisse me fateor. Itaq; pio Domini nostri munere, meminime in huiusmodi raptum frequenter excessum, vt obliuiscerer me sarcina corporeæ fragilitatis indutũ, mentemq; meam ita omnes exteriores sensus subitò respuisse, & à cunctis materialibus rebus omnimodis exulãsse, vt neq; oculi, neq; aures meæ proprio fungerent officio: & ita diuinis meditationibus, & spiritalibus theorijs animus repleretur, vt sæpè ad vesperã cibum me percepisse nescirem. Hæc ille Ioannes, vir probatus & senex ana choreta, nõ minus verè quàm liberè de se ipse, sed sine arrogãtia, loquitur apud Cassianũ. Quicquid autem de se ille prædicat aut prædicare potest, nihil est dubiũ, quin idem in Baptistam nostrum rectissimè competat, nisi quòd hic illum, veluti præceptor

In eundem locum.

Ioannis locustas caneros non fuisse.

Ioannis cũ alijs & eremitijs colloquio.

Exemplum Ioannis Abbatij mem. & rabla.

discipulum, miles tyronem, vir puerum in omni diuinæ contemplationis, & virtutis genere longè superauit. Fuit & alius anachoreta Moyses, quem hæcenus Ioanni conferre licet, quòd adeò victus curam omnem abiecerit, vt frequenter cibietiam appetitum respuerit prorsus, dilata in duos vel tres dies refectio, ac interea ne memoria quidem vilius edulij mentem eius interpellauit. Quin & grauius se somni cibi que fastidio quam soporis & gastrimargiæ colluctatione periclitatum fuisse testatur.

Quo minus ferendum est istorum figmentum, qui volunt hominem sanctissimum ex vasto planè deserto, ex contemplatione suauiissima, ex otio maximo ad litus maris toties procurrisse, & ad colligendos parandosq; pisces descendisse. Nec alios quidem pisces vel expetiuit scilicet, vel admisit bonus Ioannes, quam quos lege diuina vetitos aliis esse sciret: eos duntaxat à Iudaicis piscatoribus vel abiectos, vel donatos edebat. Atque hoc demùm est, istis censoribus, Euangelium illustrare, & sicuti pollicentur, historiam summa fide contexere: cum interim pro luce fumos, pro auro carbones, & pro veritate meras nugas venditent imperitis. Quis autem doctus ac sapiens, cum Ioannes recensuit, aut secum expendit historiam, de cancris vnquam vel per somnium cogitauit? Sed enim isti, quem sobrium magis, quam studiosè austerum & abstemium videri volunt, hunc & cancris & piscibus victitasse concludunt, & nescio, elixóine magis an affos intelligant. Falluntur crassi homines, falluntur, si ex se palatoq; suo, seu pro more Saxonico, victum Ioannis tenuissimum metiuntur. Quid? quòd eadem addunt prudentia, Ioannem vel in hoc Euangelicum fuisse, & libertatem suam Euangelicam demonstrasse, quòd contra legis præscriptum locustas edere minimè dubitaret. Præclarum sanè inuentum Euangelicorum, & dignum, vt aiunt, patella operculum. Non solùm Euangelici, sed & Ioannis imitatores fortasse cupiunt agnosci, cum pro sua libertate, quam vocat, Euangelica nulum ciborum delectum agnoscunt, cum nullam Ecclesiæ legem de cibis, nullum de ieiunatione præceptum admittunt, cum receptam de Quadragesima sancta consuetudinem & Apostolicam traditionem abrogat, cum deniq; in victu quicquid libet, id etiam sibi suisq; licere arbitrantur. Faciebant idem sanè iam olim Acriani, & non dissimili arte suam regebant & excusabant intemperantiam, cui vt speciosum Christianæ libertatis nomen vulgò imponerent, sic rationabantur: Iusto lex non est posita: si omnino volumus ieiunare, qualemcunq; eligemus diem, & propter libertatem ieiunabimus. Quos verò ieiunationum dies præscribit Ecclesia, eos ad Iudaismum & iugum seruitutis referebant, Epiphanio teste.

Quis verò aduersariorum in sacris literis ita ludentium, & Ioannis exemplo ad carnis lasciuiam, Ecclesiæque contemptum abutentium stoliditatem non miretur, non rideat, planeque contemnat? An quisquam est in sacra historia, qui istorum luxuriam, intemperantiam, ingluuiem voracitatemque aut iniustius incuset, aut fortius vehementiusque rerundat, quam hic idem Ioannes? Certè si Basilio credimus, Ioannis vita vnicum & perpetuum ieiunium fuit, qui & secundum Athanasij sententiam pane sibi interdixit. Imò quem Gregorius Nazianzenus non modò alumnum solitudinis, sed & nullius cibi hominem vocat. De quo itidem apud Clementem Alexandrinum ita legimus: Matthæus Apostolus seminis, baccis & oleribus absque carnisbus vt rebatur. Ioannes autem continentiam vltèriùs extendens, locustas & mel syluestre comedebat. Et Augustinus contra Faustum differens, cum proposuisset illud Euangelicum: Venit Ioannes neque manducans, neque bibens: aperte concludit, cum neque panem, nec olera, neque quicquam aliud quam locustas, & mel in esu, & aquam in potu habuisset. Tùm præceptor huius Ambrosius cum alibi hæc verba citasset, Escæ eius locusta & mel syluestre, hoc statim adiecit: Et ideo quia vitæ humanæ possibilitatem continentia supergressus fuerat, nõ homo, sed angelus existimatus est. Quam verò inclementer & atrociter isti tractant Ioannem, cuius adolefcentiam nunquã laudatã, & ætatem omnem innocentissimè sanctissimèque iuxta legis diuinæ præscriptũ transactã, hoc fœdo crimine audent cõmaculare, quòd volens ille ac sciens vitæ Deo damnatiquæ in lege cibus fuerit per quandam intemperantiam vsus? Quis pius, quæso, hanc vel criminis suspicionem ferat in illo, qui ab omni etiã concesso tunc edulij potusq; genere, locustis

An Ioannes pisces quaesierit & acceperit à piscatoribus Iudaicis.

An Ioannes in deserto sibi sibi Euangelicam libertatem.

Acriani statos ab Ecclesiasticis morum dies oppugnant.

Quis vixit de Ioanne sic sumit.

Idem Cassianus collat. 2. Abbat. Moys. sic cap. 17.

Cent. 1. l. 2. col. 59. & alibi.

Cent. 1. l. 2. col. 503. Ibid. col. 577.

Epiphanius aduersus hæreses lib. 3. Tom. 1. hæ. ref. 14.

a Cicerone de reuina. b In Scholij in nouu Testamentum. c Orat. in sancta Luminaria. d Lib. 3. pag. dag. cap. 1. e Lib. 16. contra Faustum cap. 31. De Elia & ieiunio e. 3.

locustis & melle syluestri duntaxat exceptis, tam sedulo & rigide se se abstinebat?

SED COMEDIT locustas, inquit, pro Euangelica libertate. Ne sic quidem aspersam semel in obediētia labem abstergere, & Ioanni obiectum vitium satis excusare possunt. Primùm enim Euangelicæ libertatis vsus nec Ioanni, nec cuiquam alij competeat, cum vigeret adhuc lex Moisaica, non per Ioannem, sed per Christum abolenda, cumque Euangelium nondum esset publicè palamque enunciatum. Quare maximus Apostolorum Petrus, etsi sanctum in Pentecoste spiritum vbertim accepisset, tamen ausus non est statim cibis quibuslibet vesci, sed vetitis in lege sibi diu interdixit, idque tantisper fecit, donec in Ioppe diuinitus admonitus disceret. Iam adesse tempus, quo ipse cum Christianis reliquis, neglecto legis præscripto de mundis & immundis escis, noua in edendo libertate legitime vtteretur. Deinde probari non potest, Ioannem virtutis omnium viuum exemplar in his, quæ ad legis etiam cæremonialis honestatq; disciplina obseruationem spectant, vel sibi, vel suis aliqui indulgisse. Multis Hieronymus probat, & rectè quidem, Apostolus ad CHRISTI mortem vsq; iuxta legis ritum vixisse, ac tunc primùm Euangelium dedicatum fuisse. Quatò magis igitur de Ioanne statuendũ est, quòd legis ritus & ipse seruauit? sicut Chrysostomus etiam aperte cõfirmat. Quin potius quòd lex non exigebat discipulis fuit author ad frequentes & ieiunationes & preces institundas, vt postea docebimus. Adeoq; nullus vitam suam (vt credere fas est) ad normam diuinæ legis accuratius conformauit, quam sanctorum parentum sanctior hic filius, qui cum non minus ac illi iustus esset ante Deum, in omnibus mandatis & iustificationibus Domini, sine querela incedebat.

AD HÆC non parum in eo multi hallucinantur, quòd asserunt, & cæteris etiam persuadere volunt, locustarum vsum in diuina lege Iudæis omnibus veritum fuisse. Aliter enim nos docet caput vndecimum Leuitici, vbi plura locustarum genera enumerantur, & earum vsus populo Dei concessus, non interdictus legitur. Sic autem inter cætera lex præcepit, Quicquid ambulat quidem super quatuor pedes, sed habet longiora retrò crura, per quæ salit super terram, comedere debetis: vt est bruchus, locusta, & quæ sequuntur. Vbi animaduersione dignum puto, locustam (Hebraicè arbeh nominant) de pisce marino non posse accipi, quicquid isti demùm somniant, sed inter animalia terrestria, quadrupedia & salientia locustam disertè numerari, ac pro cibo mundo ad victum populi communem admitti. Id quod Procopius etiam annotauit.

Eurhymius verò, etsi varias de his locustis refert sententias, tamen hoc etiam adiungit: Dicunt locustas insecti genus, vsque ad hodiernum diem in illis (Iudææ) partibus pleorūque illud edere fumo siccatum, & ipsum inter animalia munda legis latorem annumerasse: habere autem grauem odorem malumque gustum. Omnem verò de locustis dubitationem tollit nobis Chrysostomus, quãdo ita docet: Locustæ sunt volatilia quidem munda, tamen parua, & non satis in altum volantia, quæ manducabat Ioannes cõstiturus in deserto. Et rursus alibi: Locusta animal paruum est, & inter volatile & reptile medium. Neq; enim à terra satis tollitur, quia si paululùm eleuatur, nõ tam volat quam salit: & cum se à terra paululùm eleuauerit, iterum pennis deficientibus cadit in terram. Sed & Origenes hoc animal paruulum & mūdum appellat, atq; ita describit, vt sit volucres non grande, non in sublime se eleuans, verùm volucres paruulum, & vix à terra confurgens, & saliens potius, quam volans. Quid quæso de locustis dici apertius queat? Tùm Ambrosius hoc insecti genus venuste designat, locustas nominans ad fructum inutiles, ad vsum laboris inertes, ad tactum fugaces, vagas saltu, oreque stridulas esse. Alibi de illis testatur, quòd cum agmine conferto regionis occupauerint latitudinem, innoxio primùm ferantur habitaculo, nec fructus inhospitali decursione depascantur, nisi diuinæ signum præceptionis acceperint, sicut in Exodo legimus, quòd cœlestis offensionis vltionem exequerentur. Errant igitur nouatores, qui de nescio quibus cancris, ac non potius de volucris, quòd in deserto saliebat, & adhuc in Palæstina notum est, hoc locustarum nomen in Euangelio interpretantur. Hieronymus certè, quo vix quisquam alius, Palæstinam rectius nosse queat, sic de locustis Ioannis differit, vt earum nubes per desertum, & calidam eremi vastitatem scribat reperiri, & iis Orientales Lybiæ po-

Ab. 10.

Lib. 1. aduer sus Iouinianum.

Oper. im. per. in Matt. hom. 3. Marc. 2. Luc. 1. Luc. 1.

In Leuitic. In cap. 3. Matth.

Opere im. per. in Matt. hom. 3.

In Marc. hom. 2. Hom. 11. in Luc. 2. c. 10.

Lib. 2. in Lucam. cap. 20.

Lib. 5. Examer.

Exod. 10.

Lib. 2. aduer sus Iouinianum.

Redarguitur vana in cibo libertas, quia Euangelici Ioanni falo affingunt.

Locustas esse animalia munda, & ad esum in lege permissa.

Locustas totis a parvis accipi propter vestri soluti.

pulos vesci. En tibi locustas & earum nubes volantes, quæ cancri esse non possunt, nisi volantes etiam cancrisisti velint fingere. Tùm idem Hieronymus in Ionam scribens, & de Ioannis locustis faciens mentionem, ita suam profert sententiam, vt vix quicquam dici possit luculentius: Locusta, inquit, animal paruum, infirmas habens alas, & de terra quidem confurgens, sed altius non valens auolare, vt plus sit quam reptile, & tamen a uibus non exæquetur.] Et rursus ad Marcellam: Cibi displicent uiliores? nihil uilius est locustis.]

Locusta Ioannis pro piscibus & cæcis peperam accipiuntur.

Ioannes & accaribus, & a piscibus abijciuntur.

Locusta pro herbis dicta nonnullis. In Scholis noui Testamenti.

De luminibus sanctis.

Loquor de locustis Ioannis quomodo philosophetur. In quest. super Euang. de natur. Ioannis Baptistæ.

AT QVE vt maximè concedamus, locustas pro piscibus marinis dici aliquando, est enim eiusdem nominis piscis, qui cum polypo & Murena inimicitias graues gerit, vt scribit Aelianus: tamen hanc significationem minus vsitatam, ac in Palæstina fortassè prorsus incognitam, neq; scripturis accommodatam esse dicimus; vt verò ex nomine ἀνθρώπων marinos pisces, aut cancris faciant, doctis comprobari posse pernegamus. Vtebatur Ioannes locustis, vt cibo vilissimo, & qui ne pane quidem uesci solitus erat, & victus austeritate gaudebat, cancris fluuiatilibus, vt potè cibum potentiorum, adeò sibi ad victum quotidianum non indulgebat, vt probabile sit illum tota vita necattigisse eos, neque conspexisse. Quam obrem ista noua munusq; recepta opinione plus valere debet communis & scripturæ locutio, & Patrum interpretatio, vt de volucris seu animali terrestri, sicut & Aristoteles & cum Solino Plinius hoc nomen vsurpant, intelligatur. Neq; temerè notauit Augustinus, vt in scripturis discutiendis est diligentissimus, Ioanem apud Euangelistas à victu ita probari, vt qui uisus est piscium excludatur, qui ad delicias cõparari possit. Ioannes, inquit, præcursor Domini locustis in cremo & agresti melle nutritur, non animalium carnibus, non volucrum suauitatibus pascitur. Poterat utiq; iuxta Iordanem positus piscium sibi exhibere delicias: sed poenitentiam prædicaturus rigorem ieiunij exemplo suo magis debuit & factis ostendere, quam uocce.] Indicat igitur alibi, Ioanem non modò à carnibus & piscibus, verùm etiam ab oleribus & pane abstinuissè: ne si secus faceret, uocce potiùs, quam opere & exèplo rigidi ieiunij perfectaq; poenitentia doctore esse videretur. Ad quam rem comprobandam pulchrè Danielis cõiungit exemplum, qui vir desideriorum appellatus, inquit, quia panem desiderij non comedit, & potum concupiscentia non bibit, quia magis Christum, quam epulas desiderabat.]

PRÆTEREÀ ne locustas Ioannis in cancris conuertamus, Patrum illorum sed paucorum minus recepta prohibet sententia, qui neq; terreste, neq; aquatile animal hinc significari, sed herbas tantum, aut fruticum extremitates hoc nomine contineri arbitrantur. Athanasius enim Alexandrinus, Locustæ, inquit, non animata, sed herba sic dicta. Et post citatos aliquot scripturæ locos hæc subiicit: Sicut Amigdalus non est caro, & capparis herba est, sic locusta quæ crescit in campo & prato. Ioannes enim si panem nõ comedit, multò minus carnem.] Tùm extat Isidori Peli, qui nõ vulgariter est eruditus, epistola, ubi de locustis differit, easq; ἀνθρώπων, hoc est, germina herbarum, aut stirpium vocat. Mel verò syluestre confectum ait ab apibus agrestibus idq; amarum. Quibus rebus inquit, ostendebat Ioannes magnam corporis καὶ ἀσθενείαν, hoc est, alterationem, seu mutationem; fame & asperitate omnem corporis appetitum ἀπαρῶν, hoc est, vt ita loquar, amaricam.] Habes iam Athanasij & Isidori sententiam, si eam sequi lubet: vt quas habuit locustas Ioannes, natiuum haud dubiè tenuemque cibum, nulla arte conditum, eas pro herbarum genere, vel quibusdã radicibus, sicut Pantaleon diaconus intelligit, possis interpretari. Nec aliter quidem sentit Euthymius. E quibus omnibus abundè constat, à genuino Euangelij sensu eos procul discedere, qui Ioanni victum & vestitum communè, vsitatum & moderatum potiùs, quam peculiarem, peregrinum, incultum, rigidum & austerum adscribunt: qui præterea locustas eius pro cancris marinisue piscibus duntaxat exponunt, & qui demùm qualemcunq; cibum Ioannis ad legis contemptrum Euangelicæque libertatis prætextum studiosè aut potiùs maliciosè detorquent.

QUA DE re locum adhuc vnum ex nouatoribus repetam, planiùs vt fiat, qua fide isti nobis Euangelium tractent. Proponit hanc sibi quaestionem Lossius, quare Ioannes locustas seu cancris edit, quibus lex Iudæis uesci prohibeat? Respondet in hunc modum: Primum vt libertatem Christianam ostenderet, de qua inquit Apostolus: Nemo vos inducet in cibo aut potu. Deinde verò, vt testaretur, iam esse finem politica Iudaica,

In cap. 4. Ionæ.

a De agrorum. Hist. lib. 31.

b Lib. 5. de natur. animal. c In polyb. stor. l. 6. ca. 30. & lib. 11. c. 29. d De tẽpore serm. 65.

Dan. 9. & 10.

In epist. ad Timotheum.

In 3. Math.

Iudaicæ: & ceremoniarum veteris Testamenti, quæ typus Christi iam exhibiti fuerunt. En quàm feridè triumphat gloriosus hic miles de locustis Ioannis, & iacto vanissimo fundamento, libertatem, quam vocat, Christianam, vaniùs inde construit atque firmat. Iubet Paulus delectum ciborum Iudaicum negligi, ne Christiani ex legis Mosaycæ præscripto victus rationem obseruent, sicut Augustinus, Chrysostomus, aliiq; Patres interpretantur. Quid hoc quæso facit ad vitæ licentiam excusandam, qua nostri sectarij omnia ferè legum vincula de sanctæ cõtinentiæ abstinentiæq; virtute perumpunt, ac Ioannem demùm eò redigunt, vt non Euangelicæ, sed carnali, ne dicam hæreticæ libertati vel inuitus debeat patrocinari? Errat in eo etiam, quod politica Mosaycæ & legis ceremonialis finem hunc fuisse monstret, cum suum Christus officium nondum absoluisset, quem admodum sequens caput pluribus declarabit.

AT MINVS miror hinc falli Lossium: sequitur enim cum plerisque aliis communem præceptorem suum Philippum, quem nouæ opinionis de locustis authorem esse non putaueram, nuncque primùm deprehendi. Nam ubi de Ioanne concionatur, ita scribit: Quia erat in deserto, res ita ferebat, vt victus esset sordidior. Quid audio? Non igitur sobrius tantum ac moderatus hic erat victus, vt alios fingere diximus: sed errat tamè in eo Philippus, quod sordidior hunc victum, què ciuiliis homo fati sordidè, & parum Euangelicè Ioannis tribuit, ad fortunam ac necessitatem, nescio quam potiùs, atq; ad liberam eius electionem, referre conatur, nimirum vt singularem virtutis rationem & laudem viro sancto debitã tacitè adimat. Res ita ferebat, inquit, vt victus eius esset sordidior. Id enim est perinde ac si dicas, Israëlitas aliquando, cum ita ferret res, ac postularet necessitas, sordidior victu fuisse contentos, vt potè a sinina carne, & stercore columbaceo. Quis autè illis laudi verat, aut ex virtute profectum censeat, quod illi victus penuria, & famis necessitate, hostiumq; Syrorum obsidione cõpulsis, ac proflus inuiti fecerunt? Sed addit Philippus: De locustis ego arbitror, vt cõtra legem fecit Ioannes, quod discessit à templo, ita contra legem de cibo fecisse. Non adeò magni refert, quid sentias & fingas Philippe: at qui nouam opinionem probes, id verò etiam atq; etiam prudentes expendent. Nunc tu falsum ac falso colligis, dum ex eo contendis Ioannem contra legem de cibo fecisse, quia & contra legem à templo discesserit. At qui non discessit à templo, vt sequenti cõuincemus capite, quicquid vos etiam haud sine fraude confingatis: nulla igitur causa est, quam obrem homo diuinæ legis obseruantissimus, in victu etiam contra legem venisse credatur. Sed iam causas adfert aliquas, vt probet nobis Ioannem cõtra legem de cibo fecisse, nimirum vt ostenderet finem esse politica Iudaicæ, & Euangelium ad gentes quoq; pertinere, & tolli discrimina ciborum. Infirma sunt hæc præsidia Philippica, & à nobis alibi disiciuntur; nullumq; prorsus momentum habent ad persuadendum id, quod caput est disputationis, diuinam scilicet legem à Ioanne vel in cibo, vel aliis in rebus violatam aut abrogatam esse. Falsum & illud, quod adstruere conatur, Ioannem finem esse politica Iudaicæ, & Euangelium iam tùm ad gentes pertinere, & receptis ex lege ciborum discrimenibus nullum amplius locum tribui oportere. Quibus de reb; postea disceremus, etsi difficilè non sit iudicare, quàm sint hæc quæ Philippus affirmat, tùm à scripturis, tùm à veritate aliena. Tandem de locustis ita pronuntiat: Locustæ vsitatio cancris significant, quibus non licebat uesci populo legis: consentaneum est autem, Ioannem usum esse rebus obuiis ad Iordanem, ubi piscatores ei cancris dabant, quos alioquin nõ vendebant. En fontè totius erroris, quem ex suo præceptore Lossius, Strigelius, Chytræus & Centuriatores hauserunt, cum cæco duce de locustis sine iudicio iudicantes, quos interim tanti nouatorum greges, quia minus fortassè vident, vltro sequuntur. Verùm has nouas & insulas glossas noui Theologi habeat sibi, suisq; locustis & piscatoribus per nos quidè sese, si ita libet, oblectent. Ociosorū est planè hominum, his nugis & commentationibus operam dare: peruerforū autè, repudiat veris, falsa obstinatè tueri. Nunquam sanè probabunt eruditus, Euangelistã hinc de piscibus propriè loqui, & locustas vsitatio cancris, quã insectum significare. De insecto certè hoc nomẽ scriptura proponit, eiusq; interpretes accipiunt, Exod. 10. Leni. 11. Deut. 28. Iud. 6. 3. Reg. 8. Ioel 1. & 2. Iud. 2. Erasmus Philippo quidè tùm in Græcis, tùm in Latinis literis non inferior, haud pperam annotauit, locustas quæ

Excusatur Lossij sententia.

Erroris autor de locustis Ioannis sicutis.

Refutatio sententia Philippi de locustis Ioannis.

Tit. 1. Coloss. 2. Cõtra Euangelium lib. 31. cap. 4. Hom. 7. in Epist. ad Coloss.

Cõcionatio de Ioanne Baptistæ, par. 23.

4. Reg. 6.

Vbi supra.

Erasmus de locustis Philippo repugnat.

sunt Græcis *ἀνγὶ δὲς*, inde dictas esse, quod id animal summas aristas aduolans depascatur, quemadmodum legimus Exod. 10. & hoc loco Hilarius, Rabanus & Lyra intelligunt, Addit etiam eos, qui hoc animal immundum appellant, quod Iudæis vesci nefas erat, hoc ipso declarare, quàm non diligenter versati sint in sacris voluminibus, cum Leuit. 11. inter volucres excipiantur bruchus, attacus, ophimachus & locusta, quæ inter se finitimi generis sunt & inter munda censentur, eò quod licet habeant quaternos pedes, tamen posterioribus longioribus saliant super terram. Laudat præterea Ioannem, quod cum iuuenis esset magni sacerdotis filius, magna tùm apud populum, tùm apud regem autoritate, in deserto feratù ritu, vili parabiliq; cibo victitârît. Deum à Brentio confirmatum est, non rectè pro locustis canros hic accipi, cum illi non *ἀνγὶ δὲς*, sed *ἀνγὶ βοῖ* dicantur: qui cum veteribus planè conspirans, hoc apertè fatetur: *Dubium non est, quin Ioannes fuerit legis etiam ceremonialis obseruantissimus, nec ederet cibum immundum aut lege prohibitum, ne cui tali violatione daret occasionem detrectandi, aut calumniandi testimonij sui de Iesu Christo. Sentiamus igitur Ioannem usum esse cibo, iuxta legem quidem mundo, sed vilissimo, & pauperibus tantùm ac vitam in deserto agentibus vsitato.* Ac satis quidem, vti spero, huc vsq; aduersariorum reieciimus nugamenta, in quibus lectorem diutius non remorabimur, vt modum teneamus.

Paraphrasi in 3. cap. Matth.

In 3. cap. Matth.

CAPVT QVINTVM.

De usu & fructu superiorum, præsertim vt cognoscatur, quantum sit discriminis inter Ioannis Baptistæ priorumq; maiorum abstinentiam, & præsentis seculi intemperantiam ingluuiemq;.

VERVM ENIMVERO ANTEQVAM HVNC LOCVM DE POENITENTIA vel abstinentia Ioannis absoluam, facere non possum, quin multorum etiam veterum exemplis mēte perlustratis, mores nostrorum cum antiquo Ecclesiæ statu aliqua ex parte componam. Ita certè futurũ spero, vt vsus & fructus Euangelicæ historiæ, in qua huc vsq; versamur, magis appareat, & quod abstinentiæ magister Ioannes, vt eum vocat Ambrosius, non tam sermone quàm opere docuit, à Lectore vtilius percipiatur. Principiò, vt ab ipso Baptismi Sacramēto rem ordiamur vicinus Apostolorum temporum ^a Tertullianus, qui Christianorum ætatis suæ instituta sæpè depingit, de baptisimi quidem candidatis ita scribit: „ Ingressuros in baptismum, orationibus crebris, ieiuniis & geniculacionibus & peruigiliis orare oportet, & cum confessione omnium retrò delictorũ.] Quin & vetustior eo Clemens testatur, Apostolum Petrum baptisimi candidatis hoc iniunxisse, vt priusquàm facris initiarentur mysteriis, triduum ieiunarent. Tùm ex canone Cõcilij quarti Carthaginensis videre est. baptizandos diurno ieiunio à carnibus & vino abstinuissè. Quid verò de initiatis? seueram quidem ab his obedientiam & disciplinam nõ solum exactam, sed & studiosè obseruatam esse legimus. Vt enim Tertullianus ostendit, frequenter habebant conuentus, in quibus fidem sanctis spargebant vocibus, & Psalmis hymnisq; murtuò se prouocabãt. Illic ieiuniis preces alere, ingemiscere, lachrymari & mugire dies noctesq; ad Dominum. Illic presbyteris aduolui, & aris Dei adgeniculari, omnibusq; fratribus legationes deprecationis iniungere, & stationes plerunq; in vesperam producere, & nocturnas vigiliis adhibere. Precabantur autem suspicientes, & manibus expansis, & nudo capite. Præterea in his piis coetibus erant exhortationes, castigationes, & censura diuina. Nam & iudicatur, inquit, magno cum pondere, & apud certos de Dei cõspectu: „ summumq; futuri iudicij præiudiciũ est, si quis ita deliquerit, vt à cõmunicatione orationis & cõuentus, & omnis sancti cõmercij relegetur. Præsident pbatì quiq; seniores.] ^b AT VERÒ quid de victu Christianorum? Ne animalium quidem sanguinem, ait, in epulis, esculētis habemus, qui propterea quoq; suffocatis & morticiniis abstinemus.] Et alibi rem fustis explicans, * Multi, inquit, se spadatui assignant propter regnum cœlorum, tàm fortem & vtique permissam voluptatem spõte ponentes. Quidam ipsam Dei

Digestio ad locum commune de veterum & nostratum abstrucua.

Baptizandi olim ieiunabant.

Baptizati olim quam sita disciplinam obseruauit.

Quis fuerit vitium veterum Christianorum.

Lib. 10. epistolae 82.

a Lib. de baptisimo.

7. Recognit.

Cap. 85.

In Apologico, & lib. de ieiunio, & lib. de poenitentia.

In Apolog.

Ibidem.

* De cultu feminarũ.

Dei

a Orat. infamari in Iuliano. b Lib. de ieiunio. c Serm. 25. d Orat. 2. de ieiunio. e In Epistaphio Paula et ad Euseb. de cust. Sir. f Cõtra haeres. lib. 3. Tom. 2. circumscriptionem. g In orat. de amandis pauperib. h Lib. 3. Pauli. i Contra Faustũ lib. 3. cap. 5. k Lib. 7. Stromatõn. l In fine hom. 10. in Leuit. m Li. de heret. Ariani. n In cõpendiaria fidei Catholica. o Epist. 86. ad Casul. p Lib. 3. de canõ. dir. orat. ca. 10. q Hom. 6. & 11. in Gen. r Orat. 140. Martyres. s Serm. 55. de re pore. t Collat. 21. cap. 23. v Serm. 3. de quadrages. a Ser. 7. in quadrages. b Epist. ad Marcella. c Constit. Apost. lib. 5. cap. 13. d Epist. 2. ad Philippen. e Can. 68. f De cõsensu Euangelist. li. 2. c. 4. g Epist. 119. ad Ianuar. g Serm. 36. h Cõron. 2. de ieiunio. i Serm. 3. de quadrages. k Serm. 34. l Seg. m Ser. 1. ad populum Antioch. n Ad sine hamil. 4. o Hom. 3. de ieiunio. p Centur. 3. fol. 147. Epist. 1. Culi. Papa. Gerson. 23.

Dei creaturam sibi interdicit, abstinentes vino, & animalibus exulantes, quorum fructus nulli periculo, aut sollicitudini adiacent, sed humilitatem animæ in victus quoque castigatione Deo immolant.] Ieiunia verò Christianis quondam tàm crebra & proluxa fuere, vt hæc illis per probum obiecerit infamis ille Apostata Iulianus, sicut ^a Nazianzenus ostendit. Episcopi vniuersæ plebi mandare ieiunia assolent, inquit ^b Tertullianus, idemq; confirmari ex ^c Ambrosio & ^d Basilio potest. Sed quis tũc ieiuniorum rigor? cum alij à vino, liquamine, piscibus, melle & ouis abstinerent, cum etiã languentes aqua frigida vterentur, cum & coctum aliquid accepisse luxuria esset, vt ^e Hieronymus narrat. Alij in siccorum esu perseuerabant, pane, sale atq; aqua contenti, vt meminit ^f Epiphanius. Omnes autem ieiunantes à carne & vino sibi temperare, & feminibus tantùm è terra pro cibo, & aqua pro potu vti erant soliti, quemadmodum ex ^g Gregorio Nysseno & ^h Theophilo Alexandrino intelligi potest. Testatur & ⁱ Augustinus, è Christianis Catholicis quosdam non solum à carnibus, sed etiam à nonnullis terræ fructibus abstinuissè. Non quòd illa immunda esse crederent, sed edomandi corporis causa, inquit, propter animam ab irrationalibus motibus ampliùs humiliandam.] Recensentur apud ^k Clementem & ^l Epiphanium dies ieiuniorum, quos hebdomadam bis Christianis obseruandos esse tradiderint Apostoli, & de quibus ita ^m Origenes: Habemus quartam & sextam septimanæ dies, quibus solennitèr ieiunamus.] Eiusque ieiunij rationem Aëriani contemnebant, vt meminit ⁿ Damascenus; sed eam post ^o Epiphanium, ^p Augustinus, & ^q Cassianus luculenter confirmant. Tùm peruetustus mos in Ecclesia Romana & Occidentali obtinuit diu, vt Sabbati ieiunium, cuius rationem reddidit etiam Augustinus, passim celebraretur.

Crebra & proluxa olim erant ieiunia.

QVINTO verò de Quadragesima? quam non modò sanctam, sed remedium etiam animarum vocat ^r Chrysostomus, ^s Basilium pretiosum tempus, ^t Augustinus dies corporibus salubres & animæ medicinales, ^v Cassianus decimationem quandam, ^w Bernardus militiæ Christianæ tempus appellant? Quòd ieiunium traditionem Apostolorum esse confirmat ante ^x Leonem Magnũ ^y Hieronymus: & ante hunc ^z Clemens, ^{aa} Ignatius ipsiq; ^{ab} Canones Apostolorum indicat satis: idem à Christo consecratum dicit ^{ac} Augustinus, qui quadragesimæ autoritatem Prophetis & Euangelicis literis docet corroborari: contemtores autem eius etiam Dei contemtores ^{ad} Ambrosius facit. Nec obscurum est ex ^{ae} Basilio, omnis sexus & ætatis & cõditionis homines, Quadragesimæ ieiuniũ, quod Episcopi palàm indicebant, tàm diligenter coluissè & obseruassè olim, vt ad vesperã vsq; nullum cibum caperent: quæ consuetudo ^{af} Bernardi etiam ætate durauit, vt neq; carnem, neq; vinum gustarent, quemadmodum & ^{ag} Ambrosius & ^{ah} Chrysostomus docent. Atq; idẽ Chrysostom. suæ Ecclesiæ hominibus testatur, eos inter se ciborũ abstinentia inuicem amulari, sancteq; contendere consueuissè, vt hi quidẽ duos integros dies ieiuni transigerent, illi verò nõ vini tantùm & olei, sed & omnis feruli vsũ à sua mensa reiicerent, vt pane & aqua duntaxat vrentes, Quadragesimam omnem raducerent: In eos verò, qui Quadragesimalis ieiunij institutum probarent, at edendo violarent sic ^{ai} Maximus inuehitur: Quid prodest obseruatione quadraginta dierum ieiunandi nostèpora custodire, & legem non tenere ieiunij?] Nec inficiantur ^{aj} Centuriatores, ante Calixtum Pontificem, qui secundo post Christi mortem seculo ^{ak} Martyr fuit, ieiunia per annũ solennia fuisse tria: sed sub illò ipso Pontifice ieiunium quartũ accessit, ac durat in Ecclesia supra mille trecentos annos. Tùm decreto concilij Elibertini iubetur Christiani per singulos menses, Iulio & Augusto duntaxat exceptis ieiunia celebrare. Inuehitur ^{al} Thophilus Alexandrinus palàm in eos, qui ieiuniorũ tempore, clausis ostiis occultè carnibus vescerentur, & à vino sibi nõ temperabant. Extat p̄ clara vox ^{am} Blandinæ martyris, quæ inter tormenta sic dixerit impiis: Multũ erratis, o viri, quòd putatis infantũ visceribus vesci eos, qui ne mutorũ quidem animalium carnibus vtuntur: Siue vt alij vertunt, quibus nec irrationaliũ pecudum sanguine vesci licet. Ac multis quidẽ aliis p̄bati posset, imò iam pridẽ à nostris p̄batum est, delectum ciborũ in veteri Ecclesia receptũ probatumq; fuisse. Sunt p̄terea & aliæ præeminẽtes vitæ conuersationes, vt Epiphaniij verbis vtamur, quæ in eadẽ sancta Catholica Ecclesia seruantur, eorum, in quãdam qui

Crebra & proluxa olim erant ieiunia.

p Lib. 1. de Paschate.

q Enseb. lib. 5. cap. 11. Ecclesiast. hist.

r Lib. 3. contra heres. tom. 2. circa finem.

qui

qui ab omnibus carnibus abstinent, quadrupedibusq; , volatilibus ac piscibus; ouo item & caseo. & alia vitæ diuersa instituta inueniuntur. Nam vnusquisque secundum proprium laborem accipiet mercedem. J Meminit & Augustinus de priuatis quorundam ieiuniis, quorum alij per totam vitam quinquies in hebdomade ieiunarent, nonnulli triduum & amplius sine cibo & potu peragerent, carnibus verò & vino in vniversum abstinerent. Ac fatentur demum vel inuiti Centuriatores, cum de tertio Ecclesiæ seculo tractant, Christianos olim quàm frequentissimè ieiunasse, id quod è Cypriano confirmant.

Cur laudanda veterum abstinentia.

QVID igitur? nonne in his tam sanctis laudatisque exercitationibus, quas, præter Aërianos & Lampetianos nostrosque sectarios, nullus orthodoxus aliquando improbauit, & Ioannis & Christi discipulos agnoscamus? Ioannis quidem, vt cuius vitam minimè delicatam, sed duram & asperam incensis illi animis sectarentur: Christi verò, cuius vaticinium re ipsa probarent, nimirum post sponsum ablatum tam sedulo ieiunantes. Nihil verò interest, quid de his veterum institutis, & seuera Ecclesiæ disciplina iudicent ac scribant Centuriatores; quid enim pium & religiosum illi non carpunt ac mordent? Traditiones has otiosas, & ieiunia superstitiosa, quæ contra Dei verbum irrepsert, nominant, vt ea, quæ summo iure nõ solum admirari, sed & æmulari debebant, more suo impiè calumniantur. Repetam autem ex Tertulliano, quanti faciendum sit hoc seuerioris vitæ genus, quod piè sancteque olim apud Christianos susceptum, ac diu retentum fuit. Commendat ille, quod baptizati negotiationem patientiæ in corpore (sic enim vocat) & carnis afflictationem solebant adhibere. Hanc afflictationem hostiã Domino placatoriam dicit per humiliatorem sacrificium, cum sordes, cum angustia vitæ Domino libat, contenta simplici pabulo, puroq; aqua potu, cum ieiunia coniungit, cum cineri & sacco inolefcit. Hæc patientia, inquit, corporis preces commendat, deprecationes affirmat; hæc aures Christi Dei aperit, seueritatem dispergit, clementiam elicit. J Ac paulò post, ad hanc ipsam corporis patientiam refert carnis continentiam, à qua viduæ, virgines & voluntarij spadones in Ecclesia cohonestentur. Sic Africanus ille scriptor, quemadmodum & styli durities satis arguit, nec tamen monachus, sed maritus, neque scriptor vulgaris, vt quem suum etiam magistrum solitus est dicere Cyprianus. Atq; haud scio, an quisquam è Patribus, præter hunc ipsum Cyprianum, studiosius in eo versetur, vt seueram prioris Ecclesiæ disciplinam vigeat, & à lapsis, qui Deo & Ecclesiæ sunt reconciliandi, grauiorem multam exigat. An verò cum his duobus non consentit alius quoque scriptor Africanus, idemque Ecclesiæ doctor clarissimus Augustinus, qui omnis abstinentiæ seueriorisq; disciplinæ laudatorem se frequenter ostendit? Abstinentiæ inquit, vigiliæ, orationes atq; ieiunia per breuissimas angustias perducunt ad paradisi delicias, quia non mentitur veritas, quæ in Euangelio dicit: Arcta & angusta via est, quæ ducit ad vitam; & pauci sunt, qui inueniunt eam.]

Ex QVIBVS abundè constare arbitror, nostri quidem temporis Ecclesiasticam disciplinam, si cum illa veteri conferatur, planè laxam ac mollem esse, vt de illa nemo, nisi admodum delicatus, iustã queat mouere litem, aut querelam vllam instituire. Tantoq; sunt petulantiores & iniquiores iudicandi aduersarij, qui neq; antiquam illam seueritatem moribus suis attingunt, neq; ad vsum reuocari sustinēt, sed nec posteriorem hanc in externa disciplina moderationem, imò verò indulgentiam graues ob causas ab Ecclesiæ præpositis introductam, aut certè permissam, recipiunt aut probāt, vllòq; modo perferunt. Huc enim potiùs illorum consilia & conatus omnes diriguntur, vt totum præsentis Ecclesiæ statum, leges ordinesq; disturbent, & multis alioquin calamitatibus agitatam Christi sponfam omnibus illis ornamentis exuant, quæ eandem Deo hominibusq; gratam, & ordinatam castrorum aciem efficere videantur. Quàm verè in hos competit, quod per Prophetam haud iniuria queritur Deus: Nonne satis vobis erat pascua bona depasci? Insuper & reliquias pascuarum vestrarum cõculcastis pedibus vestris: & cum purissimam aquam biberetis, reliquam pedibus vestris turbabatis.

SED AD communem nostri seculi morem, & præsentem vitæ corruptelam venio. Quantò illa veterum maiorumq; nostrorum in omni vitæ constantior disciplina, & seuerior

Vita Christiano vii hodie innoxia, in seueritate & voluptatis plena est.

De morib. Eccles. Ca. thol. lib. 1. cap. 31.

De ieiun. & tentat. Christi.

Matth. 9.

Cõ. 4. ca. 6. pag. 440. Et Cent. 5. pag. 682.

Lib. de patientia.

Hieron. in catal. scriptor. Eccles. ca. 1. lib. de lapsis & epist. 10 ad clerum & sequent.

Serm. 55. de temporibus.

Matth. 7.

Cantic. 6.

Ezech. 34.

uerior continentia iam olim vigeat, tantò nunc quidem magis omni luxu diffluunt ac viuunt dissolutius Christiani, vt diuina humanaq; lege sancitos temperatiæ limites in educandis liberis indulgentia, vt eos iam inde à primis annis non ad spiritum, sed ad carnem: non ad temperantiam, sed ad omnem ventris ingluuim: non denique ad pietatem & sanctimoniam, sed ad improbos, effœminatos perditosque mores institutos fuisse cernamus. Qui deinde propter hanc mollissimam educationem, cum adoleuerint, ad omne voluptatis genus profusissimè dilabuntur, seque totis animis affuefciant. Hinc tot abdomina, & quemadmodum Apostolus ex Epimenide dixit, ventres pigri: hinc tot morbi nostræ gulæ testes ac vindices, quot quidem à medicis non dicam sanari, sed vix etiam cognosci possunt, aut enumerari. Nec aliter fieri sanè queat, quin crapulæ deditis languefcant corporis robur, & nerui elidantur, quin præterea ingenij solertia hebetetur, virtutisq; studium frigeat, & omne deniq; animi lumen extingatur. Ex quo fonte illud etiam commune malum profluit, quod pleriq; nobilibus alioqui ingenijs præditi, & præstantibus naturæ donis exculsi, ad res præclaras functionesq; publicas obeundas aut nunquam emergant, aut inepti accedant, sæpè & ante tempus intereant, aut miserè quidem in sordibus & tenebris vitam exigant, quando temperatè ac sobriè viuere non didicerunt: Nec enim temerè dictum est illud: In multis cõcis erit infirmitas. Et rursus, Propter crapulam multi obierunt: qui autem abstinens est, adiiciet vitam. Hinc tam rara etiam, tam vilis hodiè pulcherrima virtus castitatis, quam in delitijs periclitari atque corrumpi necesse est, quando sicut sine Cerere & Libero, vt inquit Comicus, friget Venus, sic venter suffarcinatus, meroq; distentus facilè despumat & incitatè in libidinem erumpit, Hieronymo teste. Horrendum est interim meminisse, sacrum olim & maximi in Ecclesia semper habitum coelibatum, tam neglectum hodiè iacere, tamq; in his, in quibus potissimum florere debuit, impurè contaminatum esse: tot præterea nefandas flagitiosorum hominum libidines magis magisque grassari, & ne suum quidem Christiano coniugio honorem ac reuerentiam posse conseruari. Tam foedum, tam pestilens, tamq; contagiosum est edacitatis crimen, vt omnem honestatis & pudicitæ pulchritudinem vitiet, omnes Reip. ordines dedecoret, omnia humana demum humana diuinaque iura nobis peruertat atq; conculcet.

QVOD multis? hæc sunt tempora, hi mores, vt plures hodiè Iouiniani, pro pudor, imò & Epicuri, quàm Christi vel Ioannis germani discipuli passim volitent. Lurcones, bibones, helluones, ventres in aulis, oppidis, pagis tam multi cernuntur, vt eorum numerus iniri non possit, deplorari autem maximè debeat. Qui verò ieiunent, qui que ab cõcis & voluptate abstineant sese, quorum tamen priora secula magnam tulere copiã, tot sunt hodiè, quot vt ille inquit, Thebarum portæ, aut diuitis ostia Nyli. Indulgent passim genio, & bacchanalia viuunt. Quòd vtinã ego de Germanis tam verè negare possem, quàm scio illud ab exteris per probrum nostris obiici, crebroque iactari. Fatendum est (cur enim nos pudeat veritatis, si turpissimæ crapulæ non pudet?) vix vsquam alibi vt apud nostrates, in sanis voluptatibus operam dari, & nullum gulæ ventriq; modum imponi, præsertim postquam distrupta sunt legum vincula, quibus antea vulgus in officio Christianæ virtutis, publicæq; honestatis vtcunq; continebatur. Iacet ergo Patrum ille thesaurus, vt Basilus dixit, ieiunium, cuius in Prophetis & Apostolicis literis toties & tam seriò admonemur, quodq; tot præclaris Dei vocibus & promissionibus cohonestatur. Iacent cõsecrati solennibus ieiuniis dies, quos maiorum pietas non minore quidem religione celebrauit, quam prudentia instituit. Horum dierum nomen apud nos quidem remansit, res ipsa vsque ad eò exulauit, vt pauci admodum tota vita vix aliquando id faciant, quod erat olim Christianis omnibus, præsertim sacro Quadragesimæ tempore, perquam vsitatũ & familiare. Non enim ieiunia tantum, sed & precatioes, vigiliæ, & humi dormitiones, quarum rerum gratia Cyprianum prædicat Nazianzenus, Martinũ Seuerus, Basilium Amphiloichius, & Chrysofomum Metaphrastes, sæpè multumq; seruabantur, atq; omnes animarum salutes, vt Epiphanius loquitur, per sanctas afflictiones exquirebantur. At huiuscemodirerum ne vmbra quidè apud nos hodiè retine-

De causa vulgaris licentiæ ab intemperantia hoc seculo gentium.

Qua incommo- ditas quorundam quantur.

Tit. 2.

Eccles. 73.

Terent. in Eunuch. Lib. 2. aduers. Iouiniani.

co

co

Plures Epicuri, quàm Ioannis modò discipuli.

Ieiunium hodiè negligi atque contemni.

Serm. 2. de ieiunio.

Orat. in Cyprianum. In vitis eorundem. Hæres. 75. contra Aërianos.

retinetur: tam longè de via plerique omnes defleximus, & angustam illam, per quam pauci ingrediuntur, cum lata communique multorum perditorum via commutauimus, adeoq; non solum semitas illas antiquas, quas nobis per Prophetam commenda- dat Deus, deseruimus, verum etiam illustria optimorum maiorum vestigia, qui omni virtutis, temperantia & pietatis laude florebant, penitus ignoramus. Itaq; verendum est maximè, ne quod olim in Gallos dixit Seuerus, ad nos quoque pertineat. Edacitas in Græcis gula est, in Gallis natura, vt qui etiam vsq; ad vomitum fatientur. Apitij gulam, Gallonij sumptus, Antonij & Neronis ebrietatem veteres incessunt, nunquam lauda- turi profecto Germanos, si apud eos Siculas mensas & Syracusanas delicias, talesque Christianos, quales Boeotios, id est, planè voraces & luxuriosos, aspicerent. Quid autem de Boeotiis Athenienses? Cum eos à conuiujs crudos discedere, & vino distentos se- rursus ingurgitare cernerent, eosdem fatuos, rudes & pingues appellarunt. Alij fortasse gurgites magis quam homines dicerent, velut illi, non vt viuant, sed vt bibant, nati essent.

De Germanorū
crapula & e-
brietate.

Luxum hodie
grassantem au-
gent nouatores.

Nonne opiniones
reddunt popu-
lum dissolutio-
rem.

A contemptu
Ecclesie ad Ver-
bi Dei contem-
ptum sit pro-
gressio.

Quomodo Ger-
mana Dei apud
sectarios iaceat
malè obser-
uetur.

CÆTERVM quod ad Sectarios nostros attinet, dici profecto non potest, quanto-
perè illi, velut mali medici, hos intemperantium & voluptariorum morbos non dico
sanant, sed ad sanandum difficiliore, ac propè incurabiles reddiderint, multisq; mo-
dis auxerint. Effrenis quippè populus, cui nihil moderatum placet, & qui spontè carnis
gaudet voluptatibus, noua doctrina dulci esca pellectus, & Christiana libertatis, qua
adeo multis imponit, illecebris delinitus, & præterea solius fidei iustificantis blandi-
mentis irretitus, quid faceret aliud quæso, quam quod consecutum esse iam cernimus?
En quomodò qui se his nouis sectis addixere, in omnem vitæ licentiam se se intemper-
ter effundunt, ac in omne flagitiorum genus prorunt, & hac arbitraria viuendi ratione,
quam illis nouatores ostendunt ac persuadent, ad luxum omnem turpiter abutuntur.
Tantum profecit illa sectariorum blandiloquentia, siue, vt Paulus vocat, χηρσολογία &
ἐνλογία; qua illi dum loquuntur placentia, & insectantur abusus, Ecclesieq; labefactant
authoritatem, vulgi auribus mirificè inseruiunt, & effœminatos infirmorum animos à
vera & seueriore Ecclesie disciplina non difficulter abducunt, suaq; secta, in qua liberri-
mè viuunt, promptiores asseclas reddunt, præsertim cum in plarisque discipulis haud
minorem aurium, quam in magistris linguarum pruritus inesse vidcamus. Accedit al-
terum quoque malum, quod velut caligine quadam multorum mentes occupat, vt
etiam si cutem non valdè curent, tamen in ea nunc opinione versentur, honestam illam
seuerioremq; viuendi disciplinam aut nullam, aut non adeo magnum Christianis ho-
minibus emolumentum adferre: ab Ecclesia nullam hâc legem posse præscribi, qua
quisquam teneatur obstrictus: quicquid autem in hoc genere vel ex maiorum præscri-
pto quis faciat, aut sua sponte ipse suscipiat, id nullius apud Deum meriti esse, nec ho-
mini quicquam commodare. Iam verò postquam homines blandis istorum, velut Si-
renum, vocibus mirum in modum delectati, & velut è medio cursu abrepti, matris Ec-
clesie iugum excusserunt, & seruitutem nouam magistris placentiloquis & molligra-
dis (sic enim & Centuriatores appellant) seruire cœperunt, facile vilescunt apud eos
traditiones humanæ, quo nomine disciplinam externam, & ritus Ecclesie, quantum-
uis lege, consuetudine, antiquitate commendatos, audacissimè appellitant, simulque
admodum superbè contemnunt. Nec vident miseri, quale quantumque hoc sit com-
pendium, vt ab Ecclesie, maiorumq; contemtionem ad sacrarum legum & diuinorum
præceptorum neglectum, labefactionem & despicientiam sensim perueniatur. Nam
qui Ecclesiam de ciborum delectu, de statis ieiunijs piisqueritibus admonentem non
audiunt, eadem quoque temeritate & amentia Christum Ecclesie sponsum præci-
pientem si non reiiciunt profus, ac certè quidem surdis velut auribus prætereunt, ac
nihil sepe pendunt. An nõ grauissimè à Christo ipso dictum & præceptum est illud? Ar-
tendite vobis, ne fortè grauentur corda vestra in crapula & ebrietate: Quid autè hodie
minus, quam hoc diuinum expressumq; Dei mandatum à sectarijs vel exigitur, vel ob-
seruatur? Sic enim vitam instituunt suam Euangelici, si liberè dicendum est, magna vt
diligentia id cauere videantur, ne habeantur vel Ioannis discipuli, quos crebrò ieiunasse

Matth. 7.

Hiere. 6.

Lib. 3. de vi-
ta Martini.

Rom. 16.

Luc. 11.

Matth. 4.

nasse

Matth. 6.

nasse constat, vel Christi sectatores, qui & ipse ieiunans suos ieiunaturos esse prædi-
xit, ac præmia illis ieiunantibus æterna promisit. Adeo verò cum sanctis Patribus in
ieiunationibus, vigilijs & corporis afflictionibus isti nihil habent commune, vt eos et-
iam pudeat ac pigeat omnis abstinentiæ & disciplinæ rigidioris, quam velut hypocri-
sim studiosè deuitant, nec secus quam pestem fugiunt, eamq; vel ad Papistas, vel ad
monachos, vel ad nescio quos Phariseos, tanquam in exilium, solent relegare. Bac-
chanalia, Martinalia, Regalia, Cinalia, & quæ id genus ad curandam cutem & ven-
trem explendum pertinent, adeo cupidè arripiunt & mordicus retinent, vt nullus alijs
cedere, sed præcipuam comessandi & helluandi curam & assiduitatem sibi vendi-
care velle videantur. Sua enim quam iactant fide contenti quid sibi non permittunt;
quas effreni carni non laxant habenas; quem Dei timorem, quod rectè pieq; operan-
di studium, sibi suisque iam ampliùs necessarium esse arbitrantur? Vbi ne quid ego
in odium ac inuidiam aduersariorum videar comminisci, Schmidelini testimonium
adferam, quod ille summus videlicet Doctor, Cancellarius & Præpositus, de suorum
moribus in concione publicè proposuit, ac nequis ignorare posset typis etiam euul-
gavit. Sic autem Germanicè loquitur:

Quibus annis
temporibus car-
ni magis indul-
genti nouato-
res.

In der bleuten
Predig von de
tradischen Plas-
neien.

Der ander Hauff im Teutschland laßt wol dem Wort Gottes sein Platz vnd Raum
daß es gepredigt wird: aber da wirdt kein besserung gespüret/sonder ein wüst / Epicu-
risch/ Ditsch leben/mit fressen/sauffen/geitzen/stolzierem/lesterungẽ des Namen Got-
tes. Nie wil man gleich so wol/als die Däpftischen in ihz Abgötterey / vngestrafte seyn.
Ein ernstliche Christliche Zucht/die Gott in seinem Wort so ernstlich gebet/vnd von
seinen Christen haben wil/ muß ein new Bapstumb/ ein neue Möncherey seyn. Wir
haben/sprechen sie/ gelernet/daß wir allein durch den Glauben an Jesum Christum see-
lig werden/der mit seinem Tod all vnser Sünd bezale hat. Wir könden es nit mit vn-
serm Fasten/ Almüßen/Gebet/oder andern güten Wercken bezalen. Darumb so laß
vns mit diesen Wercken zufriede: wir könden wol durch Christum Seelig werden: wir
wöllen vns allein auff die Gnad Gottes vnd Verdienst Christi verlassen. Vnd darmit
all Welt sehen möge / daß sie nit Däpftisch seyen/ noch sich auff güte Werck verlassen
wöllen / so thün sie auch keins. An statt des Fasten / fressen vnd sauffen sie Tag vnd
Nacht. An statt der Almüßen /schinden sie die arme Leuth. An statt des Bettens / stü-
chen / lästern vnd schenden sie den Namen Gottes so sämmerlich / dergleichen lästerun-
gen Christus von den Türcken oberhebe ist. An statt der Demüt /regiert stolz /der prache/
der obermüt / der oberfluß in klaidungen / eineweder auff das schärpffest /oder vnstet-
gest zügerichtet. Das alles muß Euangelisch heißen. Vnd bereden sich diese arme Leuth
noch darzü / sie haben ein güten Glauben zu Gott in ihrem Herzen: sie haben ein gnez-
digen Gott /vnd seyen besser / dann die Abgöttischen vnd Apostelische Däpftler.

Quæ Schmidelini verba, vt etiam ab his intelligantur, qui Germanicè nesciunt,
conuertam ea in Latinum fideliter, & omnibus iudicanda proponam. Altera, in-
quit, pars & turba Germanorum suum quidem locum verbo Dei, vt pradicetur, tribuit: nulla
verò interim sentitur in illis morum emendatio, sed horrenda, Epicurea, & animalis seu ferina
eorum vita cernitur in comessationibus, compotationibus, cupiditatibus, pompis & diuini nomi-
nis prophanationibus, siue blasphemijs. Qua in parte volunt aequè, liberè & impunè peccare, sicut
Papistæ in sua idololatria. Mandat sermō DEVS in verbo suo, & à suis Christianis requirit seriam
& Christianam disciplinam. Hac ipsa verò apud istos nouus Papatus, nouusq; monachismus existi-
matur. Sic enim inquit: Didicimus modò per solam fidem in Christum saluari, qui sua morte pro
peccatis nostris omnibus satisfecit; nos verò satisfacere non possumus nostris ieiunijs, elemosynjs,
precationibus ac alijs operibus. Quamobrem sine & permittite, vt huiusmodi opera missa faciamus,
cum per Christum alioquin saluari possemus, & solum gratia DEI Christi, meritis nitamur. Atq;
vt totus mundus agnoscat, eos non esse Papistas, nec bonis operibus quicquam fidere, illorum etiam
operum nullum exercent penitus. Ieiunij loco, comessationibus & perpotationibus nocte dieq; va-
cant. Vbi pauperibus benignè facere oportebat, eos deglubunt & excoriant. Precationes vertunt in
iuramenta, blasphemias, & diuini nominis execrationes, idq; tam perdidit, vt Christus ne ab ipsis
quidem Turcis hodie tant operè blasphemetur. Demum pro humilitate regnat passim apud illos su-

Schmidelini te-
stimonium de
luxu & corru-
pela Euangeli-
corum.
Concio quarta
in Christi ser-
ba, Luc. 11.

Euangelici
quosdam sunt de-
seruores Carbo-
licæ religionis
Schmidelini.

E perbia

perbia, fastus, elatio, luxuria vestium, qua aut sumptuosissime, aut etiam sultissime sint elaborata. Atq; hoc uniuersum vitæ genus ab illis Euangelicum dicitur institutum. Interim sibi persuadent homines miserissimi, se rectam veramq; in DEVM fidem in animis suis retinere, & sibi propitium esse Deum: imò etiam se probiores impiis & pseudapostolicis Papis iudicant.

En tibi duplicem Schmidelini confessionem: alteram de Catholicis primo loco positam, sed hinc prætermittam, vt quam non agnoscimus, ac pro mera calumnia repudiamus: alteram de Lutheranis & Protestantibus proximè citatam, vt quam non grauatim admittimus, & ob Schmidelini in rebus Germanicis experientiam, grauissimamq; apud suos autoritatem, non possumus non confirmare. Quòd verò Catholicos pro impiis ac idololatriis censet, eò minus eget confutatione, quòd vulgaris illa & falsa piorum istorum scilicet, sit cantilena, Catholicorum auribus benè trita, quæ neque magis in huius temporis, quàm veteris Ecclesiæ Catholicos homines competat, & sanctissimos Patres æquè perstringat, quibuscum fidei doctrinam & religionem planè communem retinemus. Sed qui verus istorum mos est, ex veritate mendacium struitur, ex religione superstitione compingitur, quemadmodum dixit Tertullianus. Certè quod pro Catholicis aduersus Donatistas respondit iam olim Augustinus, id contra istos etiam nobis modò dicere fas est: Si vestra vera, & nostra falsa sunt, falli potuimus cum orbe terrarum de hominum iniquitate, nò de fidei veritate. Viderit interim Schmidelinus, ne quòd idololatriæ crimen in alios dari uare conatur, in eo ipse cum suis hæreat. Etenim criminis idololatriæ, quod in primis detestandum est, diuina scriptura etiam illos accusat, qui etsi vero Dei cultu gloriantur, vt Core, Dathan, Abiron; ac licet externam & crassam illam oderint idolomaniam, quemadmodum Saul, tamen sensu carnis inflati, legitimis magistratibus non auscultant, & his nolunt acquiescere, quibus in Ecclesia ius est Dei loco cæteris præcipiendi, Deiq; verbum interpretandi.

Cæterum vt ad Schmidelini testimonium redeam, quod is ipse de suis Euangelicis protulit, est hoc quidem tantò maioris faciendum, quòd ab aliis Germanicarum rerum peritis, iisdemq; variarum sectarum hominibus publicè confirmetur, ac res ipsa commonstret, Germanos, simul atque nouum & quintum hoc Euangelium amplecti cæperunt, vt à veteri illa pietate procul discessisse, sic in vita etiam voluptaria & Epicurea permultum profecisse, quando iam omnis vitæ turpitudine ac petulantia commentitio isto fidei & libertatis Christianæ titulo, quem sectarum magistris iactant, vel à leuissimis & flagitiosissimis hominibus passim tegitur & excusatur. Quo nomine infelicem afflictæ patriæ conditionem omnes boni cum acerbo animi sensu inuentur atque deplorant, cum istiusmodi homines sursum ac deorsum misceant omnia, qui cum purioris cuiusdam doctrinæ professores & vindices videri cupiant, sic tamen secundum carnem viuere, sic tractare scripturas, sic omni seruire luxu gestunt, vt à suis etiam collegis atque magistris acerbissime simulq; iustissime reprehendantur, atq; adeò ab ipsis magistratibus in qualicumque tandem officio contineri haud facillè possint. Nam qui proprius istorum Propheta & tertius Elias existit, quo duce & antesignano vel maximè gloriantur, is palam in suos inuehitur, eorumque mores queritur longè corruptiores esse factos, quàm antea sub regno, vt ipse vocat, Romani Pontificis fuissent: quin eos demùm Sodomitis peiores vel decies euasisse luculenter affirmat. Alibi faretur, suos non minus, quàm Papis insulsos esse. Adeò rem necessariam, inquit, putant libertatem à traditionibus Pape, vt nisi eas omnes statim violent atq; aboleant, timeant se peccare. Post Lutherum verò primas apud istos tulit Melanchthon, cuius isthæc clara & aperta est oratio: Loquitur, inquit, res ipsa, in his regionibus omne ferè studium conuiuiorum apparatus & ebrietati, atque immanibus illis poculis impendi. Quare manifestum est nunc à Deo variis modis puniri, vt incendiis, bellis & conuulsionibus, atq; confusionibus regiminum seu politiarum, plusquam beluam istam ventris ingluuiem, & belluandi perpotandiq; consuetudinem. Præterea quoties videtis, temulentos homines vltro ruere in suas clades, & sæpè cruento ferro inter se ipsos concurrere, imò & cadibus mutuis grassari? Quomodo potest laxior annona sperari in tantis profusionibus, belluationibus, pomparum

Schmidelini de Catholicis suis iudicant.

Idololatria crimen magis in seclis, quam Catholicos competit.

Fide dignum est Schmidelini de suis testimoniū.

Miseranda conditio Germanis propter peccata.

Lutheri & Melanchthonis testimonium de corruptis moribus Evangelicorum. In Dominicam x. Adventus.

Lib. de ieiunio.

Lib. 3. c. 11. Petri. c. 59.

1. Reg. 15. Numer. 16.

1. Reg. 28. Luca 10. 1. Corint. 5.

In cap. 6. ad Galat.

In cap. 6. Matih.

conuiuiorumq; apparatus? Addit deinceps, homines esse Homericò Gryllo similes, qui à Circe in porcum mutatus, recipere hominis figuram noluit. Adeò delectantur, ait, immunditia, sordibus & illuue, vt in morem suis lutulenti, quaslibet res, panem, carnes, cereuisiam, & id genus alia corrumpere & contaminare soleant. Ac rursum: Ea barbaries est in populo, vt pleriq; persuasum sit, se, si unum diem ieiunent, noctem continuo sequentem non posse viuere. Prætermitto id genus reliqua, quibus Melanchthon suæ sectæ homines alibi egregiè depingit atque ornat. Cum quibus perbellè consentit, quòd ab Erasmo dictū, & ab aliis repetitum est, adeò per hoc nouum Euangelium nò corrigi homines, vt passim deteriores fieri videantur, qui non peccare desinant, sed peccent impunitius.

Prætermitto illa quæ ad fœdas libidines vel exercendas, vel excusandas pertinent: vt quòd leuibus de causis coniugia, quorum firmissimum vinculum esse decebat, dirimunt: quòd quorundam Polygamiam publicè defendunt; quòd incestas nuptias in sacerdotibus, monachis ac nonnis probant & ornant, quia nomen ac sanctimoniam matrimonij sacrilegis complexibus palam largiuntur.

Quòd si alia vlla in parte, tùm in hac maximè isti morem gerunt Dei verbo, quòd Christus docuit de venturis sub mundi finem Pseudochristianis. Hos ait idem esse facturos, quòd in diebus Noë factum esse legimus, quodq; ab istis modò tam strenuè factitatur: Edebant & bibebant, vxores ducebant, & ducebantur ab ipsis, emebant & vendebant, plantabant & ædificabant, adeò mundi carnisq; studiis addicti, & diuini timoris planè oblit, vt omnis etiam honestioris disciplinæ, adeoq; salutis æternæ rationem nullam habere viderentur. Hinc diuina eos ultio & ira percussit, & qui obstinatis animis non timuerunt minitantem; Non permanebit spiritus meus in homine in æternum, quia caro est: tam atroces demùm intemperantiæ luxuriæq; suæ pœnas persoluerunt, vt voluptatis omnis sensum cum cataclysmi acerbissimo luctu commutârint, totiq; mûdo cladem funestissimam induxerint, cui octo tantùm homines super fuerunt. Primi parentes nostri, cum primùm à lege temperantiæ deflexerunt, an non sibi, adeoque toti posteritati exitium peperere? Quantas verò intemperantiæ suæ pœnas dederint Israëlitarum, quando manna pertæsi, & ollarum Ægypti memores, carnes in deserto flagitare cœperunt? Certè voracitas Esau honore natiuo priuauit, & Noë simul & Loth iustis ebrietas quandam turpitudinis notam inussit. Quis verò non dicam oratione, sed vel mente consequi possit, quàm graues & horrendæ dolorum acerbitates in futuro seculo eos consequantur, qui lauris nunc epulis tantoperè delectantur, & epotandis calicibus vacant, atque abundante cibo & potu mentem corpusq; obruunt, adeoq; templa illa Deo viuo consecrata, velut pingues Epicuri de grege porci, nefariè violant atq; profanant? Magno certè malo suo didicit diues epulo, quanti sit piaculi ventris esse mancipium, eumque tanquam Deum colere & omni profus luxu diffuere. A breuissimis quippe & splendidissimis epulis, à purpura & bysso, rebus fluxis & inanibus, ad flammam tartareas nunquã finem habituras deuolutus est. Atq; hinc vtinam verbum Domini, quod manet in æternum, isti cogitent, aliisque passim inculcarent: Vx, inquit, qui potentes estis ad bibendum vinum; & viri fortes ad miscendam ebrietatem. Si secundum carnem vixeritis, moriemini. Quantum glorificauit se & in delitiis fuit, tantum date illi tormentum & luctum. Qui seminat in carne, de carne & metet corruptionem. Sed omitto hæc pluribus persequi, nec addam exempla terrificam, quibus admonet nos Deus de iudicio suo, quod in homines luxuriosos & intemperantes, cum in hac, tùm in altera vita iam exercuit, & porro exercebit feruerrimè.

Hyperasp. 2. & in epist. contra Pseu. doeuangel.

Matih. 24. Genes 7.

Genes 6.

Genes 3. Num. 11.

Gen. 9. et 19.

Luc. 16.

Esaie 5. Rom. 8. Apoc. 18. Galat. 6.

Psal. 105.

Quam parte uatores obseruēt sedulo Verbum Dei.

Graviter puniuntur mundi luxu tempore Noë.

Intemperantiæ pœnas & in hac & in futura vita excigit Deus.

Verbum Dei luxum & intemperantiā notans hodie non audiat.

Luxus etiã Catholicos defraudat.

Christianorum propriæ respondere videantur. Adeo surdis & illi auribus transeunt Apostolicas illas voces; Non incomedationibus & ebrietatibus, non in cubilibus & impudiciis. Carnis curam ne feceritis in desideriis. Mortificate membra vestra, quæ sunt super terram. Qui Christi sunt, carnem suam crucifixerunt cum vitiis & concupiscentiis. Exhibeamus nosmetipsos sicut Dei ministros in multa patientia, in vigiliis, in ieiuniis, in castitate. Corpus quidem sancti Apostoli Mathiæ apud Treueros conseruant: at spiritum eius & doctrinam verè Apostolicam amisisse videntur. Vt enim Nicephorus narrat, præclare ille tradidit, expugnandam esse carnem, neque ei quicquam ad voluptatem indulgendum. Et digna quidem Magno Basilio vox est, oportere nos totum corpus castigare, & quasi cuiusdam bestię imperus coercere, ne alioquin totis laxatis habenis voluptati, mens negligatur, & hæc tanquam auriga quidam ab efferatis equis summa cum violentia agitatis, distracta feratur.

Vbi cum piis dolemus omnibus, hanc communem, & luctuosam Ecclesiæ conditionem esse, adeoque perpetuò fuisse, vt multos vocatos & paucos electos, pluresque carnales quàm spirituales filios ferre cogatur: vt verè de communi turba dicas: Multiplicasti gentem, non magnificasti lætitiã. An verò quod à nostris fit turpiter, aduersariorum licentiæ patrocinatur, & impuram illorum vitam excusat? Vtrinque molliter & intemperatè viuunt, si verum fatebimur, & sicut ille dixit: Ilicocintra muros peccatur & extra. Veruntamen si rem ex æquo iudicemus, meliore hîc loco Catholicorum, quàm aduersariorum causa est.

Primum enim etsi nostri in edomando corpore & coercendis cupiditatibus officium deserunt, turpiterque & luxuriosè aliquando viuunt, tamen Ecclesiam eiusque Præpositos non contemnunt, neque villo afficiunt dedecore, nec idcirco se ab eius vnitatem & autoritate desungunt. Deinde quantumuis à Ioannis abstinentis, & laudabilibus Patrum exemplis imitandis procul absint, & non modò contra veteris, sed præsentis etiam Ecclesiæ disciplinam viuendo reclamant, tamen de re ipsa non secus sentiunt ac sentiendum putant, quàm sentire iubet Ecclesia. Inò etiam suspiciunt & mirantur eos, qui pietatem & sanctimoniam colunt, quique secundum Ecclesiæ institutum, verè sobrij, casti & abstinentes esse conantur. At longè aliter fit à nouatoribus hodie, quibus non est satis indulgere libidini, quin etiam ab Ecclesia nefariè desciscunt, matrem ludibrio habent, eiusque sacrosancta instituta spernunt: tum præcipiendi autoritatem tollunt, publicèque insectantur: nec sibi leges vllas imponi patiuntur, sed pro suo arbitrato contra leges diuinas & humanas vitam degunt, & liberrimè carni laxant habenas: quin sæpè etiam, quòd genus hominum est omnium maximè sceleratum & perditum, in sua malitia gloriantur. Accedit, quòd præter suum ipsorum scelus & licentiam, aliorum honesta piæque studia malignè peruertunt, & charitatis omnis obliti, quæ illi ad corporis castigationem durioremque vitam pertinentia, more maiorum, vel etiam sua sponte faciunt, ea cum falsa religione, & animali superstitione, vel mera hypocrisis coniuncta esse interpretantur, sed & cunctis inuisa reddere & abolere contentunt.

Postremò non solum in Patres probatissimos, adeoque in totam Ecclesiam isti peruersissimè iudicando peccant, sed & nefariè protus verbum Dei corrumpunt atque adulterant, dum quæ illic de vera & spirituali libertate per Christum nobis parta scribuntur, ipsi ad falsam & carnalem quandam liberioris vitæ rationem, quam vulgus audissimè arripit, sceleratè detorquent. Vt de illis verè dixerit Petrus: Libertatem promittentes, cum ipsi sint serui corruptionis: ac præterea Iudas, quòd Christi domini gloriam in luxuriam transferant. Eam verò Christianorum libertatem diuina Scriptura prædicat, qua nos Christus à iugo peccati, & à seruitute veteris legis afferuit, simulque prohibet, ne libertatem demus, vt Paulus loquitur, in occasione carnis, hoc est, ne Christianam libertatem in carnalem conuertamus licentiam, vt eius prætextu hoc quodlibet, etiam contra legem, morem & disci-

Apostolus Mathia præcepit.

Gravissimè in- xxiij. distans. Seta nouatores quàm Catholici peccant.

Quot medijs hic scripturam de- prauent? Atque, & primis de libertate Chris- tiana.

Rom. 13. Coloss. 3. Galat. 5. 2. Corin. 5.

Lib. 3. histo. cap. 15. Orat. 2. de temperan- tia & inco- stentia.

Matth. 20. Esai. 9.

1. Pet. 2. Iud. 1. Ioan. 9. Rom. 6. Gal. 5.

disciplinam Ecclesiæ, & cum detrimento spiritus, vel offensione fraternæ charitatis licere nobis vnquam arbitremur. Hinc disertè scriptura serioque monet, cum Christiana vocatione & libertate illa coniungere officia, quæ sunt reliquis ferè omnibus anteponenda, vt nimirum iustitiæ serui, & obedientiæ filij, patientiæ custodes, ac demum pœnitentiæ & crucis studiosi ex animo esse conemur. Neque solum isti de Christiana libertate Scripturis abutuntur, sed & Pharisæicas deυρερωδες Dei verbo repugnantes, siue vt Marcus inquit, illud rescindentes, quas Christus & Paulus iustissimè damnant, cum Ecclesiasticis, imò & Apostolicis traditionibus, quæ verbo Dei clarissimè stabiuntur, sædè commiscunt, atque imperitè confundunt. Hallucinantur in eo etiam, quod aduersus ea quæ a Hieronymus, Augustinus, Leo Magnus & Theodoretus disertè admonent, inter Iudaicam, quæ abrogata est, & Christianam sedulo retinendam abstinentiam discrimen nullum ponant, quodque superstitiosam hæreticorum tum continentiam, tum abstinentiam, quam ad doctrinas dæmoniorum retulit Paulus, & explosit in Synodis Ecclesia, cum illa sincera continentiæ abstinentiæque virtute componant, quæ apud superiorum ætatum Catholicos homines magno in vsu ac pretio habita semper fuit. Ad hæc Pauli sententiam de ciborum delectu, quem ille in Colossensibus & Galatis iudaizantibus sapientissimè reprehendit, inscite deprauant: cum idem ieiunia Christiana vel Ecclesiastica nulla ex parte accuset, sed suo potius exemplo scriptoque confirmet: dum & ordinem in Ecclesia seruandum exigit, & obedientiam erga vtrunque magistratum commendat, nec solum in cibis vitari quodcunque scandalum iubet, verum ad communem quoque populi ædificationem referri docet omnia. Illud verò Pauli dictum: Castigo corpus meum, & in seruitutem redigo, etiam ad ieiunium & exercitia corporalia piorum pertinet, vt fatetur Melanchthon, ea quæ dicit necessaria, & in piis veros Dei cultus esse. Et hæc, inquit, exercitia qui abijciunt, in hoc ocio & luxu, in multa peccata ruunt, præterea contristant & arcent Spiritum sanctum: ideo multipliciter & grauiter peccant, & sibi ipsi exitium accersunt. Sed & Calfianus hoc Pauli dictum refert ad continentiam dolores & corporale ieiunium carnifque afflictionem: per quam se pugilem quendam aduersus carnem strenuum Paulus describit, nec in vanum aduersus eam ictus continentiæ exercuisse designat: sed triumphum pugnæ mortificatione sui corporis acquisisse, quo verberibus continentiam castigato, & ieiuniorum castibus eliso, victori spiritui immortalitatis coronam, & incorruptionis contulit palmam.]

Corrumpunt & illa Pauli verba, Corporalis exercitatio ad modicum utilis est: pietas autem ad omnia valet. Vbi non eleuatur ieiunij virtus & dignitas, vt isti improbè clamitant, sed indicatur, discrimen inter corporalem vulgarem athletæ & spiritualem Christiani hominis exercitationem constitui oportere. Quarum illa quidem ad bonam corporis habitudinem curandam spectat, corpusque vegetum ac robustum efficit: hæc verò corpus adeo non promouet atque nutrit, vt maceret etiam ac extenuet: neque sicut illa, breuem in hac vita ac exiguam præstat utilitatem, sed veris & æternis bonis totum hominem locupletat. Proinde ieiunium Paulo non est corporalis, sed sicut Chrysofomus & Theophylactus admonent, spiritualis exercitatio, & ad pietatem pertinet, præsertim si ab homine Christiano ritè, vt par est, & cum fructu ieiunetur. Etsi enim ieiunium per se virtus perfecta non sit, est tamen cæterarum virtutum fundamentum atque sanctificatio quædam, & gradus præbet ad summa scandentibus, vt Hieronymus docet. Nec temerè dixit Eusebius Emislenus: Ieiunia & vigiliæ & sanctæ afflictiones humilia corpora macerant, sed maculata corda purificant: membris subtrahunt fortitudinem, sed conscientias addunt nitorem.] Neque vnquam Ecclesia, vt à cibis magis quàm à vitiis abstinere homines, vel docuit, vel indulsit: sed quoties ieiunationes indicit, spirituale illud, quo à peccatis ieiunatur, quod ieiunium magnum & generale Augustinus appellat, cum corporali coniunctum iubet obseruari. Vt enim Ioël, sic etiam Ecclesia ieiunium vult bonis operibus, præfer-

* Rom. 6. 1. Pet. 1. & 2. Philip. 2. Luca 21. Matt. 5. et 6. Marc. 7. Matth. 15. Coloss. 2. * Act. 15. 15. 2. Thess. 2. 1. Corin. 11. a Lib. 2. aduers. Iovin. & in epist. ad Galat. cap. 4. b Lib. 30. contra Eusebium. c Serm. 4. de seruio sepulchri missi. d In epist. ad Galat. cap. 4. e Serm. 4. de seruio sepulchri missi. f In epist. ad Galat. cap. 4. g Serm. 4. de seruio sepulchri missi. h In epist. ad Galat. cap. 4. i Serm. 4. de seruio sepulchri missi. k In epist. ad Galat. cap. 4. l Serm. 4. de seruio sepulchri missi. m In epist. ad Galat. cap. 4. n Serm. 4. de seruio sepulchri missi. o In epist. ad Galat. cap. 4. p Serm. 4. de seruio sepulchri missi. q In epist. ad Galat. cap. 4. r Serm. 4. de seruio sepulchri missi. s In epist. ad Galat. cap. 4. t Serm. 4. de seruio sepulchri missi. u In epist. ad Galat. cap. 4. v Serm. 4. de seruio sepulchri missi. w In epist. ad Galat. cap. 4. x Serm. 4. de seruio sepulchri missi. y In epist. ad Galat. cap. 4. z Serm. 4. de seruio sepulchri missi.

De loco Pauli. 1. Tim. 4.

Hom. 12. in 1 epist. ad Timoth.

Hom. 10. ad monachos.

Tract. 17. in Iannem. Ioel.

In disputat. de exercitijs corpor. piorum.

Corporalis exercitatio ad modicum utilis.

Ad Demetriadem de virginibus seruanda.

Ecclesia non requirit ieiunium à cibis tantum.

tim autem oratione ac elemosyna, sanctificari, & sanctificatum curationi proficit peccatorum, a Hieronymo teste. De qua ieiunij sanctificatione b Gregorius, c Maximus & d Bernardus minimè tacuerunt. Eleganter verò dixit e Ambrosius: Abstinentiam indicamus corpori, vt à vitis magis animam abstinere possimus. Frenum enim quoddam est luxuriantis animæ corpus exhaustum.]

An Christus delectum ciborum sciet.

Præterea quod nobis obiectant, Christum suis dedisse potestatem quæuis sine vllò delectu comedendi, quis hoc quæso negat? quis etiam omninò non probat, imò verò illis temporibus maximè necessarium fuisse non iudicat, vt Apostoli præferri orbem totum peregrantes, cibis quibuslibet vescerentur? Peruersè autem inde colligunt, Apostolis vel Ecclesiæ rectoribus nullam manere potestatem, vt aut de cibo suffocati animalis vitando, aut de Quadragesimæ ieiunio instituendo, ac similibus externis de rebus ad salutarem Ecclesiæ gubernationem, honestamque populi disciplinam & concordiam spectantibus aut legem præscribant, aut quicquam exigant. Nec obscura sunt exempla multorum, qui dignitate quadam tum in Synagoga, tum in Ecclesia illustres, vt Samuel, Ioël, Iosaphat, vterque a Ioannes, Apostoli, ieiunia quædam indixerunt, & ab omnibus obseruanda b constituerunt. Fatetur ergo c Melancthon, Iosaphat & regem Niniues rectè ieiunium imperasse, quodque mandata illa populus debuerit obseruare, ac præterea pastoribus Ecclesiarum deberi obedientiam, cum tale aliquid constituunt, quod Euangelio non aduersatur. Certè d Augustinus pro aliorum Episcoporum more, qui est peruetustus, ad suos ita loquitur: Publicè ieiunium indicimus, & vidente toto populo pariter cum ipso ieiunamus.] Vnde Catholici hanc confessionem, qua & Origenes est vsus, eripi sibi nunquam patientur: Etsi Christiano libertas est per omne tempus non obseruantia superstitio, sed virtute continentia ieiunandi, tamen dies ieiuniis consecratos habemus, quibus solenniter ieiunamus. Tum Petrus Damianus velut aduersarios nostros peteret, ac Ecclesiæ patrocinaretur, in hæc verba scripsit: Ista dicentes nec cum illis nos sentire quis iudicet, qui prohibent à cibis, quos Deus creauit, nec Apostolicæ contra ire sententia, qua nos mandare præcipit quæcunq; apponuntur. Aliud est enim quod creaturas Dei bonas indifferenter asserimus, aliud quod pudicitia sobrietatiq; seruanda castigatione corporum provide-

Penes Ecclesia Rectores potestas est constitutiendi de certis ieiuniis.

Bugenhagius falsò dicit ieiunia præterea non præterea esse.

Ridiculum verò est, quod nobis obiicit Bugenhagius Apollonium, scriptorem non minùs sanè disertum quàm vetustum, Eusebio teste narrare, Montanum insignem hæreticum esse, qui primus imposuerit ieiuniorum leges. Vnde porro ratiocinatur, nos qui nomen Catholicum profitemur, Montanistas videri, nostraque & Ecclesiæ ieiunia ex doctrinis hæreticorum, imò & dæmoniorum profluxisse. Vbi primùm Eusebij verba peruertit, qui de Montano scribentem Apollonium ita citat, nihil profus meminerit, quis primus tulerit aut induxerit leges ieiuniorum. Habet enim in hunc modum: οὗτος ἐστὶν ὁ διαβόλος λόγιος γάμου, ὁ νηστίας νομοθετήσας. quod rectè vertit Musculus. Hic est qui coniugia dissoluere docuit, qui ieiuniorum leges præscripsit. Sit autem ita, vt Apollonius refert, aliiq; plures comprobant, ieiuniorum leges à Montano præscriptas & impositas esse. An fortè nescit, aut negare audet Bugenhagius, solennia Ecclesiæ ieiunia longè ante Montani seculum, vt ante probauimus, & instituta, & obseruata fuisse? De Montano autem suis ieiunia præscribente, sic habendum est, sicut Theodoretus luculenter ostendit: quòd noua ieiunia præter Ecclesiæ consuetudinem introduxerit, siue, vt Nicephori verbis vtat, quòd nouorum ieiuniorum præter Ecclesiæ consuetudinem autor fuerit. Igitur contra Montani sectatores Hieronymus & suo & nostro, id est, Catholicorum omnium nomine, hoc pronunciauit: Nos vnã quadragesimam secundùm traditionem Apostolorum toto anno, tempore nobis congruo ieiunamus. Illi tres in anno faciunt quadragesimas, quasi tres passi sint saluatores. Non quòd & per totum annum, excepta Pentecoste, ieiunare non liceat: sed quòd aliud sit necessitate, aliud voluntate munus offerre.]

Tres quadragesime Mōta-nistarum.

a In 2. Ios. c. 17. b Homil. 15. in Euangel. c Hom. 1. c. 2. de ieiunio quadri. d Serm. 4. de quadrages. e Serm. 33. Luc. 10. Act. 15. et 21.

2. Reg. 7. Ios. 2. 2. Paral. 20. a. Matth. 9. Hierony. in proemio cōment. super Matth. b Canon. 63. c In disputatione de traditio-nibus humanis. d De temp. ferm. 60. Hieron. 10. in Leuit. 1. Timot. 4. 1. Cor. 10.

In enarrat. Iosua. Pro. phet. 6. Lib. 5. Eccles. histor. cap. 18.

Hor. fabul. lib. 3. de Montanistis. Lib. 4. Eccl. hist. cap. 22. Epistola ad Narcellum.

Flor. 48. cōtra Montanistas.

Con-

Confutat eundem quoque Montanum Epiphanius, simulque declarat, doctrinam dæmoniorum, de qua scripsit Paulus Timotheo, ad Montanum eiusque similes pertinere, nihil autem cum Ecclesiæ Catholicæ vel doctrina, vel vsu habere commune. Sed & Chrysostramus, Ambrosius, Augustinus, Theophylactus & Oecumenius ostendunt, Paulinum locum, quo de agitur, ad damnandos Ecclesiæ hostes, vt Martionistas, Encratitas & Manichæos, quorum superstitiosa fuit abstinentia, potissimùm pertinere. Verùm alterius est loci, id genus argumenta, quæ caro pulchrè suggerit, & verus Adam cupide sequitur, excutere pressius atque confutare.

1. Timot. 4. Aug. contra Faust. Manich. lib. 30. cap. 4. c. 6. Ceteri in c. 4. prioris ad Timoth.

Postremò non leue quidem peccatum est, quod piis eam laudem, & virtutis gloriam, & mercedis amplitudinem detrahant, quàm verbum Dei proponit, & Patrum chorus summo consensu tribuit Christianè ieiunantibus; hoc est, qui cum a Dauide, b Daniele, c Ioanne, d Iudith, e Anna, f Niniuitis, ex vera in Deum fide, & ad sibi conciliandam Dei gratiam, vel ob præstandam maioribus obedientiam, & ad fructus pœnitentiæ faciendos à cibo abstinent, austeriusque viuunt, castigantque corpus, & interiorem siue humilitatem, siue pietatem victus parcitate carnisque maceratione testantur. An non ieiunium a Basilio dicitur mater sanitatis, angelorum imago, iustorum contubernalis? b Athanasius angelorum cibum; c Chrysostramus matrem omnium bonorum & magistram virtutum appellat; per quod d Isidoro teste, prosternuntur vitia, humiliatur caro, diaboli tentamenta vincuntur, & in quo demùm amplissimè commendando præ cæteris quidem e Cyprianus, f Athanasius, g Basilius, h Hieronymus & i Leo accuratè versantur. Qui sunt autem hi præceptores noui, (libet enim verbis vti Ambrosianis) qui meritum excludunt ieiunij? Nonne gentilium illa vox est, Manducemus & bibamus? Insipientem Paulum, qui gloriatur ieiuniis, si ieiunia nihil profunt. Sed quomodo non profunt, quibus vitia purgantur?] Theophilus Alexandrinus id apertè fatetur: Hi qui ieiunia, id est, angelicam conuersationem in terris imitantur, per continentiam breui & paruo labore magna sibi & æterna conciliant præmia.]

a Psalm. 34. vs. 108. b Daniel. 9. c Luc. 7. d Iudith. 4. e Luc. 2. f Iona 3. a Hom. 1. c. 2. de ieiun. b Li. de Simginitate. c Hom. 1. in Genesim. d Li. 1. de Eccles. offe. cap. 42. e De ieiunio & tentationibus Christi. f Li. de Simginitate. g In concionib. de iesu. h Li. 2. cont. Iouinianum. i Serm. de ieiunio 7. c. 10. mensis, & quadri. 5. Epist. 82. Lib. 3. Palchatis. Ephes. 4. 1. Pet. 5. Genes. 3. Matth. 4. Matth. 17. Collet. 21. cap. 35.

Ieiunij Simginitate & fructum ne eligunt nonat res.

Satanas ieiunij hostis ac dissuaser.

Abstinentia hominis spirituale necessaria.

De ieiunio & tentationibus Christi.

Næ isti parùm animaduertunt, quanti nostra omnium referat, Apostolorum Pauli & Petri vocibus auscultare, quando prudentissimè monent, ne Sathanæ locum relinquamus: quin potius sobrietatis, vigilantia & fidei armis instructi fortiter illi resistamus. Is verò coniuratus hostis in perniciem mortalium, inde abortibe condito vix quicquam accuratius elaborauit, quàm vt à sancto ieiunio ad insanum ventris studium, & à laudabili sobrietate ad execrandum luxum & malorum escas voluptates non modò commune vulgus, sed innocentes etiam ac perfectos homines, quemadmodum Adæ, Eux, Christi que nobis exempla monstrant, reuocet atque deducat. Cur verò ieiunationem omnem credentibus non dissuaderet, qui suas robustissimas vires ab orantibus & ieiunantibus frangi profus & dissipari certò intelligit, quique cæteras hominis virtutes, si temperantia & abstinentia tanquam necessario auriga & custode fortasse destituantur, velut imbecilles & caducas, facillè negligit atque contemnit? Vt enim veteres omnes cum Cassiano sentiunt, prima nobis calcanda est gula concupiscentia & partim crebra cordis compunctione, partim ieiuniis, vigiliis sacrisque studiis extenuanda.] Impossibile est alioquin, saturum ventrem, vt idem affirmat, pugnas interioris hominis experiri. Nunquam poterit ardentis concupiscentia stimulos inhibere, quisquis desideria, gula refrenare nequiverit. Hęc nobis prima cōtentio, hęc nostra prima probatio, gula ventrisq; concupiscentiam perfectionis desiderio extinguere.] Rectè igitur a Athanasius monet, vt eos qui frequenter ieiunare dissuadent, velut subornatos diaboli nuncios fugiamus. Quotquot enim sancti vnquã fuere, hos omnes per ieiunium & vitam Deo dignam institutos fuisse post b Cyprianum c Basilius docet. Cæterùm vt hunc locum semel absoluaui, id breuiter dixerim, qui ieiunandi legem delectumq;

a Li. de Simginitate.

c Homil. 1. de ieiunio.

Abſtinentia & continentia Chriſtiana aduerſarij quam grauiſſe peccent.

Concluſio de ſuſceptore digreſſione.

Non ſectarij dogmata Ioannē ſectō perſtringunt.

Mos nouatorum eſt. p̄iorum ſitā & exempla deſpicere, & præpoſtere homines ſuocere ſpirituales.

Cur Ioanni palam non obſtrepant nouatores.

Primus Ioannē infectator. Vide orat. Perionij in Petrum Aretinum.

ciborum ac omnem vitæ auſeritatem vel abrogant, vel impugnant; ab illis iſdem verbum Dei non intelligi, ſed ad alendam vulgi licentiam nefariè detorqueri: neque ſolū Eccleſiam non audiri, verū etiam contra Chriſti domini mandatum contemni: eos præterea non obtemperare maioribus, quod Apoſtoli tam ſeriò præceperunt, ſed in eodem quodammodo inſultare: nec retinere traditiones à Paulo commendatas, & Eccleſiæ neceſſarias, vt^a Baſilius ac^b Epiphanius docent, ſed eas, quantum quidem in ipsis eſt, antiquare: ac denique terminos à patribus præſtitutos prohibente^c Salomone transgredi, imò ne terminos quidem eſſe, vilo modo ſuſtinere.

Mihi verò Lector ignoſcet, ſpero, quòd hanc ſiue digreſſionem, ſiue appendicem opinione longiorem, & tamen ab inſtituto non proſus alienam fecerim. Huc enim nos deduxit ſtudio & amor, quo tenemur tum ad noſtri Ioannis, tum ad veteris Eccleſiæ cauſam aduerſus iſtorum impudentes calumnias improbaſque molitiones defendendam atque vindicandam. Eſt ita certè, quemadmodum ex Hieronymo diximus: A diebus Ioannis Baptiſtæ ieiunatoris & virginis regnum cœlorum vim patitur: & violenti diripiunt illud. Quomodo autem Ioannis honor non offenderetur, & ipſe in ſuperſtitioſis & hypocritis non eſſet, ſi vera ſunt iſtorū dogmata & probra, quæ à piis præ pudore vix audiri quidem poſſunt: & tamen ab iſtis in Catholicos tam intemperanter ac identidem effunduntur? Cum ſuo magiſtro^a Luthero ſentiunt cœlibatum, virginitatem & aureolas, nugas eſſe, & mera Sathanæ mendacia. ^b Summam artem & ſapientiam Chriſtianorum nominant neſcire legem, ignorare opera & totam iuſtitiam actiuam, vt idem ſectæ architectus appellat. Ad doctrinas dæmoniorum referunt cum^c Urbano Rhegio, parentes deferere, & coniugio ſibi idcirco interdicerere, quòd illo Dei cultus impediatur: delectum ciborum adhibere, cultus in victu & veſtitu peculiareſ admittere, & crucem amplecti lectitiam. Vocant cum^d Brentio ſuperuacaneos vanosque cultus ac telas araneorum, quæcunque iuxta ſuam ipſorum prudentiam, & bonam intentionem ab hominibus inſtituuntur. Monasticam vitam in ſolitudine adeò cum^e Melanchthone non probant, vt & vitam Antonij magni eremitæ dicant non antecellere, neque laboribus, officiis, & exercitiis vitæ politicæ & œconomicæ anteferendam eſſe. Erafmo non grauatim annuunt, qui ſiue ſimulatè, ſiue ex animo ſcripſit, parricidam videri ſui generis, qui turpi cœlibatu illud patitur interire, cum hoc honeſto coniugio poſſit propagare. Demùm appellant paſſim Phariſæum, iuſtitiarium, hypocritam, ſi quis fortè ſtrictioris vitæ ſeueritatem amplexus, propoſito conſtanter inſiſtit, & aliqua ſaltè ex parte Ioannē ſtudet imitari. Et ne multis, tam clementer & modè de diſciplina & inſtitutis piorum diſſerunt, vt innocentes olim Martyres vix maiore quidem contumelia ab impiis crucis Chriſti hoſtibus affecti, ac petulantius religionis cauſa vexari eſſe videantur. Interim verò perinde ac ſi homines ipſi ſint valde ſpirituales, ſic alios docent in ſpiritu viuere, & in ſpiritu Deum adorare iubent, vt omne corporis obſequium & Deo & Eccleſiæ propemodum auferant: ſibi autem & ſuis oratione ſpiritus, & prætextu libertatis egregiè blandiantur, quantumuis luxuri vacent, carnemque laſciuientem nec ieiuniis, nec vllis præterea piis exercitiis coërceant atque doment. Neque ſunt tamen adeò impudentes, vt Ioannem in his eius moribus, quos tacitè damnant magis quam probant, manifeſtè perſtringant, eo metu videlicet impediti, ne ſibi apud omnes inuidiam atque odium conſent magis quam illi detrimentum vllum adferant, ſi in probatiſſimum virum, qui maior eſt omni exceptione, dentes Theoninos inſigant. Verùm vt ſibi à Ioanne carpendo aſtutè temperant, quem Petrus Aretinus, ſcriptor valdè blaſphemus, primùm vt opinor, & inſeliciffimè quidem auſus eſt publicè infectari, ſic in alios Ioannis vel diſcipulos vel imitatores nihil non ſibi permittunt, eosque conuitiis petulantiffimè infectantur. Cur verò ad Ioannem quoque non pertineat, quod Centuriatores de aliis in eremo piè verſantibus dicere veriti non ſunt, eos immodicis ieiuniis & vigiliis ſeſe affligere, vt propriorum etiam corporum homicidæ & parricidæ facti eſſe videan-

Matth. 18. Rom. 13. 1. Pet. 2. Ab. 16. 2. Theſſ. 2. a. Li. de Spiritu ſancto cap. 27. b. Hæreſi 61. cōtra Apoſtolicos. c. Prouer. 22

Lib. 2. ad uerſus Iouinianum. Matth. 11.

a. Li. de ſectis monaſticis. b. In argumēto epiſt. ad Galat. c. Lib. in ſectariam monaſticam.

d. In 15. cap. Matth.

e. In Euang. Matth. c. 15. f. In declam. de luitate matrimonij.

Cent. 5. pag. 716.

videantur? Sed erit proprius his reſpondendi locus poſtea, vt immanem iſtorum in iudicando audaciam, & cæcam in damnando ſtultitiam coarguamus. Quam pulchrè in hos conuenit, quod ſcripſit Ambroſius: Quæ iſtos Epicuræos ſchola miſit? Diabolico ſtudio inuidet aliorum operibus bonis, quorum ipſi fructu exciderunt.]

Procul igitur, procul abſunt à more Patrum frequentiffimo, qui homines molles, luxurię deditos oratione grauiſſima feriebant, omneſque ad ardentioris pietatis & corporalis afflictionis ſtudio ſeriò admodum inhortabantur, & ſæpè illis ieiunia commendabant. Vnam & perpetuam cantilenam iſti ſuccinunt de bonitate Dei, de Chriſti meritis, de promiſſionibus gratiæ, & fidei iuſtitia, de Euangelica libertate, de pace & ſecuritate conſcientiæ. Quibus de rebus & magiſtri plenius buccis ſuauiſſimèque dictitant, & populus audit cupidiffimè: tantùm vt carnalis falſæque tum libertatis, tum ſecuritatis poſſeſſione tranquilliffimè diutiſſimèque perfruatur. Rurſus verò vel nunquam, vel oppidè quam ieiunè ac frigidè iſti docent, quòd Apoſtolos docuiſſe conſtat, de veteris videlicet^{*} Adæ mortificatione, de opprimendis vitiatæ naturæ affectibus, de carne in ſeruitutem ſpiritus redigenda, de caſtigando & ſubiiciendo corpore, de præſtandis poenitentia fructibus, de quæ neceſſario illorum operum exercitio, quæ ad^{*} ſpiritualem & aſſiduam circumciſionem renatorem pertinet, quæque omnem animi & corporis ſanctam diſciplinam continentiamque in verè piis commendant & ornant, ac nobis vno ieiunij nomine in Scriptura perſæpè commendantur. Quarè hanc demùm gloriam comparant ſibi, quam ego tamen ſummam eſſe ignominiam duco, vt Simonis Magi, primi & peſſimi hæreſiarchæ, doctrinam conſirment, ſcholamque vel inſtaurent, vel augeant. Iubeat enim ille diſcipulos, quos iam ſibi conciliatos habebat, bono eſſe animo, nec legis minas pertimeſcere, ſed tanquam liberos, ea quæ vellent facitare. Non enim per bonas actiones, ſed per gratiam eos ſalutem conſecuturos eſſe pollicebatur. Quocirca qui eius doctrinam ſequebantur, ſe audacter omni libidini & intemperantiæ dedebant.] vt ſcribit Theodoretus. Verùm quoniam locus hic latiffimè patet, noſque de vſu & fructu Euangelicæ hitoriæ, quam hucusque tractauimus, ſatis dixiſſe videmur, preſſus ad Ioannem ſermo reſpectendus eſt.

Li. 10. epiſt. 12. ad Verellenſem Eccleſiam.

* Rō. 6. c. 8. Coloff. 3. Ephēſ. 4. 1. Corint. 9. Matth. 3. * Rom. 2. Philip. 3. Coloff. 2.

Theodoret. hæretic. fabul. lib. 1.

cc
cc
cc

P. tres gratia eſt ſeuerior, 22014-1000 eſt carniſuamegenus doctrinæ ſequuntur.

Habet Simōdæ gus ſuos hede deſcipulos.

cc
cc
cc

CAPVT SEXTVM.

Omnes Propheta & lex uſque ad Ioannem prophetarunt. Matthæi 11. Ioannes prohibebat eum dicens: Ego à te debeo baptizari, & tu venis ad me? Matth. 3. Et ego neſciebam eum. Ioan. 1.

MAGDEBURGENSES.



Chriſtus pronunciat Matth. 11. omnes Prophetas & legem uſque ad Ioannem prophetariſſe. Terminabat igitur Teſtamentum vetus, & ordiebatur nouum, doctrina, ceremoniis & ipſa ſeparatione: propter hoc officium, inſuper encomio ab ipſo Chriſto ornatur. Libro primo cap. 10. pagina 363. Et cap. 4. pagin. 195. Ioannes Baptiſta de factō & de iure abrogat ceremonias Moſaycas. Nam reiectis & neglectis illis, ipſe nouam, nempe baptiſmi ad Iordanem orditur: veſtitur locuſtis: contra legem, & à ſacrificiis deducit homines ad exhibitum Meſſiam. Et rurſus cap. 10. pag. 356. Ioannes Baptiſta præcurſor fuit Meſſiæ, deſtructō religionis Moſaycæ, quo ad eam partem, qua ritibus & umbris rerum futurarum conſtabat, & inchoator noui Teſtamenti. Sed & capite 3. pagina 15. Poſtquam Ioannes functionem ſuam ex mandato diuino aggreditur, immutat totius religionis Moſaycæ formam, taxat corruptelas & impios cultus, pronunciat abolitionem ſtatus Moſayci.

C E N S V R A.

Vfus dicti, Lex & Propheta & que ad Ioannem



NON EST OBSCVRVM, ET CHRISTIANIS QVIDEM ANIMIS haud mediocrem adfert voluptatem hoc Christi verbum, Lex & Propheta vsque ad Ioannem prophetarunt. Ostendit enim statum legis Mosayce caducum, infirmum & abolendum esse, vt qui se non longius, quam ad Ioannis vsque tempora porrigat. Et quoniam ibidem addit Dominus. A diebus Ioannis vsque nunc regnum caelorum vim patitur, & violenti rapiunt illud; annexa est his quoque Ioannis commendatio. Is quippe non solum Propheta fuit, qui solet ventura praedicere, sed plus quam Propheta; quia quem vates legis venturum esse dixerant, hic venisse monstrabat, dicens: Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi: quemadmodum notat Hieronymus. Nouus igitur & primus Euangelij praedicator Ioannes orbi prodiit, qui vt Bernardus inquit, ostenderet medicamentum vulneri, peccato poenitentiam, iniquitati veniam: ex illo verbum poenitentiae dulce & gloriosum, verbum regni caelorum laetum & adorandum auditur. Quod caelauerat Deus, tacuerat angelus, latuerat Patriarchas, Prophetae nescierunt, huic concreditum est, & per eum omnibus commendatum, Poenitentiam agite: appropinquabit enim regnum caelorum. JA quo felici Ioannis tempore, veluti claro iam post obscuram noctem die, non modo regnum caelorum, vt antea nunquam, suos habet illustres praecones fidosque ministros, verum etiam homines audito Euangelio, passim velut impetu facto, in hoc ipsum regnum irrumpunt. Etenim ex Euangelij praedicatione multi tum ex Iudaeis, tum e gentibus veram iustitiam ardentibus animorum studiis complectuntur, vim sibi sanctam inferunt, veterem hominem exuunt, terrena contemnunt, amant caelestia, & praesalute aeterna res mundi quaslibet pro nihilo ducunt. Interim vero lex cum suis typis, prophetis, & Sacramentis ad Ioannem vsque cursum tenet suum, munusque necessarium praestat, nimirum in veri Messiae aduentu tum praedicendo, tum praeludendo. Accessit autem Ioannes vt postremus, sic & illustrissimus Prophetarum, homo verum missus a Deo, qui sublata voce, & intento velut digito, palam indicat, omnibusque commendat praesentis Messiae personam, & ad illum amplectendum nos praecclare veluti manu ducit. Quod si lex & Prophetae ad Ioannem vsque durant, & Ioannes promissum exhibitumque Messiam patefacit, magnoque cum successu viam Domino parat, non est sane, quod ad bene beateque viuendum quisquam vel expectet, vel desideret amplius, cum coram adsit sponsus, qui veterem perficiat, & in locum illius Euangelium verae & aeternae salutis scientiam introducat, & noua faciat omnia, de cuius plenitudine, velut perenni bonorum omnium fonte, nos omnes; quaecumque ad bene beateque viuendum spectant, vt hauriamus necesse est.

Quomodo Centuriatores hoc Christi dicto abutuntur.

Accedunt autem Centuriatores, qui vt noui aliquid adferant (nouis enim inuentis admodum delectantur) hoc ipso fundamento, Lex & Prophetae vsque ad Ioannem prophetauerunt, mirabiliter abutuntur. Sic etenim ratiocinantur: Lex & Prophetae vsque ad Ioannem prophetauerunt: igitur Ioannes terminauit vetus, & orsus est nouum testamentum. Non id vult sane Christus inferre, sed indicat solum Propheticae doctrinae usum, qui cum veteri lege coniungebatur, Ioannis tempore desituro esse, cum iam sol ipse fulgeret Christus, qui legis tenebras & umbras aduentus sui claritate dispelleret atque terminaret. Quare nihil hic de Ioanne statuitur, quod sit vel terminus veteris legis ad eam abrogandam, vel principium noui testamenti ad hoc ipsum instituendum, quemadmodum nouatores isti hanc suam sententiam postea declarant, & nos loco suo admonebimus. Aequum inepum & infuetum est etiam illud argumentandi genus: Ioannes nouam docendi rationem est sequutus, cum separatim in regionibus propere Iordanem sitis docuit; & nouam baptismi seruauit caeremoniam: Igitur de facto & iure abrogat caeremonias Mosay-

Matth. 11.

Ioan. 1. ad Algasia quae. 1.

Marc. 1.

Ioan. 1.

Luca 1. Ioan. 3. Matth. 5. a Luca 1. b Apoc. 21. c Ioan. 1.

Mosaycas, & mutat totum statum religionis: nec solum est destructor veteris, sed & inchoator noui Testamenti. Ex eodem fonte commentum aliud putidum adferunt, Ioannem, quia totius religionis Mosaycae formam immutauit, a principibus Synagoga habitum & damnatum fuisse; tanquam haereticum, & totius patriae atque auitae religionis a Deo praescriptae atque confirmatae turbatorem. Haec aliaque id genus ab istis repetuntur & exaggerantur saepe: sed quae neque cum Ioannis ministerio consentiunt, neque solidis certisque fundamentis nituntur, & sacro Euangelio nimis licenter & falso affinguntur.

Vnde pari ratione contemnimus & repudiamus, quod audacter quidem, sed nimium insulse scribit Georgius Maior: Baptista ministerium, inquit, his magnis rebus destinatum fuit, primum abrogationi legis Mosaycae, secundo inchoationi noui testamenti & regni Messiae, tertio manifesta receptioni gentium ad societatem Ecclesiae, quarto repurgationi vniuersae doctrinae. Eodem modo Chytraeum ineptire, haec eius verba comprobant: Ioannes, inchoauit ministerium noui Testamenti, instaurauit veram de Deo naturam, instituit Baptismum, aboleuit circumcisionem, & legem Mosaycam &c. Tum alibi: Ioannes abrogat legem & cultus Leuiticos, inchoat vniuersalem vocationem gentium. Quis vero non videt, plura & maiora hic Ioannis ministerio tribui, quam ex verbo Dei, vel Patribus demonstrari possit? Non agnosceret profecto, sed respueret has commentitias falsasque laudes, si coram ipse qui laudatur, Ioannes adesset, easque omnes ad Christum vltro libenterque transfunderet. Satis ipse docet de suo ministerio, qui venit praeco & praecursor Domini, & velut aurora ante solem orientem atque lucentem consurgens, sed minime sibi sumens, aut vt Maior loquitur, destinatum habens ministerium ad legem abrogandam, ad regnum Messiae inchoandum, ad gentes Iudaeorum Synagoga confociandas, multoque minus ad totum sanctae doctrinae corpus repurgandum, & ad Baptismum instituendum: vti istis libet fingere. Eiusdem est farinae quod affirmat Maior Ioannem a Mosayca politia discessisse, legesque caeremoniales deseruisse & abrogasse. Sed quousque tandem isti Ioannem velut alterum legislatorem & Synagoga principem nobis extollent? An beneficium Christi non obscurant insigniter, qui alium quaerunt & statuunt, veteris legis abrogatorem, & noui testamenti, regniue Messiae inchoatorem, ex gentibus Ecclesiae collectorem, Baptismi Christiani institutorem, omnisque salutaris doctrinae vindicem & repurgatorem, quam CHRISTVM IESVM Dominum nostrum? De hoc sciunt Catholici omnes vnice dictum, ac caelitus mandatum esse, Hunc audite, quem & Paulus finem esse legis disertè pronuntiat, & de quo vox illa sonat dulcissima, Lex per Moysem data est: gratia & veritas per IESVM CHRISTVM facta est. Nec dubitamus interim, haec & alia id genus testimonia nota & persuasa esse Centuriatoribus, qui palam ipsi fatentur, leges Mosaycas omnes impletas, finemque suum consecutas fuisse operibus Messiae: totam vero politiam Moysis tum corrumpere & abolere debuisse, cum CHRISTVS Dominus omnia peregisset, quae ad suum officium pertinebant. Hoc interim non possumus non reprehendere, quod nunc immodice profus & perniciosè Ioannis ornent & efferant ministerium, quodque imperitum lectorem his insolentibus, ac parum decoris amplificationibus facile in errorem inducant, quod suas etiam priuatas opiniones & nouas commentationes historiis Euangelicis tam licenter, quam frequenter soleant admiscere. An omnino quicquam maiore nobis studio praecauendum est, quam ne occasione vlla filio Dei sua vel detraharur vel obscuratur gloria, quam tantis ille comparauit laboribus in veteri lege perficienda & noua inchoanda instituendaque? Gloriam meam, inquit, alteri non dabo. Ad hanc vero pertinet, veterem quamuis diuinam, legem tollere, nouumque condere testamentum, & eum exhibere doctorem, quem Ioel Propheta voluit expectari, & cuius nomine gratulas Ecclesiae dixit: Filij Sion exultate, & laetamini in Domino Deo vestro, quia dedit vobis doctorem iustitiae, & descendere faciet ad vos imbrè matutinum & ferotinum. Quare sic accipiendum est, Lex & Prophetae vsque ad Ioannem, quemadmodum doctè Hieronymus interpretatur, non quod Ioan-

Expenditur Georij Maioris & Chytraei sententia de Ioannis ministerio.

Vbi supra. Ioannem veteris legis abrogatorem, & nouae iustitiae doctorem non esse censendum.

Centuriatores incommode & perniciosè laudant Ioannis ministerium.

Hom. in Epist. de fide Ioan. Bapt. in cap. 3. & 11. Matth.

Matth. 17. Luca 9. Rom. 10. Ioan. 1. Cent. 1. lib. 1. col. 78.

Esai. 42.

Ioel. 2.

Ad Algasiam quae. 1.

Ioannes Prophetarum sit finis vel Legis, sed Christus ipse, qui Ioannis testimonio prædicatus est. Et alibi monet idem, Christi tempus hac ostendi sententia. Augustinus autem perspicue docet Ioannem hoc loco ita depingi, vt totius Prophetiæ, quæ ab exordio generis humani vsque ad Christi aduentum de Christo ipso facta est, imaginem gesserit: sicut autem Legem & Prophetiam in Ioanne; sic Euangelium in Christo constituit.

Quomodo Patres de Ioannis ministerio loquentes, intelligi debeant. In Cantic. Cantorum.

Centuriator et Ioannem Christo videtur assignare.

Legem à Ioanne nequaquam abrogatam fuisse.

Ioannes sub lege natus, extra legem nihil aut fecit, aut docuit.

De lege per Ioannem abrogata non meminit scriptura, nec dissimulasset hoc Pharisæi.

Neque tamen inficiamur dici posse, & à Patribus aliquando scribi, Ioannem antiquæ legis finem, & nouæ principium esse, sicut in huius libri præfatione monstrauimus: sed ad eum sensum, vt Ioannes confinium fuerit Mosaicæ legis & Euangelicæ gratiæ iam aduentantis. Vnde prudenter ita scripsit Theodoretus: Magnus ille Ioannes, qui legis finem & gratiæ principium ostendit, qui que inter pædagogum & sapientem magister medius fuit, quatenus vmbra corpus accedit. Eadem moderatione vtitur Tertullianus, Ioannem agnoscens limitem quendam, inter vetera & noua constitutum. Verum hæc longè dissident à verbis & sensu Centuriatorum, qui dicere non verentur, Ioannem finisse vmbra omnes in lege propositas, sustulisse Mosaicum statum, & alium præsentem Christo, eiusque futuro regno, iussu Dei erexisse atque stabiluisse, quem postea Christus ampliari atque confirmari. Sic enim docent pagina 363. An hoc quæso non est, Ioannem Christo æquare, imò & antepone, & seruum Domino reddere illustriorem? Si etenim Ioannes legem cæremonialem finit; si Mosaicum statum sustulit; & alium nouæ legis statum erexit ac stabiluit; an non potiores tenet partes, quàm alter solum ampliatus atque confirmans iam prius erecta atque stabilita? Immanè, quàm ista Euangelicæ historiæ nihil quadrant; quàm verò cum Christi maiestate pugnant, & Ioannis ministerium planè suspectum reddunt, si plus quàm præcursores, & sicut Tertullianus loquitur, præparatores viarum, Domini præstitit? Nouam ille baptizandi rationem inducere potuit, sed hoc perficere nec debuit, nec potuit, vt veteris & Mosaicæ religionis formam, cultusque Leuiticos vel mutaret, vel auferret. Cuiusmodi mutationis & abolitionis nulla vsquam extant vestigia, quæ ab istis proferantur, aut veterum sententiis vlla ex parte respondeant. Nec probabunt vnquam, potestatem Ioanni aliquando esse datam, vt illud, quod non instituerat, abrogaret, præsertim cum tempus prohiberet, quo minus typi legis ante agnum Christum verè oblatum, abolerentur. Quapropter Chrysostomus de Ioanne scribens: Sub lege, inquit, natus est, non vt eos qui sub lege erant educeret, sed vt essent sub lege, vt secundum legem & viueret, & doceret. Propterea extra legem nihil aut fecit, aut docuit: sed tantum penitentiam prædicauit. Ita Chrysostomus aperte tradit, Ioannem suo loco contentum, adeò nec legem veterem terminasse, neque nouam inchoasse, vt præter Mosaicam legem, nisi fortè quod ad baptismum & claram regni cælorum prædicationem pertinet, nihil aut fecerit, aut docuerit. Et Hilarius, Ioannes, inquit, formam prætulit legis, quia lex Christum prædicauit: & Ioannes profectus ex lege est, Christum lege prænuntians. Verum enim uero si destruebat Ioannes legem, quod ad ritus & cæremonias attinet, vt isti volunt, mirum sanè, cur Pharisæi ad calumniandum alioquin procliuus, hoc crimen illi non exproberent, quod in Christo tantoperè exaggerabant? Cur enim hoc vnum dissimularent, qui baptismum Ioannis ferre tam ægrè poterant, solennem vt legationem mitterent, sedulo percunctantes, taciteque accusantes, vt quid ipse nouam baptizandi rationem ordiretur? Atqui longè tolerabilius apud eos erat baptizare, quàm vilitas mutare vel antiquare cæremonias: cum lex alioqui tot baptismata & lotiones contineret, vt Ioannis etiam baptismum permittere posse magis, quàm prohibere viderentur. Errat igitur Chytræus, qui præsentem Christi dictum: Lex & Prophetæ vsque ad Ioannem, transfert ad abrogationem legis Mosaicæ posituæ, vt vocat, & ad Prophetarum vaticinia, quod ea durent vsque ad Ioannem, & in eo compleri incipiant: imò etiam (qui lapsus est enormior) hoc ipsum dictum ad abrogationem legis moralis accommodari posse cõfingit. Qui certè si duces & doctores Augustinum auersatur, saltem ex Brentio suo discere poterat, legem & Prophetas durasse vsque ad Ioannem, non quod abrogata sit lex natura-

b In cap. 11. Matth. Li. 83. quasi quæstionem 58.

Lib. 4. ad uerfus Marcii nem.

Cent. 1. li. cap. 10.

Lib. 4. cent. Marcion.

Hom. 3. in. per. imper. fecit. in. Mat.

Can. 11. in. Mat.

Ioan. 1.

In cap. 11. Matth.

In 11. cap. Matth.

In quæst. no. vi Testam. et quæst. 69. Errus a. li. lib. eiusdem tituli, cap. 15. In Matth. cap. 11.

Hom. 11. in. Lucam.

Act. 19. Matth. 9.

Hom. 31. in. Lucam. Matth. 3.

Luc. 1.

Ioan. 3. Psalm. 96. Hebr. 1. Ioan. 1.

naturalis aut moralis, quæ est decalogus; sed quod aduenient e Ioanne aduenient etiam Christus, in quo ea, quæ Lex & Prophetæ prædixerunt, impleta sunt. Augustinus verò differtè tradit, Christum hic non de tota, sed cæremoniali quam vocant, lege differere, quæ ipso adueniente cessarit, & ad Ioannem vsque durauerit: moralia verò legis præcepta esse perpetua, quæ non minùs à Christianis modò, quàm olim à Iudæis debeant obseruari. Errat & Melanchthon in hoc scholio suo: *Loquitur hic de lege, in quantum est politica, scilicet de cæremoniis & forensibus. Non Kirchengesprång / vnd Burgerlicher Regierung / etia de lege morali, in quantum est externa disciplina coercens civiliter.* Vbi præterquam quod tres legis partes à Philippo ineptè confundantur, ad Ioannem certè nihil spectabat legis politica vel mutatio, vel abrogatio, aut sicut idem loquitur, finis politica, sicut demonsttrauimus. Nunc verò satis est monuisse lectorem, peccare bis Centuriatores in immodica Ioannis commendatione, quem alibi nimium deprefferunt. Primum enim illius baptismum sic efferunt, vt Christi baptismum, sicut sequenti capite demonstrabimus, iniuriam sanè grauem & vim manifestam inferant. Deinde in Christi irrumpunt officium, & quod illi soli debetur, in Ioannem iniquè transferunt, vt filij Dei gloriam obfcurent, qui solus abrogator veteris legis, & author seu inchoator noui Testamenti est, dici que meretur.

COMMENDAT hunc Ioannem & Ioannes Brentius, sed præter veterum morè, nec sine Rhetorica quadam amplificatione, non autem secundum Euangelij veritatè. Vocat enim illum non modò primum Euangelistam & cõcionatorem, sed etiam instauratorè Christianismi, qui nec aliud docuerit, quàm quod Christus & Apostoli postea docuerunt. Hæc doctis non probabuntur, imò & à medio critere eruditis refelli facillè possunt, præsertim si Christi Domini cum Ioannis serui doctrina comparetur. Narrat Lucas à Ioanne baptizatos, de Spiritu sancto, neque credidisse nec audiuisse. Tum aliter Ioannes de oratione & ieiunio, aliter Christus suos discipulos instituit. Apostolicè porò doctrinæ sublimitas atque perfectio non modò concionibus & scriptis, sed & miraculis orbi comprobata est, & Propheticas voces longo post se intervallo relinquit. Atque vtinam Ioannem Brentius cõmendaret tantum, & alibi non insigniter vituperaret: ita vt simul & amicum illi præbere osculū, & hostilem alapani impingerè videatur. Traçans enim locum de Christi baptismum, Ioannem a trociter insectatur, nec alia quidem de causa præterquam quòd ille profua summa modestia recusarit ministerium Domino, qui baptismum ab eo expetebat. Nam sicut à Matthæo scribitur, Ioannes prohibebat eum dicēs, Ego à te debeo baptizari, & tu venis ad me? Nunc audi verba Brentianæ interpretationis: *Piè quidem, quòd agnoscat se IESV minorem, sed imprudenter & stulidè agit, quòd detrectet Iesum baptizare, & malit carnali suæ prudentiæ, quàm spiritali mandato Christi baptismum postulantis obsequi. Vide enim mihi maximam Ioannis imprudentiam in maxima eius prudentia. Videatur sua detrectatione Christum honore afficere: sed si rem diligenter perpendas, magna cum cõtumelia afficit. Nam cum Christus petat ab ipso baptizari, ipse verò non solum id facere recuset, verum etiam iniecta manu eum à baptismo retrahat, quid his factis aliud significaret, quàm si disertis verbis ad Christum diceret: Ego qui nolo te baptizare, melius & consultius hac de re constitui, quàm tu, qui petis baptismum. Ego igitur sapiens, & stultus: ego prudens, tu ineptus.*

EN Aristarchi noui censuram, eamque fellis & amarulentia plenam, in sanctissimum virum, qui sicut verbis sæpè antea confirmauerat, sic nunc re ipsa declarat, se non modò secundum personam, sed & ratione officij ac ministerij, Christo longè inferiorem esse. Miratur igitur & velut attonitus cogitat, venire ad se talem tantumque Dominum, sicut ad Mariæ primum occursum, eius quoque mater admirabunda expauerat: contemplatur Christi præsentis maiestatem, eoque magis, quòd ille humilitate cum seruo pugnare velle videretur: multisque de causis venerabundus illum suspicit, quem sursum & super omnes esse, & ab Angelis adorari certò intelligebat. Dixerat de illo antea coram legatis Iudæorum: Non sum dignus, vt soluam eius corrigiam calciamenti. Quid ergo mirum, si Verbum illud carnem factum, & incomparabilem Dominum hominum & Angelorum non ausit cõtingere, & aqua perfundere vereatur, detrectas baptismi munus tantisper, donec resciscat, quid à se fieri velit diuina voluntas atque authoritas.

Duplex error Centuriatorum circa Ioannem baptismum.

Brentio iniquè tractatum & cõtumeliosè accusatum circa Christi baptismum.

Ioannis dictum & factum aduersus Brentij calumnias defensa dicitur.

ritas. Indignum esse putat, sibi tantum ab illo deferri, seque seruum ab excelso Domino hoc nouo & inaudito humilitatis genere superari. Vbi non peccauit magis Ioannes, quam Petrus, qui tamen recte laudatur, quod ex vnus miraculi conspectu ad eam sit Christi cognitionem adductus, vt supplex ad eius se pedes abiiceret, suaque indignitatis sibi conscius diceret: Exi a me Domine, quia homo peccator sum. Notum est Euangelici Centurionis exemplum, qui summam sui submissionem tum verbo, tum facto declarauit: & hanc laudem est maximam assequutus, quod se Christi hospitis aduentu indignum esse arbitraretur, & coram aliis pronuntiaret. Solus post hominum memoriam inuentus est Brentius, qui quod ex vera fide & ingenti modestia, sanctoque timore Ioannes designauit, quod Patres non modo non excusandum, verum etiam summis laudibus effereendum semper censuerunt, quod pij omnes commendare pro dignitate satis non possunt, id Ioanni vitio vertat, id eius imprudentiae, stultitiae, temeritati, superbiae & carnali prudentiae tribuat, id ad factum contumeliosum referat, id non humilitati, sed arrogantiiae, sed inobedientiae adscribat, & tantum non ex animi quodam fastu intolerabili, ex contentione studio detestando ad Christi Opt. Max. contemptum, id inquam, illum fecisse ab omnibus iudicari velit. Sed qua de causa Brenti? Ego a te debeo baptizari, & tu venis ad me: inquit Baptista. An hoc est obsecro, perinde ac si diceret: Ego sapiens, tu stultus: ego prudens, tu ineptus? Est hoc carnali prudentiae obsequium? est hoc magna Christum afficere contumelia? Quid magis contortum adferri, quid foedius contra iustissimum & sapientissimum virum a calumniatore impio excogitari vnquam potuisset? Ioannes hoc solum velle, hoc agere videtur, quemadmodum Ambrosius, Augustinus & Chromatius interpretantur, Ego sum peccator: & tu venis ad me peccatorem, vt tua quasi peccata deponas, qui peccata non feceris. Ego creatura sum: tu creator. Ego seruus: tu Dominus. Ego figura, tu veritas. Ego homo sum, tu Deus: ego peccator, quia homo: tu sine peccato, quia Deus. Quid vis a me baptizari? Non recuso obsequium, sed ignoro mysterium. Ego peccatores baptizo in poenitentiam. Tu quid vis baptizari, qui non habes causam peccati? imo potius, quid vis baptizari vt peccator, qui venisti peccata soluere? Nec est interim pertinaciter contentiosus, quod & Chrysostomus monuit, sed dilectionem suam atque obedientiam simul ostendit, Christo precipienti statim obsequens, cum audit illud, Sine modo. Quod vero tremebundus pestulanti ministerium, negat assensum (Cypriani verbis vtatur) non idcirco factum est, quod obedientiam detrahat imperanti, sed quod iudicio suo seruo subdi non competit maiestati. Quo loco praclarum nobis exemplum statuit idem Cyprianus, vt doctrinam praecedat humilitas, & honore se inuicem praeueniant, qui maiore, & qui minorem in Ecclesia locum tenent: sic enim iustitiam omnem a nobis impleri. Ita vero suam de hoc Ioannis facto concludit sententiam, simulque Brentianam hanc calumniam praclare retundit: Ioannis humilitas non arguitur, nec vituperabile visum est Christo simplicitatis diffugium, quod reuerentia, non imporrunitas suggerebat. Adscribam & verba Pantoleonis Diaconi Graeci, vt qui ex professo praesentem locum excussit, & inter caetera mirandam Ioannis humilitatem ita comprobauit: Stupore videbatur dignum, qui enim Phariseos baptizabat, ab hoc (Christo scilicet) rogat baptizari: qui Sadduceis erat formidabilis, ad illius nunc aspectum assurgit flectens genua: ieiunio clarus, ab eo qui non ieiunauit, benedictionem quaerit: qui veste ex pilis contexta erat amictus, ab eo qui huiusmodi nihil secum adfert, purgationem supplex petit: qui apium in deserto laboribus & herbarum radicibus ac locustis a puero nutritus, huius nunc tanquam sanctioris institutionem formidat. Chromatius vero sic Ioannem praedicat: Is Deum suum, inquit, per Spiritum sanctum recognoscens, cuius ne calciameta quidem dignum se fuisse portare professus, implere quod iubebatur excusat: quia non credebatur ei baptismum necesse sarium esse, quem sciret ad hoc venisse, vt baptismum suo mundi peccata deleret, & idcirco baptizari se ab eo potius oportere testatur. Chrysostomus vero in hunc modum: Cur Ioannes, inquit, primo Christum prohibuit, ne a se baptizaretur, postmodum vero assensus est? Quoniam non erat admodum contentiosus ac pertinax: quin & indignitatem ipse suam & obedientiam detegit. Quid quod miratur Bernardus, tantam in Ioanne

Taxat in Ioanne Brentius quod laudandum est.

Patres Ioannem defendunt aduersus Brentium calumniatores.

a Luc. 5.

b Luc. 7. Matth. 8.

c Lib. 2. in Lucam. d De temp. serm. 29. e In cap. 6. Matth.

f Hom. 12. in Matth.

g Sermon. de baptismo Christi.

De luminibus sanctis.

In cap. 6. Matth.

Enarrat. breui. in 3. cap. Matth.

Serm. de excellent. et sancti. Ioann.

Ioanne fuisse audaciam, vt ratione vlla infunderet aquam capiti creatoris, suaque dextera Dei verticem contrectaret? Pauet coelum, inquit, stupet terra, Iordanis aridet, mirantur Angeli Dominum Sabaoth inter manus baptizantis concludi. Quid est Ioannes? quem Cherubin & Seraphin vix audent aspicere: tu nudum tenere praesumis? Hic est, in quem Angeli desiderant prospicere: & tu non metuis? Tum alibi: Quid mirum, si tremat homo, nec audet attingere sanctum Dei verticem, caput adorandum Angelis, reuerendum potestatibus? Acquieuit Ioannes, & obediuit (mandati Christo scilicet): baptizauit agnum Dei, & aquis lauit. Hae verè, sanctè & propriè docent de Ioanne Patres, quem tamen Brentius tam acerbè tractat, & absque omni ratione flagellat, nuncque primum traducit publicè, suae tantum vt seruiat libidini, & viro omnium ore celebratissimo dentem Theoninum infigat. At qui hoc est profectò non Scripturas Euangelicas illustrare, sed more araneorum bonis ex herbis venena colligere, quae in sanctissimum Christi praecursores ore impuro & virulento euomat.

Serm. 1. de Epiphania.

Hom. 17. in Ioan. Ioan. 1.

In annotat. in Ioannem cap. 1.

Ioan. 1.

Luc. 2.

SED ET & alibi traducit Ioannem nostrum Brentius, cum huius illum criminis accusat, quod vera certa fide & cognitione Christi vir tantus aliquando fuerit destitutus. Vnde dictum ab illo fuisse putat illud, Ego nesciebam eum, velut tunc animo nondum fuerit benè confirmato in hac opinione, Iesum esse verum Messiam, propter personae Christi scilicet abiectionem, vel quod nondum cognouerat hoc, vt publicus testis. Verum vt de priore sensu nunc tantum agamus, non leue profectò vitium videri potest, si Ioannes vera firmaque fidei & de Christo cognitionis expertus, incertam & quasi coniecturalem habuit cognitionem, quam ex priuata parentum indicatione, & multis ex aliis coniecturis, si Brentio credimus, hauserat. Accedit autem Lossius, & egregium hoc de Ioanne commentum Brentianum confirmans, distinguit duplicem Ioannis de Christo cognitionem. Vnam, dicit, infirmam fuisse seu opinionem, quam Ioannes ex narratione parentum de miraculis editis in ipsius Ioannis & Christi conceptione & natiuitate, ex quibus cognatum suum Iesum filium Mariae esse Messiam & filium Dei, vixit suspicatus est. Sed quia Iesus abiectus fuit & contemptus coram mundo, & opificium contemptum & vile vna cum patre exercebat, haec notitia non satis in Baptista confirmata fuit. Altera fuit notitia certa & confirmata, quam ex diuina reuelatione concepit in baptismo Christi, in quo etiam vocatus est a Deo, vt publicus testis Messiae esset. Vnde colligi satis potest, Brentium & Lossium haec tenent, quod putent Ioanni certam & confirmatam de Christo cognitionem primum accessisse, cum in Christi baptismo ex caelesti reuelatione didicit, hunc Iesum, super quem Spiritus sanctus in specie columbae descenderat, verè Messiam Dei, filium esse. Nam dubium non est, quin certò & perfectè sciuerit Ioannes post Domini baptismum, quod talem tantumque testem & perfectè scire, & constanter docere de Christo maximè oportebat. Illud vero manet in controuersia, an Ioanni praeter certam & firmam hanc quam diximus, infirmam alteram de Christo cognitionem, quam ante baptismum eius tenuerit, imputare liceat conueniatque. Id affirmant nouatores, & nos propterea negandum dicimus, ne tantus vir in suspicionem veniat, velut annis plus minus triginta in magnis haeserit tenebris, mundi que lucem & redemptorem suum aut penitus ignorauerit, aut solum per coniecturas agnouerit, vel sicut ait Lossius, de illo velut Messia & filio Dei tantum vtique sit suspicatus. Fluctuabat igitur sancti viri animus, & Simeone infelicio, expectabat tantum suspirabundus, & animo non videbat, non complectebatur salutare Dei, vt isti confingunt, adeoque tantum non offendiculum patiebatur, dum videret Iesum pauperem & abiectum, & in arte contempta & vili cum patre fabro degere, vitamque obscuram vulgari tantum more institueret.

An Ioannes dubiam habuerit de Christo cognitionem.

Status quaestio- nis de Ioannis cognitione.

Qua circa Ioannis cognitionem et de Christo scilicet in primis consideranda.

VERVM enim uerò frigidæ & friuolæ sunt istae coniecturae, falsoque fundamentum nituntur, nimirum Ioannem non in eremo sibi soli vixisse, sed apud parentes haesisse diu, & Christo fuisse familiarè, & multa de illo subinde ab aliis accepisse. Quae omnia quam nullius planè sint poderis, ex his quae de Ioannis deserto vitaque in solitudine acta, diximus, facile intelligi potest. Vt autè de causa praesenti rectius iudicetur, pauca sunt nobis repetenda, quae lucem huic negotio maiorem adferant. Primum, fuit certè Ioannes Christi testis ac praeco omni exceptione maior, qui de Christo praesente fidei &

cognitionem non solum alios docuit, sed in animo suo inconcussam certamque serua-
uit. Deinde non ab hominibus, sed à Spiritu sancto veræ fidei, diuinæq; de Christo cog-
nitionis lumen accepit. Ad hæc magistrum proprium, à quo veritatem omnem edoce-
retur, Spiritum sanctū maturius, quàm reliqui à Deo illuminati, habuit: adeo vt in ma-
tris etiam vtero adhuc inclusus, sicut primo capite indicauimus, fidem & cognitionem
de Christo certam fuerit affecurus, & hinc nōdum natus Dominum adesse senserit, eod-
emq; tempore Prophetæ officium inchoarit. Postremò à fide & cognitione Christi se-
mel accepta desciuit nunquā, ne arundo vento agitata videretur, sed in eadem gratia
confirmatus perseverauit, licet progressus in ea fecerit, ac per aratum incrementa, & ex-
nouis etiam, quas illi subinde patefaciebat Deus, reuelationibus, tum sapientior, tum
perfectior in omni virtute redderetur. Quæ cum ita sese habeant, quemadmodum par-
tim Euangelicæ literæ, partim Patrum testimonia liquidò contestantur, nullā sanè istis
authoribus causam esse video, cur Ioannem tot Dei donis ornatum ac repletum, nunc
fide priuent, ac illi præstantissimo Doctori tot annis, vsq; ad Christi baptismū, infirmam
tantum cognitionem & incertam opinionem de Christo tribui postulent. Philippus autē,
vt & ipse Baptista fidem obsecuret, etsi paulò commodiùs, quàm superiores duo, loqua-
tur, tamen fatetur & ipse Ioannem aliquando non cognouisse, quòd Iesus esset Messias,
& filius Dei, habens diuinam naturam & humanam, quiq; non mundanus Rex futurus,
sed sua morte redempturus esset Ecclesiam, & regnaturus in vita æterna.

Philippi de Io-
annis cogniti-
one sententia.

Cōfutatō Phi-
lippicæ senten-
tiæ de cogniti-
one Ioannis.

Petrum testi-
monium de cog-
nitione Ioan-
nis.

Triplex
Christi cog-
nitio in Io-
anne.

Quis verò vnquam Ioannem ita depinxit? Quis fidem huius generis informem
ac dimidiatam, vt Melancthon, illi tribuit? Quis hominem diuinorum mysteriorum
vel maximè conscium, plena Christi cognitione orbandum putauit? Quis bonorum ex
Christi testimonio non credit ac iudicauit, Ioānem & Prophetam, & plus quàm Pro-
phetam esse? At Prophetæ non humanitūs edocentur, sed diuinitūs illustrantur: non
coniecturis vtuntur, sed infallibili diuinæ sapientiæ lumine certi redduntur de his, quæ
reuelant aliis, ne alioquin quod diuini spiritus claritate perfusi cognoscunt & docent,
id è creaturis vllis emendicare videantur. Iam verò ad hanc propheticam gratiam & in-
signem diuini spiritus reuelationem, qua Christum Ioānes Prophetarum illustratissimum
didicit, multò ante baptismum, & inde à primis annis accitus peruenit. Nec mirum,
quando fuit idem homo missus à Deo præ cæteris omnibus, missus inquam, cum singu-
lari & firmo fidei lumine, vt omnibus qui sedebant in tenebris & vmbra mortis, scienti-
am salutis adferret, & certissimæ fidei de luce vera Christo testimonium tale præbe-
ret, quale nullus vnquam præbuit antea. Hilarius igitur hoc palam affirmat: Ioannes
iam ab vtero prophetans non eguit hac voce: Hunc audite: hoc Ioannes non ignarus
audiuit: ad doctrinam nostram (non autem Ioannis videlicet) paternæ vocis testimo-
nium mittitur. Origenes in hunc modum: Sicut Moyses loquebatur, & Deus respon-
debat ei, sic puto, quòd Ioannes locutus fuerit in deserto, & Dominus responderit ei.
Hoc arbitror certa de Scripturis ratione conuictus. Nec alienum est quod Chryso-
stomus his verbis affirmat: Nouerat Christum Ioannes semper esse venturum, & non so-
lum nouerat ab infantia, sed in vtero matris nouerat, & eum salutauerat. Gregorius
verò Magnus Ioannem in illis numerat, qui non humanitūs, sed per magisterium spiri-
tus intrinsecūs docentur, vt etsi eis exterius humani magisterij disciplina desit, magistri
tamen intimi censura non desit. Est igitur longè alia Ioannis, quàm reliquorum cre-
dentium, ratio habenda, qui per auditum fidem sibi parant, multisq; adiuuentis egent
& vtuntur humanis, vt in fide excitentur, confirmentur & augeantur. Ioanni vel triplex
erat de Christo cognitio, sicut Euthymius annotauit, vt potè quæ cognouit partim per
visum, partim per auditum, partim prophetico more. Illi solidum est, super quem
videris spiritum descendentem & manentem super eum, hic est qui baptizat in Spiritu
sancto, Et ego vidi, inquit, & testimonium perhibui, quia hic est filius Dei. Neque solum
hoc spiritus testimonium suis conspexit oculis, sed & auribus vocem Patris de nube so-
nantem istam audiuit: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui. Quid? quòd
Bernardus hoc priuilegiū Ioanni tributum, ac præterea nulli collatū esse dicit, vt se pri-
mum illi sanctissima Trinitas reuelarit: Pater ab illo auditur in voce, Filius baptizatur,
in flu-

Matth. 3.
Luc. 7.

In cap. 1. Io-
annis.

Matth. 21.

Ioan. 1.

Luc. 1.

De Trinitate
lib. 6.
Matth. 3.

Hom. 11. in
Lucam.

In 11. cap.
Matth.

lib. 1. Dis-
log. cap. 11.

In 1. cap.
Ioan.
Ioan. 1.

Matth. 3.
Ser. de ex-
cellēt. sancti
Ioan. Bap-
tista.

in flumine, Spiritus sanctus demonstratur in columbæ specie. Adest Ioannes totius Me-
dius Trinitatis. Quis verò ambigat, quin Ioannes præterea per prophetiam de Chris-
to varia & sublimia cognouerit, frequentesq; de illo habuerit reuelationes, præsertim
in deserto suo delitescens, & se leuans super se, vbicumq; demum effer, priusquam Chris-
tum baptizaret?

NEQUE huic repugnat sententiæ, quòd ab eodem Ioanne dicitur, Ego nesciebam
eum. Nam hoc dicto fatetur, Christum de facie sibi cognitum non fuisse, sicut hunc lo-
cum Chrysostomus, Cyrillus, Theophylactus aliique plures rectè interpretantur.
Nesciebat Christum, inquit Rupertus, secundum hominem, id est, cuius figuræ vel habi-
tus esset, aut vbi, vel quibus cum hominibus habitaret. Nec multò aliter Beda sentit,
quòd Ioannes nimirum Christum antea sciuerit, sed audita voce de cœlo illum perfecti-
tius cognouerit. Quin & Bucerus ingenue fatetur, ignotum Ioanni Dominum de facie
vsque ad tempus baptismi mansisse: idque factum ideo dicit, ne ex pacto illum tanto
honestare eloquio videretur. Nesciebat Christum, Bucer sententia, donec super illum vidit
Spiritus sanctum descendentem, quod ipsi signum agnoscendi Christi dederat Spiritus sanctus, vt
Ioannes ipse testatur. Et rursus: Verisimile est, inquit, cum Ioannes in deserto Iudææ, Christus in
Galilæa vsque egisset, vt de facie alter alterum humanitūs non nouerit. Isti verò sibi confin-
gunt, quòd Iesum verè Messiam, aut Dei filium, & mundi redemptorem tot annos iam
natum Ioannes ignorauerit, atque ita desummo & præcipuo Christianæ fidei articulo
nihil habuerit certi, sed minùs quàm pastores Bertheemitici, vel Magi Orientales, se-
cum statuerere potuerit de præsenti Emanuele. O te infelicem & sinistro, vt aiunt, syde-
re natum Baptista, cui frustra tot laudes decantauit Gabriel, cui Christi & matris pri-
mus occursum tam parum profuit, in quo Zachariæ patris vaticinium, & commune to-
tius populi augurium fallax vanumq; deprehenditur. Infelicem te dico, si, quemadmo-
dum æmuli tui contendunt, tam citò murasti aut remisisti aliquando fidem, quam in
aluo materna profitebaris: si præterea tam tardè sponsi amicus factus es, vt maiorem
ætatis partem in communi errore vulgi traduces, sponsumque & redemptorem tuū,
quamuis præsentem, nec oculis fidei cerneres, neque brachiis cordis amplectereris. Sed
res ipsa loquitur satis, etsi nihil addamus amplius, de Ioanne istos nimium abiectione indig-
neq; sentire, & prorsus improbè pronuntiare, qui cognitionem de Christo imperfectā
& incertam illi, qui plusquàm Prophetā fuit, tribuunt & assignant. Hoc verò quid est
aliud obsecro, quàm de matura Ioannis sanctificatione ambigere, fidem in illo sinceram
desiderare, tantique Prophetæ ministerium vulgò suspectum reddere atque labe-
factare?

Quo sensu Ioan-
nes de Christo
dicat, Ego ne-
sciebam eum.

Ioannem etiam
Bucer testimo-
nio Christum
nec dum bap-
tizatum de facie
non nouerat.

Quam infelix
Ioannes fuerit
ex nouariorum
sententia.

CAPVT SEPTIMUM.

Fuit Ioannes in deserto, predicans baptismum pœnitentiæ in remissionem
peccatorum, Marci 1.

Et venit in omnem regionem Iordanis, predicans baptismum pœnitentiæ
in remissionem peccatorum. Luca 3.

Ipse vos baptizabit in Spiritu sancto & igni. Matth. 3. Luc. 3.

MAGDEBURGENSES.

AD doctrinam, nouam ordiebatur caremoniam, nempe baptismum, non ex priuato ar-
bitrio, sed voluntate Dei, & quidem in remissionem peccatorum. Nec multò post:
Idè autem vocatur baptismus in remissionem peccatorum, quia promissio de remissio-
ne peccatorum, isti actioni annectebatur, per quæ ea media, nimirum verba Euangelij de
Christo, & abluitionem per aquam, remissionem peccatorum certò conferebat Deus. Inscitè igitur
faciunt, qui effectu baptismum Ioannis seu Apostolorum discrepare contendunt: cum clarè scriptū
extet, Ioannem prædicasse & administrasse baptismum pœnitentiæ in remissionem peccatorum.
Lib. 1. cap. 10. col. 361. Ibidem cap. 4. col. 156. Quod ad baptismum Ioannis Baptiste & Apo-
stolorum

Ioannes baptizatus in nomine Christi Sen- tura.

Cur Ioannis baptizatus Christi baptizatus non possit aquari.

Ioannis baptizatus cum suo an- thore fessit & cecidit.

Aqua baptizati a Christo baptizato vim habere sanificandis.

Ioannis baptizati quare ab apostolis rebaptizentur, ex Patrum sententia.

Iet ac posset, per quoscunq; demum ministros baptizaret? Prætereo quod in venturi nomine duntaxat Ioannes baptizet, sicut Hieronymus, Ambrosius aliiq; multi propter Lucæ verba sentiunt, eamq; baptizandi formam vt rudiorum, sic & gratia spiritalis expertem & inferiorē volunt haberi, quàm quæ à Christo ipso in nomine sanctæ Trinitatis tradita, & ab Apostolis obseruata est. Hoc verò certò constat, in baptizatis à Ioanne nusquã apparere, neq; demonstrari posse vim & operationem diuini Spiritus, qui tot modis in aliis ab Apostolis postea baptizatis, vt omnes iure mirarētur, potenter exeruit sese, quemadmodum in Actis Lucas sæpè testatur. Loquor autē non tantum de manifesta illa vereque miranda donatione Spiritus sancti, quæ in specie ignis die Pentecostes facta est, sed & de singulari efficacia Spiritus mundantis, & sanctificantis, & imbuētis primam Ecclesiam. Hic enim impleri cernimus dictum Propheticum, Effundam super vos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris, & dabo vobis cor nouū, & Spiritum nouum ponam in medio vestri. Ad hæc Ioannis baptizatus vt ab authore suo, cuius & nomen præ se fert, incipit, ita in eodem desinit, & velut umbra corpori, victusq; victori, sic Christi baptismo cedit penitus. Nam simul atque Ioannes ab Herode in vincula cōiectus fuit, baptizatus eius simul & ligatus & fractus quodammodo concidit: nec ministros alios inuenit, sed cum authore suo stetit & cecidit, imò verò planè interiit. Quàm verò sunt hæc procul à Christi baptismo semper durabili, & post Domini mortem non minùs quàm antea, salutari & efficaci, & cui nunquam desunt ministri non solum ad porrigendam aquam, verum etiam ad purgandam cuiusque accedentis animam, eamq; caractere diuino consignandam.

PRÆTER hæc omnia qui potuit fieri quæso, vt Ioannis baptizatus perinde ac Christi, salutaris esset, eo præsertim tempore, quo Christus nondum fuit in Iordane baptizatus? Etenim tunc primum suo baptismo perfecit, vt aquæ sanctificaretur, & vim illis regenerandi contulit, vt vno velut ore Theologi omnes asseuerant: nominatim quidem Origenes, Nazianenus, Chrysostomus, è latinis verò Patribus Hilarius, Ambrosius, Hieronymus. Demum si Ioannis baptizatus imbecillis & imperfectus non esset, ab illo baptizari haud sine sacrilegio iterum baptizarentur. Et quanquam semel id factum esse duntaxat in sacra Scriptura legamus, tamen probabile videtur, quod Paulo accidit, id aliis etiã Apostolis crebrius vsu venisse. Augustinus, qui in Scripturis interpretandis est diligentissimus, hoc in illis deprehendit & scripsit, Apostolos Christi accepisse baptismum, et si vbi & quando acceperint, Scriptura non exprimat. De aliis verò, quos baptizauit Ioannes iudicat, hoc baptismi genus illis non suffecisse, sed fuisse opus, vt Christi baptismo, qui à discipulis eius administrabatur, denuò baptizarentur. Cui rei magnū & euidentis argumentum præbet Paulus, qui Luca teste, haudquaquam dubitauit duodecim Ephesios denuò baptizare, & Christi baptismum illis impertiri, licet Ioannis baptismum essent iam antè donati. Nec vlla id faciendi causa fuit, nisi quemadmodum Patres declarant, vt Christi baptismum suppleretur, quod illis ad gratiam spiritualem ex Ioannis baptismum decrat. Sic enim scribit vetus Ecclesiæ doctor Origenes: Qui in actis baptizati erant Ioannis baptismum, & neq; an Spiritus sanctus esset audierant, denuò ab Apostolo baptizabatur: quia regeneratio non apud Ioannem, sed apud Iesum per Apostolos suos fieret cum renouatione spiritus. Augustinus habet in hunc modum: Baptizatos à Paulo eos, qui iam baptismum Ioannis baptizati fuissent, legimus in actibus Apostolorum, non ob aliud, nisi quia Ioannis baptismus non fuerit Christi baptismus, sed Ioanni à Christo concessus, qui Ioannis proprie diceretur. Accepit autem hoc Ioannes certæ dispensationis gratia, non diu mansurum, sed quantum satis esset ad parandam viam Domino, cuius cum precursorum esse oportebat. Nec dissentit Hieronymus, Qui Ioannis baptismum, inquit, acceperant, quia Spiritum sanctum nesciebant, iterum baptizabantur, ne quis putaret gentibus ac ludæis aquam sine Spiritu sancto ad salutem posse sufficere.]

Quæ trium Patrum testimonia idcirco coniungi, minùs vt dubitari possit, Ioannis & Christi eundem esse, nec dici posse baptismum, & vnum quidem alteri longè præstare, Paulum verò ad baptizandos duodecim Ephesios idcirco accessisse, vt adhibito illis Christi baptismum, spiritum gratiæ in aqua vitæ impertiret, cum Ioannis duntaxat imbuti

a Aduer. Lu. ciferianus, & in 2. loq. b Lib. 3. in Luc.

Act. 8. 10. & 19. Act. 2.

Ex eccl. 36.

Aug. trac. 4. in Euang. Ioannis.

c Hom. 7. in Luc.

d Homil. in Epiph.

e Homil. 10. in Matth. Fin. 2. cap. Matth.

f In Epiph. Serm. 4.

g In 3. cap. Matth.

h In 1. 101. ad Seleucianum.

k Tract. 5. in Euang. Ioannis. Act. 19. In Ioannem tom 8.

De Baptiz. contra Do. natist. lib. 3. cap. 9.

In 2. cap. Ioel. 1.

Act. 19.

De diffinitione baptismi in lo. cum Act. 19. a Inst. li. 4. cap. 15. b In c. 3. Luc.

c Cent. 1. li. a col. 354.

d In cap. 19. Act. Apost. e In annot. in eundem locum.

f In locis communibus de baptismum.

g In 3. cap. Matth. In Matth. cap. 3.

h In 1. c. 101. & in 1. lib. 4. c. 15.

i In 3. cap. Matth.

k In eundem locum.

l Hom. 48. in Act. Apostolorum.

m In 3. cap. Matth.

n Annot. in 1. ca. Ioan.

o In exam. ne Theologico.

p In 3. cap. Matth.

q Lib. contra Hieronymum Torrens. r In 1. cap. Ioannis. Luc. 3. In Lucam tom 21.

imbuti baptismum, non potuerint aut remissionem peccatorum assequi, aut Deo reconciliari. Præterea his aliisque pluribus patrum sententiis, vt Basilij, Chrysostomi, Ambrosij, Theophylacti, quas longum esset recensere, satis ad monemur, quanto opere nouiores erent, cum in aliis, tum in hac ipsa Lucæ historia interpretada. Vbi cerre mirū, quanto opere isti se torqueant, & ad quæ confugiant diuertacula, non solum à Patribus, sed etiã à se mutuo plurimum dissidentes, Quod vt paucis ostendam, Caluinus de hoc loco ita pronuntiat; Concedo fuisse illud verum Ioannis baptismum, & vnum idemq; cum Christi baptismate: sed rebaptizatos nego. Brentius ad huc modum: Non intelligendum est, quod iterum baptizati sint baptismum aquæ, quo antea per Ioannem baptizati fuerant, sed quod baptizati sint baptismum ignis, qui in die Pentecostes in nomine Iesu Christi effusus est. Centuriatores verò Ephesios illos, qui à Paulo iterum baptizantur, fingunt non verè Ioannis baptismum, sed eius corrupta & deprauata forma citra nomen Spiritus sancti, & duntaxat in nomine Domini Iesu, baptizatos fuisse. Bullingerus negat eos à Ioanne baptizatos aqua, nec vult eos, nisi semel & primum à Paulo baptizari. Contrà verò videtur Loffio, non hos à Paulo aqua, sed spiritus baptismate baptizatos esse. Accedit Musculus & contendit, verè hos ipsos Ioannis & Christi baptismum accepisse, & quidem bis, priusquam ad eos Paulus veniret. Quid verò Bucerus? Nunquam, inquit, rebaptizasset illos Ephesios Paulus, si Ioannis baptismum, id est, quo solet ipse baptizare in pœnitentiâ & fidem Christi, fuissent baptizati. Rursus verò Chytræus putat, quod Paulus illic tantum imposuerit manus non duodecim Ephesios, sed auditoribus Ioannis, qui à Ioanne baptizati sint in nomen Domini Iesu: Paulum igitur id hæc facere, quod de Petro & Ioanne Act. 8. legitur, vt credentes nimirum per manuum Apostolicarum impositionem visibili specie accipiant Spiritum sanctum. Hæc aliaq; magis dilona confarinant aduersarij, & nihil certi nobis constituere possunt, vt cōmodè quidem elaboratur, sed suis nouis figmentis hoc solum efficiunt, vt Lucæ verba in sensu omnino peregrinos & falsos transforment, vtq; suã de Ioannis baptismum stultitiam magis & magis orbi prodant, ac demum vt fenestrâ aperiant viamq; muniãt anabaptismo. Etenim si baptismus Ioannis (quod isti contendunt) ministerio & efficacia est idem planè, qui Christi baptismus, cur non liceat Anabaptistis rebaptizare fratres, & sequi Paulinum exemplum, cum tantus Apostolus Ioannis baptismum Christi quoque baptismum in Ephesios adiungendum putarit?

Iam verò nostri Centuriatores, vt propius ad rem accedamus, cōstanter affirmant, baptismum Ioannis & Apostolorum non discrepare, sed ministerio & efficacia profus conuenire: Ioannem ministrasse baptismum in remissionem peccatorum, illoq; testari, quod baptismum suo beneficia Christi conferat & applicet. Verum isti nihil hinc noui adferunt, sed in eadem sunt cū illis nauis reliqui nouatores, vt Caluinus, Bullingerus, Bucerus, & qui sunt adhuc Lutheri studiosiores Brentius, Crucifer, Loffius, Culmanus, Chytræus, Bidembachius. Quoniam verò longum sit singulorum citare verba, vnum atq; alterum, Philippum videlicet ac Brentium, velut antesignanos, pro omnibus loquētes introducemus, Philippi verba sunt: Hic queri solet, quid intersit inter Baptismum Ioannis & Apostolorum & sequentium ministrorum Euangelij. Non est difficilis responsio nobis intelligentibus officium Ioannis. Verum est, discernendam esse personam Messia à ministris: amen ministerium Ioannis & sequentium doctorum noui Testamenti, significationem & effectum eundem habet: Ioannes enim est inchoator predicationis Euangelij. Sub initium noui Testamenti audita voce Ioannis senserunt electi irā Dei aduersus peccatū, ac expauerunt: & rursus credentes voci monstranti acceperunt remissionem peccatorum, & inchoata est in eis noua & perpetua iustitia. Eadem sunt in concione Apostolorum, & sequentium vsq; ad finem mudi: Ideo in Luca dicitur: Predicans baptismum pœnitentiæ ad remissionem peccatorum. Quasi dicat, Ioannis concio non erat inanis sonitus, sed Deus voluit esse efficax per vocē Ioannis, quem voluit esse testē de Messia nato & inchoatorē Euangelij. En precipuum Philippi argumentū, ob quod Ioannis & Christi baptismum velit exequari, nimirum quãd o quidem Lucas dixerit, Prædicans baptismum pœnitentiæ in remissionem peccatorum: de cuius loci vera & solida interpretatione nos postea respondebimus. Nunc Brentium audiamus: Breniter, inquit, respondemus baptismum Ioannis & Apostolorum, ac totius Ecclesiæ Christiane, non solum planè eundem esse, verum etiam Ioannem primum esse instauratorem eius

Interpretatione nouatoris fœneris anabaptistis.

Philippi & Brentij de Ioannis baptismum est motus.

eius baptisimi, quo adhuc hodie vitur Ecclesia, & quo utetur usq; ad consummationem seculi. Ac iterum: Demonstravimus, doctrinam & verbum Ioannis nullum habere discrimen à doctrina & verbo Apostolorum. Et alibi vocat Ioannem primum Christiani baptisimi ministrum, ac vrget idem cum Philippo argumentum, à Ioanne prædicatum esse scilicet, baptismum pœnitentiæ in remissionem peccatorum. Præterea quoniam Ioannes dixit de Christo, baptizaturum illum in Spiritu sancto & igne, hunc ignis baptismum ad eam diuini spiritus effusionem refert, quæ tùm Apostolis in die Pentecostes, tùm aliis quibusdam discipulis non sine aperto miraculo contigit, & hac quidem ratione vult Christi baptismum præcellere: alioquin in Ioannis non minùs quàm in Christi & Apostolorum baptismo, communia dona spiritus ad salutem necessaria collata fuisset.

Errores Satij nō distinguuntur inter Ioannis & Christi baptisimum.

Quis autem vel mediocriter doctus ex his non deprehendat, in quot quantosque isti prolabantur errores, dum contra dilucidam Scripturæ veritatem, & constantem veterum sententiam, Ioannis & Christi baptismum ferè commiscet, neq; alium atq; aliū faciunt? Error autem omnis ex eo fonte manat, quòd Zachariæ verba non satis expendant, quibus ille diuino spiritu afflatus, de Ioannis filij sui officio ac ministerio sic est clarissimè vaticinatus: Et tu puer Propheta altissimi vocaberis: præbis enim ante faciem

Inter Ioannis & Apostolorum doctrinam discrimen agnoscedum est.

Domini parare vias eius, ad dandam sciētiam salutis plebi eius in remissionem peccatorum eorum. Fecit autem Ioannes quod prædixit pater, & pro ratione vocationis suæ partim docendo, partim baptizando fidus Messiaæ præcursor absolutè fuit. Proinde rudem prorsus & legis operibus iam diu assuesctum populum veluti pædagogus huc instituit & adduxit, vt ad Christi doctrinā & baptismum plurimi facti fuerint paratiores. Et adhuc isti audent fingere, nō solùm in baptismo, sed & in omni doctrina Ioannis & Apostolorū nullum fuisse discrimen. At qui Ioannes cum Iudæis, atq; vt sic dicam, cum Catechumenis duntaxat versari debuit, vt velut paruulos ac tyrones, ad capeffendam Euangelij gratiam præpararet & aduentanti Messiaæ, iactis primùm pœnitentiæ velut fundamentis, viam communiret. Apostoli verò Iudæis simul & gentibus, imbecillioribus & prouectioribus, iustificandis & iustificatis inseruiērunt, neque ita sicut Ioannes, circa elementa exordij sermonum Dei, vt Paulus appellat, laborarunt, sed viam etiam excellentiorem demonstrarunt, multoq; plura & sublimiora legis nouæ mysteria palàm enuntiârunt, vt potè orbis magistri, & primi architecti, ipsaq; vt Ioannes dixit, fundamenta Ecclesiæ, qui & sapientiam cibumq; solidum perfectis tradiderunt. Deinde non minimam errandi causam istis præbet, quòd de Christiano baptismo malè ac irreuerenter sentiant, cum vim eius diuinam ac singularem efficaciam ad gratiam iustitiæque homini conferendam non agnoscant, & ex eo signum quoddam ac symbolum duntaxat externum ad fidem excitandam atq; confirmandam faciant, effectum interim regenerationis & renouationis contra doctrinam Apostolicam illi adimentes. Docent igitur, eundem esse vsum aut fructum baptisimi Ioannis, & eius qui ex Christi institutione in nomine Trinitatis confertur: a deoq; veteris & nouæ legis Sacramentis vim eandem adscribunt. Quare nihil mirum, si Christi baptismum, quem adeò infirmum & imperfectū relinquunt, cum Ioannis baptismo, imò & cū veteri illa Iudæorum purificatione, componant. At enim neq; Scriptura concedit, neq; Patres docent, vt quemadmodū de Ioannis baptismo rectè dicitur, quòd baptizâr in pœnitentiam, sic etiam de Christi baptismo saluos homines facient dicitur. Hunc ipsum pœnitentia in remissionem peccatorum præcedat necesse est, sicut & Petrus in prima concione declarat, & Ambrosius comprobât, cum inter baptisima pœnitentiæ, quod penes Ioannem fuit, & baptisima gratiæ, quod sibi vendicat Christus, apertè distinguat.

Nonatores igne sentiant de Sacramento baptismi.

Accedit alius etiam istorum error ex verbis Matthæi & Lucæ collectus, cum Ioannes dicit, Ipse vos baptizabit in spiritu sancto & igne. Ioannes igitur, vt isti putant, haud negat in suo etiam baptismo Spiritum dari, sed hanc solùm excellentiā Christi baptismo tribuit, quòd in illo Spiritus & ignis, hoc est, igneus quidam baptismus, & externum admirandumq; donum distribuatur: atq; ita Christum in die Pentecostes baptizasse conuertunt, cum in suos visibili & admirando quodam modo Spiritum sanctum effudit. At si Ioannis verba penitiùs inspicimus, non erit obscurum, hoc illi propositum fuisse, vt suum

De baptismo ignis quomodo sentiant nonatores.

suum & Christi baptismum ratione vtriusque personæ, Domini & serui, tùm ab ipso effectu interiore, & non propter externum symbolum ignearum linguarum, præcipuè discerneret ac separaret. Qua de re Origenes, & variis quidem in locis monuit diligenter, vt vtriusque baptismi differentiam certius constitueremus. Ioannis baptisima in lege esse dicit, Christi verò ad Euangelium pertinere vult, de quo Paulus disertè loquitur: Quicumq; baptizati sumus in Christo Iesu. Rursum Ioannis baptismum facit expletionem veterum, non autem, sicut Christi baptismus est, inchoationem nouorum. Et idcirco à Christo dictum esse illud: Sine modò, sic enim decet nos adimplere omnem iustitiam: vt sciamus videlicet, quòd baptisima Ioannis expletio erat veterum, non inchoatio nouorū. Nec aliter sanè quàm Origenes, & sensit & docuit Cyprianus: Licet plenam, inquit, non habeat virtutem, suscipit tamen Christus baptisima Ioannis. Præparabit viam Domino Ioannes lauando exterius corpora, vt præcederet exterius laucrū securū baptismi, in quo conferretur animarum ablutio & peccatorū remissio. Præcessit quòd erat ex parte, vt cōsummatio sequeretur. Ad hæc Ioannes in aqua baptizatus inuitans ad pœnitentiam, & ad præparandum locum pœnitentiæ per baptismum, qui à Messia erat administrandus: Christi verò baptismus nō est corporalis tantum, sed & spiritualis, qui pœnitentè replet Spiritu sancto, vt in anima demoliatur etiam atq; consumat, quicquid illic immundū ac sordidū repererit. Postremò Ioannes hominē in hac duntaxat vita: Christus verò non solùm aqua simul & spiritu in hac vita, sed & igne post huius vite exitum baptizat, vt è viuis discendens, qui ad paradysum transire desiderat, lauacro igneo, vt idē Origenes vocat, seu igne purgationis baptizatus, siue mundatus, salutem consequatur eternā. Quoniā verò hunc ignis baptismum isti tantoperè vrgent, & solùm ad primos discipulos contrahunt, nos Patrum sententiā deserere nec possumus, nec debemus, qui locū hunc multò aliter, atq; sine dubio propriè magis intellexerunt, & intellectu scriptis explicârunt. Cyprianus hūc ignem refert ad tribulationem atq; tentationē. Ambrosius passionis baptismum appellat, quo etiā baptizati, velut aurum in fornace, purgantur atq; probantur. Hilarius intelligit ignē iudicij, quo baptizatos etiā consummari necesse sit. Basiliius verbū Apostolicæ doctrinæ accipit, quod varias signis proprietates cōprehendit. Chrysostomus ignem interpretatur feruorem & rectitudinem gratiæ, vel vt alij dicunt, abundantiam gratiæ, & copiā beneficiorum, quæ cum ipso baptismo, & baptizatis idem, in Christo liberaliter conferuntur. Nonnulli sic volunt ignem esse dictū, vt charitatis ardor designetur, quem Christus in terras venit mittere, & in reatorum cordibus cupit accessum flagrare. Verum nouatores his interpretationibus relictis, quæ cum hoc quidē loco maximè congruunt, vnā illam cupidissimè arripiunt, quæ ad solos Apostolos, primosq; discipulos, nec illos quidem omnes, pertinet. Etsi verò hanc de Apostolis expositionem nō reiiciamus, cum Christus ipse quæadmodum promiserat, suos per Spiritum sanctum noua quadam ratione, & non sine ignis specie baptizâr, tamen multò ponderosior ac probabilior ille sensus videri potest, si non ita contractè, sed magis generatim Ioannem de Christi baptismo ac eius effectu loqui statuamus. Reuera enim suū & Christi baptismum ita confert, vt vnum tantum in aqua, alterum verò in spiritu & igni, quod vtrumq; pro eodem plurimi accipiunt, collocet. Deinde se cum Apostolis & ministris aliis noui Testamenti cōfert, in quibus baptizat Christus efficaciter, hoc est, in Spiritu sancto, eoq; maiores illos facit, sibiq; præponit. Ornat etiam his verbis Ecclesiam, in qua Christiani præ Iudæis hanc insignem obtinent prærogatiuam, vt in Spiritu sancto & igne baptizentur, nimirum ob viam illam & eximiā diuini spiritus energiam, qui tanquam ignis omnem peccati maculam in baptizatis exurit, & nouum sapientiæ splendorem illis infundit, ac diuinæ charitatis flammam simul in illorum animis mirabiliter incendit atque nutrit, quemadmodum natu grandiores baptizati re ipsa sapiùs didicerunt.

In Luc. hom. 14. In Ioan. tom. 8. Ad Rom. ca. 6. Galat. 3.

Matth. 3.

Serm. de baptismo Christi.

In Luc. lib. 1. In Matth. c. 23. Lib. 1. de Baptis. d. Hom. 11. in Matth.

Luc. 12.

Act. 1. c. 2.

Hebr. 5. Luc. 24. 1. Cor. 12. Apoc. 21. 1. Cor. 2. Hebr. 5.

Tit. 3.

Leuit. 11. 1. Pet. 3.

Act. 2. Li. 2. in Luc.

Matth. 3. Luc. 3.

Act. 2.

De baptis. contra Donat. lib. 3. c. 16. Instit. li. 4. ca. 15.

suum & Christi baptismum ratione vtriusque personæ, Domini & serui, tùm ab ipso effectu interiore, & non propter externum symbolum ignearum linguarum, præcipuè discerneret ac separaret. Qua de re Origenes, & variis quidem in locis monuit diligenter, vt vtriusque baptismi differentiam certius constitueremus. Ioannis baptisima in lege esse dicit, Christi verò ad Euangelium pertinere vult, de quo Paulus disertè loquitur: Quicumq; baptizati sumus in Christo Iesu. Rursum Ioannis baptismum facit expletionem veterum, non autem, sicut Christi baptismus est, inchoationem nouorum. Et idcirco à Christo dictum esse illud: Sine modò, sic enim decet nos adimplere omnem iustitiam: vt sciamus videlicet, quòd baptisima Ioannis expletio erat veterum, non inchoatio nouorū. Nec aliter sanè quàm Origenes, & sensit & docuit Cyprianus: Licet plenam, inquit, non habeat virtutem, suscipit tamen Christus baptisima Ioannis. Præparabit viam Domino Ioannes lauando exterius corpora, vt præcederet exterius laucrū securū baptismi, in quo conferretur animarum ablutio & peccatorū remissio. Præcessit quòd erat ex parte, vt cōsummatio sequeretur. Ad hæc Ioannes in aqua baptizatus inuitans ad pœnitentiam, & ad præparandum locum pœnitentiæ per baptismum, qui à Messia erat administrandus: Christi verò baptismus nō est corporalis tantum, sed & spiritualis, qui pœnitentè replet Spiritu sancto, vt in anima demoliatur etiam atq; consumat, quicquid illic immundū ac sordidū repererit. Postremò Ioannes hominē in hac duntaxat vita: Christus verò non solùm aqua simul & spiritu in hac vita, sed & igne post huius vite exitum baptizat, vt è viuis discendens, qui ad paradysum transire desiderat, lauacro igneo, vt idē Origenes vocat, seu igne purgationis baptizatus, siue mundatus, salutem consequatur eternā. Quoniā verò hunc ignis baptismum isti tantoperè vrgent, & solùm ad primos discipulos contrahunt, nos Patrum sententiā deserere nec possumus, nec debemus, qui locū hunc multò aliter, atq; sine dubio propriè magis intellexerunt, & intellectu scriptis explicârunt. Cyprianus hūc ignem refert ad tribulationem atq; tentationē. Ambrosius passionis baptismum appellat, quo etiā baptizati, velut aurum in fornace, purgantur atq; probantur. Hilarius intelligit ignē iudicij, quo baptizatos etiā consummari necesse sit. Basiliius verbū Apostolicæ doctrinæ accipit, quod varias signis proprietates cōprehendit. Chrysostomus ignem interpretatur feruorem & rectitudinem gratiæ, vel vt alij dicunt, abundantiam gratiæ, & copiā beneficiorum, quæ cum ipso baptismo, & baptizatis idem, in Christo liberaliter conferuntur. Nonnulli sic volunt ignem esse dictū, vt charitatis ardor designetur, quem Christus in terras venit mittere, & in reatorum cordibus cupit accessum flagrare. Verum nouatores his interpretationibus relictis, quæ cum hoc quidē loco maximè congruunt, vnā illam cupidissimè arripiunt, quæ ad solos Apostolos, primosq; discipulos, nec illos quidem omnes, pertinet. Etsi verò hanc de Apostolis expositionem nō reiiciamus, cum Christus ipse quæadmodum promiserat, suos per Spiritum sanctum noua quadam ratione, & non sine ignis specie baptizâr, tamen multò ponderosior ac probabilior ille sensus videri potest, si non ita contractè, sed magis generatim Ioannem de Christi baptismo ac eius effectu loqui statuamus. Reuera enim suū & Christi baptismum ita confert, vt vnum tantum in aqua, alterum verò in spiritu & igni, quod vtrumq; pro eodem plurimi accipiunt, collocet. Deinde se cum Apostolis & ministris aliis noui Testamenti cōfert, in quibus baptizat Christus efficaciter, hoc est, in Spiritu sancto, eoq; maiores illos facit, sibiq; præponit. Ornat etiam his verbis Ecclesiam, in qua Christiani præ Iudæis hanc insignem obtinent prærogatiuam, vt in Spiritu sancto & igne baptizentur, nimirum ob viam illam & eximiā diuini spiritus energiam, qui tanquam ignis omnem peccati maculam in baptizatis exurit, & nouum sapientiæ splendorem illis infundit, ac diuinæ charitatis flammam simul in illorum animis mirabiliter incendit atque nutrit, quemadmodum natu grandiores baptizati re ipsa sapiùs didicerunt.

Postremò fallit istos locus in Actis, vbi refert Lucas venisse quosdam ad Apostolos, & accepisse Spiritum sanctum, cum illis manus imponentur, externo scilicet signo & præclaro miraculo accedente ad confirmationem rudis fidei, & ad Ecclesiæ primordia dilatanda, at Augustini verbis vtamur. Hic verò Calvinus, quem complures alij sequuntur, existimat, gratias spiritus visibiles per manuum impositionem datas baptismi

Quomodo distinguat Origenes inter Ioanis & Christi baptismum.

In igne baptizati quomodo intelligant Patres.

De vero sensu quomodo Christus baptisima ignem conferat.

Baptizati in spiritu nō dicuntur à Luca, qui donum Spiritus externum acciperunt.

baptismi nomine significari. At is nunquam probabit, de more scripturæ sic baptismum accipi, & Lucas apertè commonstrat, præcessisse baptismum in his, quibus Apostoli manus postea imposuere, cum externum illud Spiritus donum accessit. Sic enim apud Lucam legimus, Petrum & Ioannem venisse in Samariam, vbi receperant verbum Dei, & baptizati tantum erant in nomine Domini Iesu, per Philippum scilicet diaconum, vt Oecumenius post Chrysostrum annotauit: baptizati, inquam, absq; visibili signo. Pro his igitur orauerunt, vt Spiritum sanctum, hoc est, donum linguarum atq; prophetiæ, acciperent. Tunc imponebant manus super illos, inquit, & accipiebant Spiritum sanctum. Diuersa igitur dona sunt spiritus, quæ in baptismo in remissionem peccatorum vitæque nouitatem ordinariè conferuntur, & quæ per impositionem manuum Apostolicarum haud sine aperto miraculo à primis fidelibus accipiebantur. Merumque Caluini figmentum est, Lucam tot verbis non duo diuersa narrare, sed vnum idemque repetere, & primum rei summam proponere, deinde fusius explicare. Quin etiam quem tunc Apostoli morem obseruauerunt, is etiam num in Ecclesia perseuerat, vt primum baptizentur homines, & baptizatis manus ab Episcopis postea imponantur. Agnoscit hunc morem Dionysius, repetit & Hieronymus, quin & Cyprianus fatetur, Samaritanos à Petro & Ioanne baptismum non accepisse, sed quod illis deerat, hoc Apostolorum oratione & manuum impositione fuisse suppletum, vt pleniore gratia donarentur. Quod nunc quoque apud nos, inquit, geritur, vt qui in Ecclesia baptizantur, præpositis Ecclesiæ offerantur, & per nostram orationem ac manuum impositionem Spiritum sanctum consequantur, & signaculo dominico cõsummentur. Ac disertè Augustinus monet: Non pertinet ad omnes credentes, sed ad Episcopos tantum, vt baptizatis per manus impositionem dent Spiritum sanctum. Concidit igitur friuolum Caluini commentum, Samaritanos non à Philippo, sed ab Apostolis tunc baptizatos primum fuisse, cum illi manus suas iidem imposuissent, & baptismi nomine contineri quæleuncque donum vel signum externum, quod ex huiusmodi manuum impositione baptizatis conferebatur.

NEC VIDENT interim isti, quàm multa & graua hinc incommoda consequantur, si semel falsum hoc dogma recipiamus, Ioannis & Christi baptismum non separari, sed parem vtriusque vim & efficaciam constituere oportere. Primum enim Scripturæ loca, quæ contra hunc antiquum errorem grauisimè pugnant, alienis planeque contortis interpretationibus impiè deprauantur. Deinde non vacat periculo, vbi Ioannis baptismus diuina virtute & gratia destitutus, miscetur cum ea diuini Spiritus efficacia, quæ in sacro & Euangelico baptismo ex certa Dei promissione confertur, vt non solum peccata remittantur, sed & anima sanctificetur, & homo planè Deo reconcilietur. Præterea non exigua præbetur occasio, vt aduersus Pauli sententiam, credant homines ex ministrorum dignitate Sacramenta pendere oportere. Hinc consequi facillè posset, vt sicut isti Ioannis efferunt, sic alij Petri & Pauli aliorumque sanctorum baptismum & Sacramentum immodicè iactarent, Christoque Domino propter ministros iniuriam irrogarent, quemadmodum Corinthij Paulo superstitè & contradicente faciebant. Ad hæc munitur via non solum in Apostolis, sed etiam in aliis noui Testamenti ministris sacrum ministerium extenuandi, velut illi spiritum & spiritualem gratiam non conferant, sed in Sacramentis nihil præstent aut præstare possint amplius, quàm Ioannes, qui circa solam aquam se versari publicè profertur. Tum Sacramenta nouæ legis hac ratione viliora redduntur, si vllum alium, quàm Christum eius institutorem & authorem agnoscerimus: sicuti hîc quidem Ioannes à sectariis primi & maximè necessarij Sacramenti institutor cœpit appellari. Accedit quod hinc suum furorem fanaticum augeant Anabaptistæ, præsertim cum audiunt à Paulo tinctos esse, qui vero & perfectio Ioannis baptismi, vt ipsi putant, tincti iam antè fuerunt. Postremò res periculi plena est, à communi Patrum, omniumque tum veterum, tum recentiorum Theologorum sensu atq; consensu discedere, & quod peritissimi & sanctissimi homines iudicauerunt, conueltere & aspernari: id quod nihil sit aliud, quàm totam irridere antiquitatem. Certè Cypillus & Augustinus hoc pestiferum dogma reiecerunt, quod veteres & noui Donatistæ defen-

Perpetuum Ecclesiam docet, baptizatos per impositionem manuum accipere Spiritum sanctum.

Quæ consequantur incommoda, si Ioannis baptismus, idè quod Christianus baptismus dicitur.

In ca. ad.

a Eccle. hier. rar. ca. 2
b Aduersus Luciferianos.
c In Epist. ad Lubianum.
In quest. no. vi Test. q. 42.

1. Cor. 1. 14.

Ioan. 1.

Act. 19.

d In Ioanne lib. 3. c. 28. & lib. 2. c. 57. c Circa Donatist. mult. in locum.

a Sess. 7. de Baptismo, can. 1.

b In enchirid. c. 19.
c Quest. 37. ad orthodoxyos.
d Hieron. in 1 cap. Marc. Raba. de inst. cler. li. 1. cap. 26.
e In Enchirid. cap. 19. Matth. 3. Ioan. 1. Lib. de baptismo.

Marc. Luca 3.

Homil. 10. in Matth.

In c. 3. Luc.

Homil. 20. in Euangel.

defendunt: tum postrema synodus Tridentina, re diligenter excussa, perpetuò eos ferit anathemate, qui Ioannis & Christi baptismum pergunt exæquare. Quid multis? nunquàm non docuit Ecclesia, quam sequi magistrum par est, Ioannem sola corpora suo baptismo abluisse, à peccatis verò non mundasse, inque poenitentiam, & non in remissionem peccatorum suum in baptizando munus expleuisse: Apostolos verò secundum expressam Christi institutionem non solum baptizasse homines, sed & quod Ioannes non potuit, baptizando mundasse animas, & peccata remississe: atque ita quod ab Apostolis & aliis baptismi nostri ministris agitur, ad perfectum pertinere baptismum: Ioannis igitur vtilem quidem, sed imperfectum baptismum, siue, vt Augustinus loquitur, præcursorium ministerium extitisse. Quo circa venuste à Iustino dictum est: Ioannis baptismum Euangelicæ gratiæ quoddam fuisse præludium, siue vt alij non ineptè vocant, catechismum, quo Ioannes primus veluti catechista, Christiani baptismi cãdidatis debuit inferuire. Vt enim clarissimè dixit Augustinus: Non renascebantur, qui baptismate Ioannis baptizabantur, à quo & Christus baptizatus est, sed quod præcursorio illius ministerio, qui dicebat, Parate viam Domino, huic vni in quo renasci poterant, parabantur. Huius enim baptismus est nõ in aqua tantum, sicut fuit Ioannis, verum etiam in Spiritu sancto: vt de illo spiritu regeneretur, quisquis in Christum credit. Tertullianus quoque confirmat, Ioannis baptismum diuinum quidem fuisse mandato, non & potestate, quod & Ioannem, inquit, à Domino missum legimus in hoc munus, ceterum humanum conditione. Nil enim coeleste præstabat, sed coelestibus præministrabat.

CAETERUM aduersus hanc luculentam & communem Patrum actotius Ecclesiæ sententiam nouatores nobis opponunt, quod Ioannes prædicarit baptismum poenitentiae in remissionem peccatorum, sicut Marcus & Lucas asseruerant: Et rectè quidem hoc obiceretur, si à Ioanne fuisset additum, suum illum esse baptismum, qui remissionem peccatorum & salutem adferret. Prædicat verò baptismum poenitentiae in remissionem peccatorum, vt sciant homines, externam abluitionem, quæ tunc eius consilio & ministerio adhibeatur, symbolum & professionem esse agnitionis peccatorum veræque poenitentiae, quam omnes ad peccatorum veniam à Deo impetrandam egèrent. Eam verò gratiã ad suum baptismum non retulit, sed à Christo & eius baptismo voluit expectari, præparans interim animos tum prædicationis, tum baptismi sui ministerio, vt idonei essent ad peccatorum veniam & salutem per Christum & eius lauacrum suo tempore accipiendam. Igitur ad subsequendum Christi baptismum, & non ad suum ministerium refert beneficiũ hoc remittendi peccata: & propterea inter suum Christi que baptismum tam disertè discreuit, sibi aquam, & illi spiritum, seu sanctificantis spiritus efficaciam tribuens: vt nemo non intellexeret, hunc Christi baptismum esse solum, qui in aqua simul & spiritu perficeretur. Sic enim hunc locum Patres interpretantur. Hieronymi verba sunt planè perspicua: Ioannis baptismum nõ tam peccata dimisit, quàm baptismum fuit in remissionem peccatorum, id est, in futuram remissionem, quæ esset postea per sanctificationem Christi subsequutura. Vt enim antea præcursor Domini ipse, sic & baptismum eius præuium Domini baptismatis fuit. Nec minus luculenter Chrysostrum: Certè remissionem peccatorum baptismum Ioannis non habebat: hoc enim munus illius baptismatis erat, quod postea Christus instituit. Et paulò post: Vide igitur, quàm hæc diligenter expresserit. Cum enim dixisset, quia venisset prædicare baptismum poenitentiae, intulit, in remissionem peccatorum, quasi diceret: Ego illis confiteri peccata sua, & poenitentiam agere persuasi, non vt castigarentur omnino, sed vt dignius postea remissionis dona susciperent: ita istud baptismum alterius, id est, Christi baptismatis præparatio est. Chrysostrum vt in plerisque, ita etiam hoc in loco consonat Theophylactus: Baptisma Ioannis, inquit, cooperabatur baptizatis in remissionem peccatorum, quæ per baptismum Christi datur. Neque enim baptismum Ioannis remissionem peccatorum habebat, sed ad remissionem conferebat, hoc est, præparabat homines, vt acciperent baptismum, quod habet remissionem peccatorum. Sed & Gregorius Magnus in hunc locum ita scribit: Notandum quod dicitur, prædicans baptismum poenitentiae in remissionem peccatorum, quoniam baptismum, quod peccata solueret, quia dare non poterat, prædicabat: vt sicut incarnatum Verbum pa-

Doctrina Ecclesiæ cõpendiaria de collatione & tris que baptismi, Christi & Ioannis.

cc
cc
cc
cc
cc
cc

Quomodo sit intelligendus, quod Ioannes prædicat baptismum in remissionem peccatorum.

Confirmatio è Patrum testimonio. Aduersus Luciferianos.

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

trīs præcurrebat verbo prædicationis, ita baptismo pœnitentiæ, quo peccata soluntur, præcurreret suo baptismo, quo peccata solui non possunt: vt quia eius sermo præcurrebat præsentiam redemptoris, ipsam quoq; eius baptisma præcedendo fieret vmbra veritatis.] Et rursum: Ioannes baptismum suum in remissionem peccatorum dare non potuit, remissio etenim peccatorum in solo nobis baptismo Christi tribuitur.] Vt hinc etiam Anselmus rectè dixerit: Baptismus Ioannis non conferebat remissionem peccatorum, quia nondum effusus erat sanguis Christi. Sicut Ioannes præcursor fuit prædicationis, ira & baptismatis Christi.] In eandem sententiam totus Beda concedit. Confirmant hi Patres Tertulliani interpretationem, qui de Ioannis baptismo verba faciens, longè ante ipsos in hunc modum planissimè scripserat: Agebatur baptismus pœnitentiæ, quasi Candidatus remissionis & sanctificationis in Christo subsecuturæ. Nam quòd prædicabat baptismum pœnitentiæ in remissionem delictorum, in futuram remissionem enunciatum est. Siquidem pœnitentia antecedit, remissio subsequitur, & hoc est viam præparare: qui autem præparat, non idem ipse perficit, sed alij perficiendum procurat. Ipse profiteretur sua non esse cœlestia, sed Christi, dicendo: Qui de terra est, de terra loquitur: qui de supernis venit, super omnes est. Item sola se pœnitentia tingere, venturum mox qui tingeret in spiritu & igni,]

ILLUSTRES hi sunt, quos produximus, Ecclesiæ Patres, & germani interpretes eius loci, quo dicitur Ioannes baptismum pœnitentiæ in remissionem peccatorum prædicare. His planè consonat Augustinus, qui eundem in modum verba Euangelica intellexit, quicquid isti tandem more suo nugentur. Credo, inquit, baptizasse Ioanem in aqua pœnitentiæ in remissionem peccatorum, vt ab eo baptizatis in spe remitterentur peccata, re ipsa verò in Domini baptismo id fieret. Sic resurrectio, quæ expectatur in finem, spe in nobis facta est. Nam & ipse Ioannes cum dicat: Ego equidem baptizo in aqua pœnitentiæ in remissionem peccatorum: Dominum videns ait: Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi.] Quapropter siue Scripturæ testimonia, siue Patrum interpretationes, siue solida rationum momenta perpendamus, temerarios & irreligiosos homines eos cum Cyrillo possumus appellare, qui nullum faciunt inter baptismum Ioannis & Christi discrimen, sed pari laude vtrumq; afficiunt, & Ioannis baptismum sic efferunt, vt in eo non minus quàm in Christiano baptismo, renasci velint homines ex aqua & Spiritu sancto. Nam ita qui sentiunt ac docent, vt sacro baptismo vehementer detrahunt, sic Euangelium non leuiter deprauant, & Ioannem sibi prorsus repugnantem faciunt, & Donatistarum quoq; veterem confirmant errorem.

CAETERUM de hoc Ioannis baptismo multa ineptè profudit Kemnitius, homo tam superbus & arrogans, vt vnus, velut alter Goliath, aduersus totum Concilium Tridentinum, quod multis nominibus venerandum est, insurgere, & virgulam in illud censuræ sibi primus vsurpare minimè dubitârit. Repressit autè & fregit hostiles eius impetus generosus Christi miles, & inuictus Ecclesiæ pugil D. Tileranus, qui duplicem in illum apologiæ aciem explicauit, tantumq; cauillatoris argurium resellendo profecit, vt gloriosam de communi totius Ecclesiæ hoste victoriam doctorum iudicio reportârît. Sed neq; Caluini pudet, quæ illius est maledicentia, Chryostomum & Augustinum nominatim insectari: illum quidem, quòd neget in Ioannis baptismo comprehensam fuisse peccatorum remissionem: hunc verò, quòd affirmet in spe dimissa fuisse peccata baptismo Ioannis, Christi baptismo re ipsa dimitti. Pari demùm petulantia in alios inuehitur Patres, qui Ioannis & Christi baptismum separârunt, & vnum ab altero discernendum esse iudicârunt. Quibus hoc adiungit mendacium satis quidem impudenter, vt triusque baptismi aliam in Dei verbo differentiam nò posse inueniri, quam quòd Ioannes in eum qui venturus erat, baptizârît: Apostoli verò in eum, qui iam se exhibuerat. Vbi Caluini porro sequitur Bidenbachius, vt illius etiam verba propè trâscribat: adeo enim plerisq; nunc placet Caluini lectio, vt illum, proh pudor, sanctissimis etiã Patribus anteponan. Nos verò iam antè satis cõmonstrauimus, ex Euangelicis testimoniis clarissimè consutari, quæ Caluinus tam proteruè, quàm imperitè Patribus obiicit, & res ipsa declarat, Scripturæ testimoniis Patres inniti, qui præter eam suam sententiam firmissimis ratio-

Temerarios adu. sacros vocat. Cyrillus.

Kemnitius Ioannis baptismum defendens à D. Tilerano refutat.

Ibidem. In 3. c. Mat.

In 3. ca. Lu. Lib. de baptismo.

Ioan. 3.

De bapt. cõtra Dom. 1. lib. 1. c. 1.

Ioan. 1.

Lib. 2. in h. an. ca. 57.

In exam. cõtra Cõcil. Tridentin.

Instit. lib. 4. ca. 16. Ioan. 3.

Aduers. Tit. v. rous.

rationibus, quas isti nunquam euertent, optimè communièrunt. Sed inter alios, qui de Ioannis baptismo insulse scribunt, non possum nò admirari Zvinglium, qui Marci verba, Baptizabat Ioannes; in hunc modum interpretatur: *Capit baptismum pro Euangelio, quem admodum & Petrus in Epistola, ubi dicit: Baptisma nos saluos fecit.* Et iterum: *Baptizabatur omnes: hoc est, inquit, erudiebantur, docebatur in Euangelio.* Itaq; baptizari pro doceri positum esse vult, & baptismum pro prædicationis officio interpretatur. Verum enim verò quid est, per Deum immortalem, corrumpere verbum Dei, & Euangelium adulterare, si hoc nò est? Itane baptismi nomen, vim & proprietatem cõtra verum & genuinum Euangelistæ sensum obscurabit & obruet nobis hic impius & delirus interpres? Et tamen ad hanc nouam, coactâ & prorsus alienam interpretationem accedit Loffius, cum illa Pauli verba declarat, quibus duodecim Ephesij rogabatur, In quo erga baptizati estis? *Hoc est, inquit, in vel ad quod genus doctrinæ amplectendū vel profitendū: Non enim quarit de aqua baptismate, sed de doctrina, quæ sepe baptismatis appellatione significatur.* Quod vt probet, citat illud, Baptizabat Ioannes in deserto, prædicans baptismum pœnitentiæ in remissionem peccatorum: & quod Lucæ 12. Christus cum Iudæis disputans dixit: Baptismus Ioannis è cœlo erat, an ex hominibus? Neq; solum Loffius, sed & Zvinglij discipulus Bullingerus baptismum Ioannis pro doctrina eius interpretatur. Equidem haud video, quid in sacris literis integrum & sincerum relinquatur, si hoc modo cuiq; pro suo cerebro liceat, quando lubet, Scripturæ verbis abuti, & sensus assuere peregrinos. Hic sanè baptismi nomen ab istis planè peruertitur, & in doctrinam transmutatur, idque contra propriam Scripturæ phrasin, contra receptam loquendi consuetudinem, contra constantem Patrum sententiam, & cõtra communem piorum iuxta & doctorum omnium intellectum. Quis verò nò videat, ad abolendum sacrum baptismum magnum hoc esse compendium, & vix quicquã hac fraude aptius ab impiis Ecclesiæ hostibus excogitari posse, quàm si verbi & sacramenti, doctrinæ & baptismi nomina confundantur? Christus inter doctrinam & baptismum apertè discreuit, cum iussit omnes gentes & doceri, & baptizari. Discreuit & Paulus, qui se non ad baptizandum, sed ad Euangelizandum missum esse testatur. Quid? quod Caluinus homini salutem absque baptismo pollicetur, & qui locus in Euangelio baptismum esse necessarium probat vel maximè, eum apertè deprauat, & ad inauditam metaphoram, vt ex aqua non aquam faciat, sceleratè detorquet. Clarissimis nimirum verbis à Christo dicitur, & addit o iure iurando confirmatur: Amen amen dico tibi, nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, non poterit introire in regnum Dei. Quæ verba, sicut Patres & Synodi concorditer interpretantur, legem diuinam de aquæ baptismi nomen non necessario, firmam ac immutabilem sanciant. Verum hic sensus atque consensus Ecclesiæ, quem luculenta Christi verba præbent, adeo non placet Caluino, vt neget etiam hic baptismi fieri mentionem. Vt autem aquæ nomen cludat, Christi que verba prorsus interuertat, pro eodem habet, haberi que vult aquam & spiritum. *Vnde renasci aqua & spiritu nihil aliud est, inquit, quàm vim illam Spiritus recipere, quæ in anima id facit, quod aqua in corpore.* Tum alibi eadem verba tractans, aquæ nomen refert ad mortificationem, & epitheti vice aquam spiritui additam esse censet.

SED NEQUE spiritus nomen hic purum & incontaminatum relinquit Bullingerus, vt potè quod pro aère siue flatu aut vento interpretatur. Quin vt vocem vtranque & aquæ & spiritus à Sacramento baptismi disjungat, sic accipiendam putat, vt effectus & operatio quædam spiritualis, in his qui diuinitus illuminantur, à Christo significetur. Suffragatur huic quoque Caluinus, & apertè pronuntiat, quòd Christus aquam & spiritum dixit, id pro spiritu tantum qui sit aqua, simpliciter accipi. *Scio, inquit, alios aliter interpretari, (vt reuera orthodoxi omnes tot iam seculis interpretantur) sed hunc esse germanum sensum non dubito.* Neque verò Bullingerus & Caluinus hanc deprauationem primum excogitarunt, sed sequuntur ambo egregium scilicet ducem, & Anabaptistarum coryphæum Balthasarem Pacimontanum, qui hanc fenestram impiis aperuit, vt Christi verba, quæ Nicodemo dicuntur, ad aquæ baptismum & regenerationem hominis pertinere, cum ipso inficientur, & aquæ nomen allegoricum faciant, atque ita totum locum à baptismo, siue vt Paulus appellat, lauacro regenerationis auertant, nihil vt

Zvinglium baptismum accipit pro doctrina.

Loffius ex baptismi doctrina facit.

Haud quaquã confundere sunt doctrinæ & sacramenti nomina.

In 1. c. Marci. Ibidem.

In 19. Art. Apost. Art. 19.

In 19. c. Art. Apostolorum.

Mat. 20. 1. Cor. 3. In antidoto cõtra Cõcil. Trid. Instit. lib. 4. ca. 16. Ioan. 3.

In antidoto contra Concil. Trid.

Deprauatur nomen spiritus Ioan. 3. In 3. c. Ioan.

Instit. ca. 17. de baptismo.

Tit. 3.

In disputat. Ioannis Fabri cõ Balthas. de baptis. parvulorum.

Breſi. & Schmidelinus iniqui ſcriptura atque baptiſmi interprotes.

Petrus Martyr quot modis deprauat ſcripturam circa baptiſmum.

Quanta ſe notatorum ſcriptura deprauat inſipientia circa baptiſmum.

Remedio tolli ſacramenta & ſacra omnia prætextu Verbi Dei à notatoribus.

cum illo commune habere videatur. Quid? quod Brentius aliam quoque viam ad eundem demonstrat, ut videlicet quod baptismo debetur, id ad poenitentiam contorqueatur: quando sic eundem locum interpretatur: Nisi quis renatus fuerit ex spiritu & aqua, hoc est, nisi poenitentiam egerit, non potest introire in regnum Dei. Magna igitur est necessitas, magna utilitas poenitentiae. Et quoniam Caluinizat hac in parte Schmidelinus, vide obsecro, an non subdole animo virus inclusum fatis prodat, quando ex concessione ita loquitur: Si maxime sententia Ioan. 3. de baptismo intelligatur (quasi verò aliter intelligi rectè possit aut debeat) dummodo contentus absit, in casu inexcusable necessitatis, in Ecclesia natum sine baptismo saluari non dubitamus. Sed & Petrus Martyr fomniat nouam regenerationem, de qua Christus cum Nicodemus differit, Spiritu tantum fieri, ipsam verò Dei gratiam gemina voce, aquæ nimirum & spiritus, denotari. Deprauat etiam illum Petri locum, qui baptismum facit antitypum arcæ Noë, in qua octo animæ per aquam seruabatur: quod & vos, inquit, nunc similis formæ saluos facit baptismus. Negat enim per aquam externum elementum hic accipi: eam verò abluitionem interpretatur, quæ sanguine Christi fiat. Deprauat clarissimum Pauli locum, quo Christus dicitur seipsum pro Ecclesia tradidisse, ut eam aqua lauacro sanctificaret per verbum seu in verbo vitæ. Nihil enim aquæ vel baptismi externo vult tribui, quod vel ad remissionem peccatorum, vel ad salutem hominis pertineat. Si verò Scriptura symbolis tale quicquam adscribat, id per Metonymiam intelligi docet, quæ signis ea dantur, quæ sunt rerum significatarum, & significata nomine symbolorum offeruntur. Deprauat quod ab eodem Paulo scribitur: Quotquot baptizati estis, Christum induistis. Si accipias, inquit, inducere Christum pro eo, quod est illius membrum fieri, baptismum id antecedit. Deprauat demum & illam eiusdem Apostoli sententiam, In vno spiritu omnes nos in vnum corpus baptizati sumus, diserteque negat, quod à piis omnibus receptum & confirmatum est hætenus, Christianos per externum baptismum in corpus Christi primum transire: contendit interim nos ante baptismum de corpore Christi fuisse, sed & paruulos omnes ex fidelibus natos, ante baptismum habere non solum electionem, seu prædestinationem & promissionem Dei, verum etiam in fœdere à Deo adoptatos & adiudicatos esse. Quam verò sunt isthæc impura? quam absurda? quam impia? quam cum omni veterum Patrum sensu atque consensu pugnantia, & execratione profusus, non longiore confutatione digna? Itane patiemur tandem, tropis nescio quibus inuolui, & in sensus omninò peregrinos distrahi, penitusque peruertit ea, quæ Spiritus sanctus in Scripturis Canonice tam luculenter tradidit, & ad communem salutem omnium voluit pertinere, quæque sine tropo vllò tot seculis tum latina tum græca Ecclesia simpliciter intellexit? Quam est nefarium hoc Scripturas lacerandi corruppendique studium, vbi de tantis momentis rebus, id est, sacrosanctis Christi mysteriis & venerandis Ecclesiæ Sacramentis agitur, quorum apud istos quidem nulla est, vel minor certè quam apud Iudæos vnquam fuit, religio?

Sic igitur isti post hominum memoriã audacissimi, nouam hanc & excogitarunt, & tradiderunt artem, qua sententias Euangelicas & Apostolicas contra omnes omnium statum interpretationes turpissimè deprauarent. Quid quæso ineptius, quam quod aquæ nomen à sanctissimo baptismi sacramento partim ad gratiam spiritualem, partim ad poenitentiam virtutem violenter detorqueat, neque contenti veterem & damnatam Selencianorum & Herminianorum errorem instaurare, suum simul dogma, vel paradoxon potius inde confirmant, credant ut scilicet imperiti, aquæ baptismum ad salutem homini ad eò necessarium non esse, ut etiam sine illo paruuli, quemadmodum supra diximus, Abrahamæ fœdere contineri, & salui perpetuò esse possint? Quam tamen insignem nimirum Caluini sententiam, veluti piam & eruditam, mirificus ille conciliator Schmidelinus ex insituto defendit. Pronefas, quò demum prolabantur, & in quem statum nobis religionem Christianam adducant noui istiusmodi, modo ita dicere fas est, animicidæ & infanticidæ? Coeperunt primum Ecclesiæ Sacramenta tantummodò signa, symbola, tesseræ & ob signationes quasdam facere & appellare: postea è Sacramentis omnibus vix duo signa, & nec illa quidem integra, conseruariunt. Neque hinc etiã stertit impietas, sed eò contendit, imò huc ferè peruenit, ut solum verbi ministerium, siue Scripturam, cuius iudicium interim nulli non permittunt ac defertur, sine

In 3. cap. Matth. In refutat. li. 4. D. Hof

In 3. Reg. 11.

1. Pet. 3.

Ephes. 5.

Gal. 3.

1. Cor. 12.

In refutat. lib. 5. D. Hof.

De Spiritu sancto, c. 27.

In prefat. apol. de m. a. self. hominis Christi. Thema de prauation. August. Confess. In epist. de exorcismo.

sine Sacramentis & cæremoniis, sine sacerdotio & sacrificio, sine Episcopis & traditionibus, in illorum Ecclesiis passim superesse cernamus. Vnde conseqni necesse est, ut quemadmodum Basilius dixit: Euangelium ad nudum & inanem prædicationis nomen tandem contrahatur, totque passim circa religionem sensus orientur & dogmata, quot prope modum capita possunt numerari. Hinc illa Schmidelini vox: Non amplius, aut certe parum de verbis cæna litigatur, sed de his ipsis fidei articulis, qui sunt de incarnatione verbi & sessione Christi hominis ad dexteram Dei. Hinc & illa Nicolai Galli confessio: Perit iusto Dei iudicio non armis hostium, non inuictis hereticorum armis verè à nobis religio & Ecclesia, sed nostrorum inter nosmetipsos perfidia, infidelitate, incuria. Hinc Chytræi quoque dictum: Euangelici doctores inhumanis ferè ac truculentius, quam barbari milites, inter se belligerantur. Hinc demum & Heshusij lamentatio: Quoquò, inquit, verimus oculos, intuendo Christi cæterum (apud Euangelicos videlicet) nihil prope modum occurrit, quam noua docentium disidia, incrementa errorum, insignium doctorum defectiones à veritate, ministrorum piorum oppressiones, scholarum vel euerſiones, vel corruptiones, & Ecclesiarum, quæ laudabiliter erant constituta, in quibus sana Christi doctrina fulgebat, quæ domicilium erant veritatis, & sancta Spiritus sancti officina, tristissima vastationes. Meritò igitur lugemus hæc tristia Ecclesiæ vulnera, meritò obstupescimus. En tibi, quantum noua istorum doctrina profecit, quò demum in Scripturis interpretandis euasit audacia, si eorum & verbis & factis credimus, qui de summis verbi Dei & doctrinæ Christianæ capitibus, inter se mutuò tot modis tamque diu acerbè digladiantur. Sed ad Ioannem nostrum redeat oratio.

Qua sequantur incommoda ex locis nonorum Scriptura interpretum.

CAPVT OCTAVVM.

Baptizabantur ab eo in Iordane, confitentes peccata sua. Matth. 3. Marc. 1.

MAGDEBURGENSES.

NON admittebat Ioannes quenquam ad baptismum, nisi prius fuisset confessus, hoc est, poenitentiam egisset, agnoscendo peccata, & credendo in Messiam, & damnando priores errores & peccata, in quibus fuisset perditus: denique, etiam promittendo in fide & operibus bonis perseverantiam. Lib. 1. cap. 10. col. 361. Et cap. 6. col. 253. Neminem admisit Ioannes ad baptismum, nisi peccata sua prius fuisset confessus, & explorasset, an valedicto Iudaismo Messiam presentem fide apprehenderet. Tum cap. 4. col. 147. Monebat Ioannes de peccatorum cognitione, fide in Christum, & de noua obedientia. Et lib. 1. cap. 4. col. 161. Appareret accedentes ad baptismum prius ibi testificatos esse se peccatores esse, & veniam expetere propter Messiam, quem Ioannes præsto esse dicebat.

CENSURA.

NON FRVSTRA IOANNES È DESERTO IN PVBLICVM PRODIT. SVMMA enim cum fide, nec minore successu partim doctoris, partim baptistæ apud populum munere fungitur. Qui vocem clamantis audiuerunt, conuertuntur ad Dominum, sicut Angelus prædixerat fore. Inuitati ad nouum baptismum, lubentibus accedunt animis, non veluti hypocritæ, sed qui ex animo peccata sua, ut apud se ipsi agnoscerent, sic etiam coram Ioanne confiteri non erubescant, Vnde confregit ille suo malleo petras, hoc est, dura & ferrea Iudæorum corda tum vitæ suæ sanctitate, tum singularis doctrinæ virtute ita cocussit, ut quos exiebat dignos poenitentia fructus, quibus peccatorum agnitio & externa confessio annuereat, eos ab accedentibus haud gratatim impetraret, atque ita, quòd fore nuntiauerat Angelus, plebem Domino perfectam pararet. Cæterum de hac populi confessione, quæ tum apud Ioannem fiebat, non erit abs re, nos hoc loco breuiter differere. Non fuit illa certè, qualem requirebat lex vetus à peccatoribus, ut illi perpetrata quædam delictorum genera, oblatione per Sacerdotem in templo facta, & simul addita quacunque confessione

Ioannis ministrum multum fuisse salutem.

Quomodo populus apud Ioannem sit peccata confessus.

siue secreta illa, siue verbis quibusdam expressa fuerit, non disputo) expiantur. Notarunt Hebraei, sacrificia legis non profuisse, nisi poenitentia & confessio peccatorum accessissent, iuxta illud quod alibi scriptum est: Confitebuntur peccatum suum quod fecerunt. numer. 3. Et quamuis purent confessionem eam fuisse vocalem, tamen multum ab ea differebat, qualem nunc retinet, & tot seculis probata in vsu semper habuit Ecclesia: quam secretam, & auricularem, & Sacramentalem confessionem appellant. Quare miror³ Caluini, Bullingeri & aliorum nouatorum impudentiam, qui Catholicos hoc nomine palam inculant, quod suam confessionem, seu receptum confitendi ritum, ex hoc loco confirmant atq; defendant. Etenim nullus Catholicorum ex praesenti loco confitendi legem praescribit: nullus in hoc Iudaeorum exemplo Sacramentalem, vt vocant, confessionem intelligit: nullus etiam vel medicriter doctus dubitat, aliam esse confessionem ante baptismum catechumenorum, qualis & illa fuisse videtur, & aliam post baptismum relapsorum, de qua Lucas in actis hoc prodidit: Multi credentium veniebant confitentes & annunciantes actus suos, sicut hunc locum etiam Basilii Magni interpretatur. Sed audi vocem hostilem, qua suam prudentiam, imo insciam Bullingerus declarat. *Satis*, inquit, *fuerit, si ipsi Deo vel ore, vel factis confiteamur peccata nostra, dummodo id fiat ex animo, & corde contrito & fideli.* An vero tantum de perfidus Iudaeus non posset dicere? Quando fuit quae-so, haec quae soli Deo fit confessio, non visitata, non utilis & necessaria peccatis, modo hi cum offenso Deo in gratiam redire vellent? Praeterea hic confitendi modus, non particularis, sed communis, quem cum suis vrger vnice Bullingerus, quid habet omnino com-mune cum exemplo eius confessionis, quam omnium aetatum Ecclesiae scriptores confirmant, quam Lucas describit, quam Iacobus a fidelibus postulat, quam demum^c Patres & Theologi ex Christi verbis diuini esse iuris ostendunt?

SED nolumus in praesentia de hac Euangelica & externa confessione, quae cum poenitentiae Sacramento coniuncta est, intempestiue tractare. Duo tantum de confessione populi, quae apud Ioannem agebatur, submonemus. Primum Ioannis auditores, vt congruos poenitentiae fructus praestent, non solum baptismo ipso, quem a Ioanne submisit capiebant, se peccatores esse profitentur, sed quod maius & difficilius erat, peccata etiam sua confiteri & humili voce prodere non dedignantur: peccata inquam, quae fortassis antea sine pudore & timore perpetrarant, ac vix etiam pro peccatis habenda esse arbitrabantur. Alioquin haud dubie persuasum habebant omnes, se peccatores esse, & Dei egere gratia. Nec sunt vlli ferè tam scelerati & flagitiosi homines, quos peccatorum conscientia etiam velut surdo verberare non percutiat aliquando, quiq; non sentiant simul & agnoscant, se in peccatorum numero versari. Proinde hoc discrimen, quod aut negant, aut dissimulant sceleratij, sedulo retinendum est, aliud nimirum esse peccatores se agnoscere, aliud peccata sua confiteri. Illud ab omnibus quouis loco & tempore faciendum exigit Deus: qui & humili peccatorum confessione, gratia vtique sacrificio, maxime delectatur: hoc ad Euangelicam legem proprie spectat, nec est perinde piis ac iniustus necessarium, maioremq; illis pudorem adfert, qui occultum sui peccatoris vulnus & virus medico spiritali aperit, quem sibi loco Christi deligunt ad consolationem & absolutionem Euangelicam accipiendam. Deinde, vt ad alterum caput accedam, etsi confessio peccatorum apud Ioannem facta, neque praecipuum Dei, neque gratiae promissionem habuerit, ornabat tamen Ioannis ministerium, & singularem praedicationis illius fructum declarabat. Sed & auditores eius, velut pulchrum agnitionis peccatorum, & interioris poenitentiae symbolum commendabat. Erat praeterea typus confessionis in Ecclesia non multo post consecuturæ: sicut & Ioannis baptismus, vt diximus, Christiani baptismi velut praeludium, singulari Dei prouidentia praecurrit. Vnde Basilii Magni, vbi de confessione tractat, exemplum ab his accipit, qui Ioanni peccata sunt sua confessi, simulq; docet, necessarium esse, Christianos confiteri peccata iis, quibus administratio mysteriorum Dei concedita est. Sic enim & qui olim poenitentiam egerunt, coram sanctis, inquit, fecisse compentuntur.]

SED ad Centuriatores nostros redeundum est, qui multo hinc errores congerunt, si paulo pressius eorum verba excutiatur. Primum praeter Scripturæ morè, & contra visitatam loquendi consuetudinem faciunt, cum vno confessionis nomine tam multa, tam grandia & graua, quae ipsi commiserunt, volunt contineri. Sic enim interpretantur illud: Confiten-

Catholici a se-
cularibus immerito
reprehensi.
Alia confessio ca-
techumenorum,
quam a bap-
tismo relapsorum.

Populus apud
Ioannem peccata
confitebatur.

Aliud est pecca-
tores se facere.
aliud peccata
sua confiteri.

Populi apud Io-
annem confessio
quid doceat.

Quam multa
Centuriatores
confessionis no-
mine compre-
hendunt.

a In harmo-
nia Euang.
b In 3. cap.
Matth.

Act. 19.
In quest. co-
pendio expli-
catis, quæst.
288.
In 3. cap.
Matth.

Act. 19.
Iacob. 5.
Orig. hom.
2. in Psal. 37.
Aug. h. 49.
Hiero. in 16.
Matth.
Cypri. lib. de
lapsis. Leo
Magn. epist.
91. & 42.
D. Thomae
par. 3. quest.
6. & seq.
Mag. sent.
li. 4. dist. 17.

Leuit. 16.
3. Reg. 3.
Prover. 28.
Eccles. 4.
et 17.

In questio-
nibus. compen-
dio explicatis,
quest. 288.

Matth.
tes

tes peccata sua, vt hic simul includantur integra poenitentia, Euangelica fides, expressa peccatorum agnitio & detestatio, renunciatio Iudaismi, ac singulorum promissio in Christiana fide & bonis operibus perseuerandi. Atqui non artis, sed audaciae, sed temeritatis, sed imperitiae singularis argumentum est, in confessionis nomine sic ludere, vt prorsus disparia sine discrimine confocientur, & qui peccata sua confessi esse dicuntur, superiores partes omnes absoluisse credantur. Deinde magnae cuiusdam est imprudentiae, quod contra omne decorum Ioannem tam seuerum & austum hoc loco videri volunt, qui a suis auditoribus ante baptismum tam multa exegerit. Illud quidem de Ioanne testatur Lucas, quod publicanos & milites ad se suumq; baptismum venientes benignè tractarit, & pauca quaedam illis in mandatis dederit. Quis verò credat, quod vir sapiens eo tempore tam multa & ardua, sicut hic recēsetur, baptizandis omnibus & singulis voluerit iniungere, vel ab eis serio postulare? Agebat nempe cum crassissimo populo, qui parum aut nihil sacris in rebus versatus, diuersorum vitiorum & scelerum generibus coopertus, & rebus cupiditatibusq; terrenis affixus, verè in tenebris & vmbra mortis ambulabat. Nec dubium, quin animaduerteret prouidus magister, quam minimè tutum foret, animis eiusmodi Tyronum, vereq; paruulorum quibus lacte opus esset, plus oneris & praecipuum imponere, quam imbecilles ferre & vellent & possent: meritoq; cauere debuit, ne si vinum nouum, vt Christus loquitur, in vres veteres mitteret, plus inde detrimenti, quam commodi acciperet, maleq; talibus cōsuleret audit oribus. Igitur vt profanos homines paulatim ad capeffenda maiora & sublimiora posset puehere, tam prudenter à timore diuino, qui principium est sapientiae, suas conciones orditur: & quae partim de poenitentia, partim de fide docet, eò planè refert, vt hac qualicumq; paedagogia duos & male feriatos homines ad Christum eiusq; baptismum, & Euangelij gratiam informet, praeparet ad suafaciendos. Hoc nimirum erat, praere ante faciem Domini: hoc erat praecurforem Christi agere: hoc erat deniq; viam Domino praeparare, & vocem clamantis in deserto exhibere, quemadmodum eius officium vel maxime postulabat.

ILLVD verò non potest non ridiculum videri, quod affirmant, inter alia exegisse Ioannem, vt baptizandi valediceret Iudaismo. Dicerent fortasse aliquid, si Ioannes ille tum abrogasset legem, & religionis Mosaycae statum immutasset, ac nouam prorsus religionem fuisset exorsus. Sed hoc falsum esse iam antè conuicimus, rursusq; testatur, rationem temporis non tulisse, vt ante immolatum agnum, qui tollit peccata mundi, & templi velum planè submouet, lex abrogaretur, & politia Iudaica mutaretur, & noua prorsus religio introduceretur. Nondum erat lex mortua, quando vetus Testamentum profuso in cruce sanguine Domini non fuit consummatum & euacuatum: nondum lex mortifera, cum Euangelium ab Apostolis iussu Christi non esset publice disseminatum. Quomodo igitur aut licuit, aut decuit, aut expediuit, à baptizandis exigere Ioannem, quod haud sine peccato possent illi praestare, qui de abrogatione legis vix quicquam cogitabant, adeoq; post Christum in caelos assumptum, & post publicatum Euangelium adhuc dubitabant, suaq; dubitatione causam praebant Apostolis, vt Lucas auctor est, ad primum Concilium Hierosolymis celebrandum? Sed & illic in legis gratiam non nihil concessum cernimus, vt nimirum à suffocato tum gentes, tum Iudaei omnes abstineret. Tantae curae Apostolis fuit, vt vetus illa Synagoga, quae fide post mortem & resurrectionem Domini reuelata, tanquam officij sui vitam amiserat, sicut defunctum corpus, necessarium officium quodammodo ad sepulturam religiosè deduceretur, quemadmodum eleganter loquitur Augustinus. Per similes autem fuit in Ioanne charitas ac moderatio, qui voluit cum iis qui adhuc erant sub lege Iudaeis, Iudaeum agere, & praesentem Iudaismi veterisq; politiam statum salua doctrinae veritate confirmare potius, quam vlla ex parte labefactare. Hinc à Chryostomo dictum est, vt supra meminimus, Ioannem extra legem nihil vel docuisse, vel fecisse.

Vix autem vlla eget confutatione, quod porro contendunt, Ioannem de fide speciali, qua Messiam omnes apprehenderet, & salutem vnice consequerentur, non docuisse solum, sed ante baptismum etiam singulos examinasse. Quid verò aut doceret Ioannes, aut in examen adduceret, quod antea nec didicit, nec probauit vnquam, de fide scilicet non Euangelica, sed fictitia, sed charitate destituta, sed Lutherana istisque familiari,

Ioanni à Cen-
turiatoribus
plerazq; citra
Scripturam af-
fingi.

Ioannes doctri-
nam suam rudi
populo accom-
modauit.

An exegerit à
baptizandis Io-
annes, vt valedi-
ceret Iudaismo.

cc
cc
cc

Fidem speciale
qua Messiam
praesentem ap-
prehenderent,
nec à Ioanne
exactam, nec à
Iudaeis adhibi-
tam fuisse bap-
tismo.

Luc. 3.

Esai. 9.
Luc. 1.

1. Cor. 3.

Matth. 9.

Eccles. 3.

Marc. 1. et 3.

Luc. 1.

Esai. 40.

Ioan. 1.

Ioan. 1.

Matth. 27.

Galat. 3.

Hebr. 9.

Roman. 5.

Act. 15.

et 21.

Epist. 6. ad
Hieron.

In Matth.
hom. 2.

Novatores Veram fidem dogmaticam et iustificatorem amittunt, dum suam arguent fidem specialem.

qua licet nobis scilicet, quamlibet iniustus, sola iustitiae Christi apprehensione & imputatione iustos & sanctos & beatos esse? Hac ipsa fide gloriantur, sibi que plurimum blandiuntur Anabaptistae, Sacramentarii, Trinitarii, & quorquot hodie sectis & opinionibus ab Ecclesiae fide alienis adherent, quantumvis se mutuo vti haereticos damnent. Fidem enim, aut potius vanam fiduciam iactant omnes, qua promissionem Euangelij & misericordiam Dei propter Christum mediatorem sibi applicent, cerroque citra dubitationem omnem statuunt, se à peccatis absolui, seque propter Christum iustos, & ad vitam aeternam electos ac praedestinos esse. Quis autem non intelligit, quam fallax & inanis ab omni que pietate remora istorum sit apprehensio fiduciaque, dum vera iustificationis & salutis omnis basi, qua Catholica fides est, planè destituuntur, ac in multis etiam rebus Dei verbo, sanè quidem & orthodoxè intellecto, minimè assentiuntur? Quomodo igitur isti, quicquid sibi demum persuadeant, pro Dei filiis haberi, aut Ecclesiae membra esse, aut etiam fideles rectè dici unquam possunt? Confundunt planè, imò etiam excludunt tum fidem dogmaticam, vt eam Cyrillus Hierosolymitanus appellat, qua per omnia veritati orthodoxè assentitur, tum ipsam, qua per charitatem operans hominem iustificat, & sine charitate sufficere ad salutem homini nequaquam potest, vt Paulus & Augustinus ostendunt. Igitur quod ad Ioannem attinet, is nouam hanc fidem cum iustitia istorum imputatiua prorsus ignorauit, sicut eandem vetus Ecclesia vsque damnauit. Monuit ille quidem de vera Deoque grata, & credentibus necessaria obedientia, nec minùs absolutam illam & ipse praestitit, quam ab auditoribus postulauit, magister procul dubio in fide & veritate perfectus, omnisque iustitiae & obedientiae laude cumulatus. Verum in scholis nouatorum postquam rebus & vocabulis in religione nouandis opera dari coepta est, haec verborum portenta non sine fraude & nata, & vsu trita sunt, nimirum de noua obedientia, de fide sola, de iustitia imputatiua, de seruo arbitrio, de cultibus, ritibus, adiaphoris, & qua sunt plures id genus prophanæ vocum nouitates in Ecclesia prorsus inusitatae, quas Paulus scriò iussit deitari, formam sanorum verborum exigens. Nisi fortè quis putet, nouam obedientiam ab illis rectè dici atque defendi; qui cum veteri Ecclesia eiusque obedientia, qua ante Lutherum in Repub. Christiana vigeat, nihil sibi volunt habere commune: qui praeterea quicquid nouorum dogmatum spargunt, in his ingentem sibi arrogat auctoritatem, & nouam ab orbe toto exigunt obedientiam. Sed & nouam appellare licet, qua ab istis constituitur in iustificatis, quod eam contra veterum omnium sensum atque consensum tam imbecillam, exilem, impuram, deformem, & imperfectam faciant, vt plus propemodum inobedientiae, quam verae obedientiae viris quamlibet sanctis & perfectis relinquat. Tam languidas quippe vires in renatis fingunt, sic omnem iustitiae laudem & virtutis perfectionem illorum benefactis adimunt, vt etiam Christi beneficium baptizatis amplissimè communicatum indignè obscurent extenuentque. Largiamur autem hoc Melanchthoni, in latrone cum se ad Christum in cruce conuerteret, nouam vel inchoatam obedientiam fuisse. Negamus autem hoc nomen illis deberi, de quibus tam praclare Scriptura testatur: Deus tentauit eos, & inuenit illos dignos se: tanquam aurum in fornace probauit eos, & quasi hostiam holocausti accepit eos. Cur enim probatae fidei & exploratae virtutis viris, qui cum Apostolis & Martyribus verè sanctis per ignem & aquam transferunt, obedientia solum noua & inchoata, contra omnem Scripturam Patrumque consuetudinem, tribuatur? Scimus renatis in Christo nunquam non enisendum esse, vt spiritu mentis renouentur, vt in accepta iustitia progressus faciant, siue vt Ioannes loquitur, vt iustus quisque adhuc iustificetur, & sanctus adhuc sanctificetur. Nam, vt dici solet, in via Domini non progredi est regredi, non proficere est quodammodo deficere. Neque tamen idcirco conuenit, vt in omnibus iustis inchoata & noua, nescio qua, obedientia constituat, sed quemadmodum ex Augustini sententia suos habet gradus iustitia & charitas, vt alia sit quidem inchoata, alia prouecta, alia magna atque perfecta, sic etiam de obedientia dicere sit consentaneum. Et quemadmodum eodem teste, quando amplius diligimus in hac vita Deum, tanto sumus iustiores: ad eundem sanè modum rectè dixeris, quanto amplius diligimus in hac vita Deum, tanto

Quatenus obedientia noua à nouatoribus Verè doceatur.

Obedientiam solum inchoatam iustis omnibus non competere.

Catechests. ad iulian. masos.

a Galat. 5. 1. Cor. 13. b De Trin. lib. 3. ca. 38. De fide et operibus, cap. 14.

1. Tim. 6. 2. Tim. 1.

Luca 23. In disputat. 2. de bonis operibus, Sapient. 3.

Psal. 65.

Apoc. 22.

De nativ. et grat. cap. 70. Contra 2. ep. Pelag. lib. 3. cap. 7.

rantò magis eius praeccepta seruamus, atque in diuinae legis obedientia euadimus perfectiores. Ac multa in Scripturis exempla cernimus eorum, qui eximie iusti, perfecti, obediens commendantur, vt postea docebitur: inter quos Ioannes & huius parètes merito annuerantur. Cur verò illis velut in Christo paruulis, quibus adhuc lacte magis, quam solido cibo est opus, nouam & inchoatam, & non potius tanquam viris perfectis veram & eximiam tum iustitiam, tum obedientiam ascribamus? Neque animaduertunt isti praeclearam Christi sententiam, quam certè Ioannes non modò sibi dictam putauit, sed & aliis haud dubiè tradidit, & suis ipse moribus confirmauit: Sic enim, inquit, decet nos implere omnem iustitiam. Quo iustitiae nomine complexus est Dominus non vanam sanè virtutem, sed praecceptorum Dei perfectam ac exactam, qua huius quidem vitae staturae quadret, & à renatis in Christo, in quibus peccatum non regnat, praestari potest, obedientiam, vt hunc etiam locum Chrylostomus, Chromatius & Theophylactus interpretantur. Est enim duplex forma perfectionis, vt ex Paulo colligit atque probat Ambrosius: alia medios, alia plenos numeros habens. Alia hinc, alia ibi: alia secundum hominis possibilitatem, alia secundum perfectionem futuram. Deus autem iustus per omnia, sapiens super omnia, perfectus in omnibus.]

Luca 1. 1. Cor. 3. Hebr. 5.

Matth. 3.

a Homil. 12. in Matth. b In cap. 6. Matth. c In 3. cap. eiusdem. d Lib. 3. Of. fisor. ca. 2.

Cent. 1. li. 1. col. 361.

Matth. 24.

e Matth. 3. f Iacob. 1. g 1. Ioan. 2. h 1. Cor. 9.

De sententia Christi sic decet nos implere omnem iustitiam.

Duplex hominis perfectio.

An Ioannes baptiz. ados omnes et singulos de multis examinari.

Quibus fundamentis nitantur dicta Centuriarum.

An sibi quisque polliceri debeat perseverantiam in fide et operibus bonis.

Quod verò constanter affirmant Magdeburgici, non nisi primò examinatos ad Ioannis baptismum admissos fuisse, non est difficile quidem de illo iudicare. Primò enim quid Ioannes hac in parte tunc egerit, Scriptura non exprimit. Deinde vt maxime concedamus, id quod audacter magis quam prudenter isti pronuntiant, verum esse, tamen non est existimandum, Ioannem nescio quem catechisten & examinatore fuisse, qui cum baptizandis tam egerit scrupulosè, velut secundum praescriptas in catechismo vel examine quaestiuiculas & regulas, cunctos & singulos pro istorum voluntate censuerit interrogandos. Libet enim istis pleraque Ioanni affingere, qua ipsi aut in suis Ecclesiis facerant, aut ab aliis fieri vellent, vt hoc scilicet modo nouandae religionis studia Ioannis exemplo, veluti pulchro quodam pallio, obtegant atque commendent. Quod verò examen à Ioanne seruatum esse volunt? Non admittit quoniam ad baptismum, inquit, nisi prius penitentiam egerit, agnoscendo peccata, & credendo in Messiam, & damnando priores errores & peccata, in quibus fuisse perditus, denique etiam in promittendo in fide & operibus bonis perseverantiam. Ac de prioribus quidem huius examinis partibus iam antè satis dictum est. Quod verò in Scripturis exat, aut commonstrari potest, iudicium huius nouae, quam constitunt, perseverantiae? quis vnquam ex Patribus docuit, Ioannem à baptizandis exegisse, vel nunc etiam exigendum esse, vt explicatè illi promittant, certoque credant & statuunt, se post baptismum susceptum in fide & operibus ad finem vitae vsque constanter esse perseveraturos? Quis praeterea credat, sapientem virum sua consilia sic instruisse, vt rudem, crassum & in sacris adhuc male institutum populum, totque hominum ad baptismum vndique concurrentium milia, tam noua, tam dura & ardua lege grauaret, eamque obtruderet omnibus & singulis baptismi candidatis? Non est sententia isthaec pluribus persequi, qua cum falso coque duplici fundamento innitantur, propemodum se ipsa euertunt. Vnum est, quod fingant Ioanni perfectum fuisse baptismum, ad quem capeffendum, tam accurata opus fuerit accedentium praeparatione. Alterum, quod hinc etiam tacite suum dogma confirmet, nullum videlicet verè iustificari, nisi certissimè credat, secumque citra hesitationem omnem statuatur, se in numero praedestinatorum esse, seque à magno illo perseverantiae dono, de quo dixit Veritas: Qui perseverauerit vsque in finem, hic saluus erit, non posse reici & excludi. Quam verò miserè fallunt sese, qui etsi contra Ioannis doctrinam fructus poenitentiae nullos faciant, nec sint verbi factores, vt Iacobus vocat, licet praeterea secundum Christi exemplum, vt Ioannes exigit, non ambulent, neque cum Paulo castigent corpus, vt illud spiritui subiiciant, tamen se reprobos fieri non posse confidunt, & sine iustitia propria, sine reuelatione diuina, sine difficili pugna, triumphum sibi & suis ante victoriam, vt est in proverbio, laetissimè pollicentur? Vbi non multum isti à graui & iam dudum confutato Iouiniani errore absunt, qui iustificationis gratiam semel acceptam, à Christiano amitti non posse confinxit: & Ioannem praeterea

præterea nefarij dogmatis testem ac patronum asciscunt, velut is ipse à baptizandis exigat, vt sine dubitatione vlla statuatur, & cum certitudine absoluta polliceantur, se in fide & operibus bonis perseveraturos. Nos verò in his ac alijs id genus commentis & executiendis & confutandis non immorabimur, præsertim quòd optimè speremus, studiosos & doctos facillè intellecturos, haud sine fraude Centuriatores, cum Ioanni tam multa licenter assuunt, non ad veritatem comprobendam, sed ad suas opiniones firmandas obuia quæque arripere atque contorquere. Solum vnam atque alteram Patrum sententiam ascribemus, vnde veram de perseverantia doctrinam, quæ traditur in Ecclesia, certius confirmemus. Bernardus quidem ita loquitur: Quis potest dicere, ego de electis sum, ego de prædestinatis ad vitam, ego de numero filiorum? Quis hæc dicere potest? reclamante nimirum Scriptura: Nescit homo, si sit dignus amore, an odio. Certitudinem vtiq; non habemus, sed spei fiducia consolatur nos, ne dubitationis huius anxietate penitus, cruciemur. Propter hoc data sunt signa quædam & indicia manifeste salutis, vt quibus certitudinem negat causa sollicitudinis, vel fiduciam præstet gratia consolationis. Nam quales simus, nosse possumus vel ex parte: quales autem futuri simus, id nosse penitus nobis impossibile est. Itaque qui stat videat ne cadat. Neq; aliter de perseverantia docet Augustinus: Iusti, inquit, licet de sua perseverantia præmio certi sint, de ipsa tamen perseverantia sua reperiuntur incerti. Quis enim hominum se in actione profectuque iustitiæ perseveraturum vsque in finem sciat, nisi aliqua reuelatione ab illo fiat certus, qui de hac re iusto laentique iudicio nõ omnes instruit, sed neminem fallit? Et rursus: Non dicant homines perseverantiam cuiquam datam vsque in finem, nisi cum ipse venerit finis; & perseverasse, cui data est, repertus fuerit vsque in finem. Pestilens ergo & detestanda est Hieronymi Zanchij sententia, mandato Dei vnumquemq; teneri certò credere certitudine fidei, se in fide perseveraturum, seque in Christo ad salutem æternam electum ac prædestinatum esse. Constans autem & sincera Ecclesiæ doctrina est, quàm Synodus Tridentina confirmavit, de arcano diuinæ prædestinationis mysterio nulli mortalium ita præsumendum esse, vt certò statuat se omninò esse in numero prædestinatorum, vtque sibi munus perseverantiæ polliceatur, et si in Dei auxilio spem suam quisq; firmam collocare debeat.

Quomodo Patres de perseverantia doceant.

Pestilens error Zanchij.

Sermo 2. in octava Pentecost. & 1. in septima. 2. Eccles. 9.

1. Cor. 12. De civitate Dei lib. 11. cap. 12.

De honore perseverantiæ, caput 6. Lib. 5. de creatura Dei cap. 2.

Sess. 6. can. 23.

CAPVT NONVM.

Et hoc est testimonium Ioannis, quando miserunt Iudæi ab Hierosolymis Sacerdotes & Levitas, vt interrogarent eum, Tu quis es? &c. Quid ergo baptizas, si tu non es Christus? Ioan. 1. Videns autem multos Pharisæorum & Sadducæorum, venientes ad baptismum suum, dixit eis: Progenies viperarum, quis demonstravit vobis fugere à ventura ira? Facite ergo fructus dignos penitentia. Et ne velitis dicere intra vos, Patrem habemus Abraham. Dico enim vobis, quoniam potens est Deus de lapidibus istis suscitare filios Abraham. Matthæi 3.

MAGDEBURGENSES.

Missi à Pontificibus cum Baptista disputant, quare à templo ordinario discederet, & novam ceremoniam extra verbum Dei traderet. Lib. 1. col. 255. Vnà cum sacerdotibus Levita ad Ioannem mittuntur, vt ex eo querant, cur audeat inconsultis Pontificibus & Sacerdotali ordine, novos cætus facere, novam doctrinam spargere, novas ceremonias ordiri, repudiato etiam templo, ac denique vt eum de manifesta hæresi accusent ac conuincant. Ibidem. Et col. 361. offendebantur magnoperè omnes, decorem atque splendorem veteris status ac tranquillitatem amantes, quòd omnia videretur demoliri, idq; sine expressa, vt putabant,

bant, vocatione. Hoc igitur ariete eum adoriuntur, Ioan. 1. Tu non es Messias, neq; Elias, neque Propheta: idcirco non debes baptizari, hoc est, res novas moliri: & conuinceris esse hæreticus, & pestis religionis à Deo sancita, & ingratus tuis parentibus, qui in ea religione vixerunt, teq; educarunt. Et rursus col. 256. Re deliberata decernunt, legationem honestam ad Ioannem mittendam esse, qui eum ab hoc instituto abducerent, aut errores exploratos & cognitos ab ipso auctore, ad Synodum referrent, vt legitime diiudicari ac damnari posset. Hæc ex historia, quæ Ioann. primo extat, perspicua sunt. Tum iterum lib. 1. cap. 10. col. 361. Ioannes peccata ipsorum ligauit, nec ipsorum indignatione, aut bruta fulmina, quæ rursus in ipsum coniciebant, curauit quicquam. Ibidem col. 363.

CENSURA.



Ioan. 1. et 5.

Lucas.

Homil. 15. in Ioannem.

Joan. 5.

IOANNIS TESTIMONIUM, QUOD EST DE CHRISTO ET EVANGELICA veritate longè grauiusimum, si apud vlllos alios, certè apud Iudæos in primis, qui eius vitæ & doctrinam magnoperè suspiciebant, suum habere pòdus debebat. Vt verò Euangelista illis exprobrat incredulitatè, Ioannis testimoniũ repetit sæpè, & inter alia celebrem & honestam legationem proponit, eamq; à circumstantia temporis, locorum & personarum egregiè munit & ornat: nimirum vt commendatius fiat hoc testimonium, quod coràm Iudæis de Christo palàm editur, & quo vix aliud vllum illustrius reperitur. Hic autè præcipua incidit quæstio de scopo huius legationis, quo nimirum animo Iudæi ad Ioannem suos miserint legatos. De his nemo dubitat, primarios fuisse viros, quales tùm quidem erant Leuitæ, Sacerdotes & Pharisei, qui splendore nominis & doctrinæ autoritate, rerumq; sacrarum administratione reliquos sui ordinis facillè superauerint. Ex his igitur missi legati veniunt ad Ioannem interrogandum, quemadmodum illorum quoq; verba declarant: non vt de Ioannis persona iam antè satis vulgo perspecta, sed vt de illius officio, ministerio atque doctrina cognoscant, aliosque faciant certiores. Et habebant illi vtiq; quod in Ioanne sic ex eremò in publicum prodeunte, sic docente & baptizante, ob rei nouitatem populiq; concursum admirarentur simul & venerarentur. Tanta enim & tam celebris de hoc viro apud populum erat existimatio, vt Lucas dicat, omnes animo secum cogitasse, Ioannem summè desideratum illum fortè esse Messiam, quem diutius abesse non posse, Propheticis ex literis intelligebant, multisq; indicijs haud dubiè colligebant. Quare post conuentũ Hierosolymis celebratum, ne in re momenti maximi cessando peccarent, ad Ioannem decernitur legatio, nõ solum vt de ratione sui officij ille rogetur, verum etiam vt optati Messiaæ honos ei deferatur ab his, qui Concilij Hierosolymitani, vel procerum Iudæicorum nomine destinabantur.

Cur Ioannis testimonium Iudæi proponatur.

De legatione Iudæorum ad Ioannem destinata.

Quo animo Leuitæ et Sacerdotes ab Hierosolymis missi ad Ioannem accesserint.

Ioannes apud Iudæos celebris, gratiorq; Christo.

Bonopolijs quàm prauo animo Iudæorum legatos ad Ioannem mitti.

Nunc refert admodum hoc loco disquirere, fecerintne hoc Iudæi in Christi odium, qui minus apud eos & celebris & gratiosus tunc habebatur: an verò nulla habita Christi ratione, ad summæ dignitatis amplitudinem Ioannem voluerint adsciscere, quæ apud omnes maximo esse in pretio animaduertebant. Illud verò ex Euangelicis literis nec probari, neque colligi potest, quòd hanc suam legationem insidiosè prauoque animo adornarint, aut quòd legati cum dolo & fraude in ipsa tractatione aliquid designarint. Probabilis est certè, ac meritò amplectenda Chrysostomi sententia, Iudæos huius legationis auctores & administratos, voluntatem sinceram attulisse: & Ioanni velut fido & probato viro, permultum tribuisse. Sic autem loquitur Chrysostomus: Tantæ auctoritatis Ioannem & tam verum arbitrabantur, vt non solum de alijs testimonium, verum ipsi discipulo omnia crederent. Neq; enim nisi ea esset sententia, ipsum interrogatum misissent, quid de se diceret. Nostis enim, quòd de se dicentibus, his duntaxat maxime fidem adhibemus, quos verissimos arbitramur. Et paulò post: Promptissimo animo ad eum venerunt, licet postmodum mutati sint. Quæ ambo Christus his verbis significauit. Ille erat lucerna ardens & lucens: vos autem voluistis exultare ad horam in eius luce. Qua oratione Chrysostomus perspicuè docet, Iudæos, præsertim auctoritate præstantiores, etsi non eadem animi beneuolentia Ioannem sint continuè profecuti, tamen cum legatos ad illum mitterent, præclare de illo sensisse, & cum essent illi obtem-

obtemperare parati, rem omnem per legatos sincere agere voluisse. Hoc interim habebant in votis, ut idem Chrysostomus monet, Christi; verbis comprobatur, ut si possent, in Ioanne luce gauderent, & eius opera nouum sibi suisque rebus decorem & splendorem compararent. Sint autem facti postea Ioanni multo iniquiores, praesertim cum omni spe & expectatione sua se dolerent esse frustratos: nihil hoc quidem ad causam praesentem facit. Quid, obsecro, nunc omnino mali contra illum machinarentur, aut cur sanctum virum oppugnaturi accederent, qui ut ostendimus, gratiam illius ambiebant, & honorem illi maximum offerrebant, nihilque cupiebant impensius, quam ut ille Messiae munus amplecteretur, quod hinc demum praesentem Reipublicae suae statum plus satis afflictum erigi, atque ad pristinum decus aliquando reuocari posse sperarent. Notauit & Cyrillus, Ioannem an sit Christus, idcirco ab illis interrogatum, quod maximam de se suaeque vitae sanctitate admirationem hominibus concitasset, ut ipse Christus esse putaretur. Sed & Beda tuetur hanc sententiam, Sacerdotes & Leuitas, quod Ioannes Messias esset, sponte credidisse.

Nonatores quae inuidiosum faciunt causam legationum, qui ad Ioannem delinuntur.

Quae propterea nobis hoc loco pluribus explicantur, ut Euangelica veritas perspicui planius queat: deinde ut minore negotio iudicetur, quam sit opus caducum ac fragile, quod hic extruunt Centuriatores. Nam superioris legationis causam tantum ad odium & inuidiam referunt Iudeorum: quod etsi a nonnullis Theologis affirmetur, tamen ab istis nimium exaggeratur, quasi nullam bonam ob causam, sed disputandi, sed exprobandi, sed stomachandi & calumniandi gratia dicti legati mittantur. Unde alia non minus amarulenta connectunt, Ioannem Iudaeis visum fuisse hominem seditiosum, Reipublicae perturbatorem, pestilentem, haeticum, qui & templum deseruerit atque repudiarit. Mitti ergo ad illum legatos, veluti haeticae prauitatis inquisitores, ut nunc loquimur, qui hominem de fide & doctrina suspectum, & nouandae religioni deditum examinent & explorent. Itaque Ioannem ordinariae potestatis & Ecclesiasticae gubernationis plane contemptorem faciunt, qui & seniores eius temporis in Ecclesia excommunicarit, & peccata ipsorum ligarit: nec vlla ex parte curauerit, quicquid illi contra vel dicerent, vel statuerent, vel facerent in sua synagoga. Pari modestia, aut ut rectius dicam, scurrilitate tractat hanc legationem Philippus, & causam eius fuisse vult nouitatem & speciem schismatis, quia Ioannes mutaret genus doctrinae, reciperet gentes, secederet a templo, institueretque nouam caeremoniam baptismi, qua fiebat schisma & populi distractio. Nec minus futilis & perulans est Georgius Maior, qui legationis dictae causam vocat secessionem ab ordinaria potestate, cui tum Ecclesiastica gubernatio fuit commendata. Ioannem enim multa noua contra legem & ordinationes maiorum docuisse, instituisse, fecisse: circumcisionem contempsisse, nouos ritus & cultus, nouam synagogam & Ecclesiam instituisse, receptas fuisse ab eo gentes incircuncisas. Proinde mitti ad illum legatos a Hierosolymis causa interrogandi, qua auctoritate, cuius iussu & mandato haec noua doceret & institueret, quae contra populum, legem, templum & sacerdotium diuinitus institutum esse viderentur. Supra vero indicauimus, Philippum istorum praepceptorem in hac doctrina videri principem, Ioannem nimirum a templo discessisse, & in hoc fecisse contra legem. Tum idem alibi docet, Ioannem recepisse gentes, & sacrificia neglexisse, & ex noua caeremonia baptismi, quam instituerat, schisma & distractionem populi consecutam esse. Denique, cum discederet ab ordinaria potestate, inquit, & multa contra eam diceret & faceret, magna ac grauis causa fuit Pontifici et sacerdotibus interrogandi, qua auctoritate Ioannes tantam mutationem in Ecclesia faceret. Fuit igitur nouitas illa & species schismatis causa legationis.

Non sine dolo trahant et grauant nouatores causam legationis ad Ioannem destinata.

Verum hic diligenter monendus est lector, ut ne facile fidat his nouis interpretibus, qui nihil minus faciunt, quam ut veritatem & historiam illustrent Euangelicam, praesertim cum Euangelio quae ipsi volunt, assignant, verisque falsa permisceant sapissimè. Ac primum hic grauiter peccant, quod veram & proptiam Iudaicam huius legationis causam, quam explanauimus, omnino praetermittant, & pro illa suas imaginarias causas imperitis obrudant, velut Iudei & eorum legati, Ioannem non nisi versuta quadam adulatione, minis & nefcio quibus malis artibus, voluerint aggredi & circumuenire.

In Ioann. hom. 15.

In 1. cap. Ioannis.

Cent. 1. li. 1. col. 255. & 361.

In 1. cap. Ioannis.

In Domini cum quarto Aduentu.

In cap. 1. Ioannis.

nire. Quasi vero sit operae pretium, hic anxie laborare, multumque scrutari, quae tum causa fuerint Iudaicae malitiae in oppugnando illo, quem fauore & honore non mediocri omnes, ut diximus, prosequerentur. Non hoc sane in praesentia quaeritur, quid inuidi homines in Ioanne desiderare, quidue improbi calumniatores in eius dictis, factis, moribus reprehendere vel potuerint, vel voluerint. Nulla enim tam spectata virtus, & tam excellens cuiusquam innocentia fuit, quae non pateret inuidiae, malorumque iniuria & insectatione non vexaretur & exagitaretur. Sed hoc in quaestionem venit maxime, bono ne animo a Iudaeis haec legatio fuerit instituta? Nam si ita est, ut Chrysostomus aliique citati modo Patres comprobant, mox concidunt, quaecunque in contrarium ex fallacibus coniecturis, merisque suspicionibus ab aduersariis construuntur. Si vero aliter se res habet, & versute cum Ioanne actum est, ne tum quidem horum commenta possunt consistere; quae si quisquam propter Poeticam & Rhetoricam amplificationem fortasse vult excusare, tamen id concedat necesse est, parum illa verè & minus Theologicè affirmari atque defendi. Quorsum enim attinet inter alia fingere, Ioannem propterea Iudaeis ingratum inuisumque fuisse, quando quidem receperit ethnicos, contempserit circumcisionem, nouam Synagogam & Ecclesiam instituerit, secessionem a templo & ordinaria potestate fecerit, principum Synagoga contempserit auctoritatem, docuerit & fecerit contra populum, legem, templum & sacerdotium, nihilque curarit prorsus, quid tum Ecclesiae administratores iuberent, aut vellent? Haec & quae sunt id genus alia complura, scribi dicique possunt illa quidem, verum rectè probari confirmarique nunquam poterunt: tantum abest, ut pro Euangelica historia iactari & venditari vulgò debeant. Nec est si aduertas animum, verisimile, Iudaeos & magistratus Iudaicos de innocentissimo viro haec tam improba & scelerata vel sensisse unquam, vel in suum iudicium adduxisse. Quod si horum aliqua Ioannes designasset, aut de his etiam se suspectum illis reddidisset, quis prudens credat hanc iniuriam dissimulatos fuisse, Sacerdotes praesertim & Phariseos, qui veteris legis vindicandae studio erant mirabiliter incensi, & pro ea strenuè intrepideque propugnabant? Percurre totum Euangelium: nusquam cum illo exoptulat quisquam, quod aliqua ex parte vel egerit, vel docuerit aduersus legis reuerentiam, aduersus templi caeremonias, receptum Dei cultum, Ecclesiastici magistratus & reipublicae tranquillitatem. Imò tam omnibus probata Ioannis virtus & perfecta integritas, tam celebris eius sanctitas atque iustitia fuit, ut in eum quem pro Messia nemo non reputabat & esse oprabat, suspicio illorum, quae primum ab istis authoribus effinguntur, ne cadere quidem potuisse videatur. Quae de re plura dicemus postea, cum Ioannis vocationem & ministerium explanabimus.

Cent. 1. li. 1. col. 255.

In annot. su per Euang. dominica 3. Aduentu. Esai. 65. Hier. 16. Os. 1. Psalm. 2. a in colloq. cum Triphono. b Lib. aduers. Iudaeos. c Lib. 2. de demonstrat. Euangelica. Matth. 15. Act. 13. Matth. 10. Matth. 28.

Ioann. 10. Marc. 16.

Esai. 9.

Esai. 51. Genes. 49.

Qua Ioannis fact. ad hic affrogantur.

Quod vero gentes aequè ac Iudaeos Ioannes recepisse dicitur, id certè nusquam prodit vllus Euangelista, neque ratio ut credamus, aliqua cogit, quicquid isti demum fingant. Atque ut hoc maxime concedamus, probare tamen & admittere non possumus, quod istorum praepceptor Melanchthon docere ausus est, vniuersalem vocationem gentium a Ioanne inchoaram esse. Loquantur de illa Prophetæ, & saepe quidem, ut ostendant, generalem vocationem gentium ad Messiam pertinere, sicut^a Iustinus, ^b Tertullianus, & ^c Eusebius aperte demonstrant. Sed quoniam Christus ipse docet, se non nisi domui Israel missum & donatum esse (hic enim honos Iudaeis primum deferendus fuit) suisque discipulis verat, ne ad vicinas gentes diuertant, neque ad Samaritanos se conferant: temerè prorsus & fallò id Ioanni tribuitur, quod neque per se quidem Christus effecit, sed Apostolis exequendum reliquit atque demandauit, cum iam iam caelum petiturus inberet, ut ad gentes, adque in vniuersum orbem Euangelij discernendi gratia proficiscerentur, & diuersas oues in vnum velut ouile congregarent. Illi autem profecti, ut Marcus exponit, praedicaerunt vbiq; Domino cooperante, & sermonem confirmante sequentibus signis. Ac tum sanè primum vniuersalis vocatio gentium inchoata est: quia secundum Esaiam vaticinium, populus qui ambulabat in tenebris, vidit lucem magnam, & sedentibus in regione umbræ mortis, lux orta est eis: Christus ipse scilicet, salus & expectatio gentium appellatus.

Ioannes vniuersalem vocationem gentium non inchoauit.

Ioannes non re-
stitit potestati
& officio prin-
cipum Synago-
ge.

IAM verò quod ad pharisæos & Sadducæos attinet, illis inter cæteros accedenti-
bus interminatur Ioannes, durisq; verbis eos increpat, progeniemq; viperarum appel-
lat. Etenim oblatam præsentemq; Dei gratiam, & prædicatam poenitentiae doctrinam,
præfracti homines contemnere, ac velut hypocritæ ad Ioannem venientes, non since-
ros adferre animos voluerunt. Hinc verò, sicut ex aliis etiam Euangelij locis, colligi rec-
teque statui non potest, Ioannem gubernatoribus eius temporis Ecclesiasticis palàm re-
pugnâsse, illorumq; authoritati, personis & honori quicquam detraxisse, aut potesta-
tem, quæ tunc stabat integra penes Synagogæ rectores, à Ioanne vlla ex parte conuul-
sam & labefactatam esse. Etenim eius doctrina, sicut & vita, cum sponsi fidus amicus es-
set, à Christi & Apostolorum sententia nunquam discrepauit, sed eandem confirmavit
potius, præsertim quod ad obedientiam & reuerentiam indignis etiam magistratibus
deferendam attinebat. Nouerat planè vir Dei spiritu & sapientia plenus, ad confer-
uandam Ecclesiæ necessariam tranquillitatem pertinere, vt sedentes in cathedra Moy-
si, hoc est, docendi authoritate præditi, vt Cyrillus Hierosolymitanus declarat, non
propter vitæ probitatem, sed ob docendi & præcipiendi officium quod gerbant, se-
cundum legis diuinæ præscriptum ab omnibus & audirentur & honorarentur. Nec de-
fuit ille tamè Herodem regem incestus spurcissimi redarguere, & fortasse magistratuum
eius temporis vitia, præsertim publica, pro suo sancto zelo, qui aliterum Eliam dece-
bat, non nunquam publicè reprehendit. Sed Synagogæ gubernatores & Sacerdotes pro-
culdubio apud vulgus hac moderatione tractauit atq; perstrinxit, vt honor cathedræ
Moyfi seruarietur illatus, & nullum inde offendiculum, multò minùs autem schisma, in
populo consequeretur, alienus vtique ab effreni doctorum & concionatorum istorum
petulantia, qui in absentes etiam Ecclesiæ antistites non seditiosè minùs, quàm rabidè
apud plebeculam destomachantur, totumq; Sacerdotum ordinem fictis sæpè crimi-
nibus infamare cõtendunt. At Paulus Episcopo mandat: Seniore[m] ne increpaueris, sed
obsecra vt partem. Illud verò insulsum & ridiculum prorsus esse ducimus, quòd Ioan-
nem videri volunt, à Pharisæis & alijs Ecclesiasticis eo tempore magistratibus pro hære-
tico habitum, adeoq; exotam fuisse, vt ab ijs ferè damnaretur, & quasi quodam anathe-
mate percelleretur. In quibus commentis tam vanis quàm inauditis confutandis ver-
fari nõ attinet, tàm quòd Ioannes, communi omnium sententia, Propheta fuerit omni
exceptione maior, tàm quòd supra de his abundè disseruerimus.

Qua moderati-
one sit Ioannes
Spiritu arguen-
dis magistrati-
bus.

Falso tribuitur
Ioanni, quòd pro
hæretico habi-
tus fuerit, & à
Iuliano excom-
municatus.

Vocatio genera-
lis & specialis.

Præcipua Socia-
tio est Ecclesia-
stica.

Immediata Socia-
tio ministroru-
rum.

SED ENIM quædam quidem isti quæ ad Ioannis vocationem propriè spectant, si-
mul & malè intelligunt, & tædè corrumpunt, operæ quidem precium facturi videmur,
si de vocatione ministrorum Ecclesiæ, potissimùm verò Ioannis, præsentis loco quædam
adiiciamus. Vbi statuo in primis, & mihi concessa volo axiomata quædam, ea quæ sacris
literis & veterum scriptis ita consentanea, vt probatione quidem non egere, sed rem
tamen propositam illustrare possè videantur. Est vocatio quædam generalis, qua per
singularem gratiam diuinæ bonitatis, quæ humanæ salutis est cupientissima, vocantur
omnes à peccato ad poenitentiam, à tenebris ad lucem, à morte ad vitam, ab impietate
ad pietatem, sicut Euangelica parabola de vinea luculenter ostendit. Est alia vocatio
specialis, qua nonnulli ad hoc vel illud vitæ genus à Deo vocantur & destinantur, vt Noè
ad mundi instaurationem; Aaron ad sacerdotum; Dauid ad regnum; Tobias ad familiæ
procuracionem. Illustrior autem eorum est vocatio, qui ad munus publicum siue in Ec-
clesiastico, sicut ^a Moyses & ^b Samuel, siue in politico statu, vt ^c Ioseph & ^d Saul, diuini-
tatis assumuntur. Nunc vt de ministerio Ecclesiastico duntaxat agamus, in quo Deus vo-
cationis suæ gratiam præcipuè cohonestat, populoq; suo tum ad religionis conserua-
tionem, tum ad animorum salutem reddit maximè salutarem: habent ministri Ecclesiæ
partim mediatam, partim immediatam, vt in scholis aiunt, aut sicut ab alijs dicitur, ex-
traordinariam & ordinariam vocationem. Immediatam ostendunt Prophetæ à Deo, &
Apostoli à Christo vocati atque missi, de quibus dictum est illud: Quomodo prædica-
bunt, nisi mittantur? Sic Paulus licet non ab hominibus, neq; per hominè missus, se
tamen κλητὸν siue vocatū ad Apostolici nempe muneris functionē, affirmat. Iam verò
legitimi Prophetæ à Pseudopphetis, & veri Apostoli à Pseudoapostolis his rebus &

Lucæ 3.

Ioan. 3.
Matth. 23.
Rom. 13.
1. Pet. 2.

Matth. 22.
Catechesi
12. ad illu-
minationem.
Matth. 14.
Marc. 6.
Luc. 3.
1. Reg. 18.

1. Timot. 4.

Cent. 1. l. 1.
col. 303.

Matth. 20.
Genes. 7.
Exod. 28.
1. Reg. 16.
Tobia 1.
2. Exod. 3.
b. 1. Reg. 7.
c. Genes. 4.
d. 1. Reg. 16.

Matth. 22.
Ioan. 20.
Rom. 10.
Galat. 1.
Röm. 1.

Exod. 7. 8.
9. 10.
Marc. 16.
Act. 5.
1. Reg. 18.

Act. 9.

Matth. 28.
Ioan. 20.
Marc. 16.
Hieron. in
Catalogo
scriptor. Ec-
clesiastic.

Exod. 28.

De Ecclef.
hierar. c. 6. 5.
1. Timot. 4.
& 2. Tim. 1.
Tit. 1.
a. Lib. 4. epi-
sto. 9. ad Flo-
rentinum.
Matth. 9.
In comp. do-
ctrina.
Athanas. a-
pol. 2. in epi-
sto. ad Fla-
uinium.

Ioan. 1.
2. Pet. 1.

Ioan. 1.
Luc. 3.

Marc. 6.
Mat. 3. 21.
Luc. 3.

symbolis internoscuntur, atq; à Deo commendantur Ecclesiæ, vel quòd vocationem
suam aliquo miraculo comprobēt, sicut Moyses apud Hebræos in Ægypto fecit, quo-
modo & Apostoli vocationi doctrinæq; suæ fidem vbiq; gētium astruxerunt: vel quòd
signa quædam illustria vocationem eorum testentur, vt quando in testimonium Eliæ
ignis de cælo delapsus, in populi hostiumq; conspectu sacrificium absumpsit: vel deniq;
quòd reuelatio quædam à Deo facta cæteros doceat, tutò illis credendum & fidendum
esse, quemadmodum cum Damasci Anania reuelat Deus, vt sciat Paulum, qualis qualis
antea fuisset, vas electionis & doctorem Euangelicum esse. Quod verò ad mediatam
vocationem attinet, etsi sit ea medio quodam humano, tamen etiam diuina est, & veros
Dei Ecclesiæque ministros declarat & ornat, estque necessaria Ecclesiæ, nec solùm iam
inde à primis Ecclesiæ temporibus ad nostram vsq; ætatem transmissa durauit, verùm
etiã ad mundi finem vsque permanebit. Sic Apostoli cum à Christo immediatè mis-
si essent, suos porrò vocarunt & miserunt discipulos, vt Petrus Clementem, Paulus
Titum, aliique deinde alios, qui sunt Episcopi appellati, penes quos demùm in his, quæ
ad Dei cultum, & Scripturæ interpretationem Ecclesiæq; gubernationem pertinent,
non minor stetit & stare debet autoritas, quàm penes Synagogæ proceres & seniores
olim vnquam fuit. Vt autem certò constet, qui à Deo per homines mediatè mittan-
tur, in veteri Testamento, id quidem ex hæreditaria successione in Aaronis stirpe cog-
noscebatur: in noua verò lege discitur ab Hierarchis Ecclesiasticis, qui per mysticã ma-
nuum impositionem & orationem consecratoriam (Dionysius ἐπίκλησιον ἱεροποιῶν vo-
cat) presbyteros verosque ministros ordinant, & eos legitimè vocari ac mitti decla-
rant. Exemplo sit Timotheus à Paulo hierarchicè ordinatus presbyter per manuum
impositionem, & Titus itidem, quem idem Apostolus à se ordinatum per ciuita res pres-
byteros constituere iussit. Atq; ab his Ecclesiæ præpositis, qui Apostolis vicaria ordina-
tione succedunt, vt loquitur ^a Cyprianus, agnoscuntur operarij, quos Dominus ^b messis
in messim suam extrudit. Reprehenditur autem ab Epiphanio Zachæus, qui cum laicus
esset, Sacerdotem simulare, & sacris se ministerijs immiscere, ac impudenter tractare sa-
crificia veritus non sit. Nec impunè tulit Coluthus, quòd imaginarium Episcopum
ageret, ab Arrianis nimirum intrusus atq; subornatus. Hunc ex Episcoporum ordine Sy-
nodus Nicæna submouit, & quoniam veræ ordinationis testimonio destituebat, ius-
sus est in suo priore, hoc est, Sacerdotum ordine permanere, rescissis etiam illorum or-
dinationibus, quos ipse tanquam Episcopus illegitimè prius ordinarat. A quo Colutho
Ischaris Episcopus institutus repulsam itidem tulit, vt illum Hosius in Synodo Nicæna
pro Episcopo passus nõ sit, & Athanasius eundem ne permiserit quidem Alexandria sac-
rificare. Tanta veteris Ecclesiæ fuit seueritas, ne quis, nisi legitimæ ordinationis sym-
bolo commendatus, in sacrum ordinem cooptaretur, aut in eo retineretur.

Signa immē-
diatam Socia-
tionem testan-
tur.

Mediata Socia-
tionem ministrorū
& eius testimo-
nium.

Seueritas Veteris
Ecclesiæ in
illegitimè ordi-
natos.

Ioannis Vocatio
immediata.

Questio practi-
ca huius loci.

VERVM vt ad Ioannis vocationem propriùs accedamus, fuit is citra controuersiam
homo missus à Deo, & diuinam habuit vocationem, non sanè minùs quàm quiuis Pro-
phetarum, quos à Deo immediatè missos, atq; vt Petrus appellat, Spiritu sancto in spi-
ratos fuisse constat. Ac suam quidem ad baptizandum vocationem Ioannes ostendit,
cum ita publicè testatus est: Qui misit me baptizare in aqua, ille mihi dixit: Super quem
videris Spiritum descendentem, & manentem super eum, hic est qui baptizat in Spiritu
sancto. Vnde Lucas etiam commemorat, Ioannem ad docendi baptizandiq; ministe-
riam non accessisse, nisi verbum siue mandatum Domini super eum in deserto factum
esset. Quod cum ita sit, nõ erit difficile, vt opinor, de quæstione, quæ huius est loci maxi-
mè propria, iudicare: Vtrum scilicet, potuerit Ioannes ac debuërit palàm baptizare
ac docere, neglecta etiam Principum Synagogæ authoritate. Potuit enim id sanè ac
etiã facere debuit, vrgente vocatione, ne alioquin mandato diuino, quod alij Pro-
phetæ de baptismo nulli contigit, nefariè aduersaretur. Vt autè huic vocationi pareret
promptius, tot illum dotibus ornauerat Deus, atq; ita populò commendauerat, vt vo-
cationem eius, velut optimi maximiq; doctoris, rex Herodes, viriq; multi principes, &
agmina populorum ad illum vndiq; concurrentium, procul dubio agnouerint atq; cõ-
probãrunt. In quo ministerio progredi tantò magis poterat ac debebat, quo sanctioris

vitæ aderat testimonium, & doctrina ipsa sincerior ac probatior cunctis habebatur, præsertim cum nulla in parte legem à Deo traditam violaret, aut receptos Synagogæ ritus damnaret ac labefactaret. Præcipuus autem nodus qui dissoluendus est à nobis, iam in eo positus videtur: Vtrum quod Ioannes docendo & baptizando fecit, neglecta illorum autoritate fecerit, qui tunc præerant Synagogæ, ut videri quidē volunt aduersarij. Vbi succinctè respondemus, quod etsi Ioannes non indiguerit Iudaici magistratus auctoritate, tamen illam non contemserit neq; neglexerit, sed potius bona illorum venia fuerit in docendo & baptizando versatus. Non indiguit, inquam, cum vocationem haberet à Deo, ut dictum est, immediatam, cui omnibus etiam repugnātibuset obtemperandum, & cuius rationem honestissimam poterat ille auditoribus faciliè cōprobare. Etenim ut maximè nullum omnino præsidium aliud viro sancto suppetiisset, an non abundè fat erat testimonium, quod Prophetis literis comprehensum non poterat refutari, & ab omnibus in Esaiâ legebatur: præmonente nimirum Ecclesiâ Deo de voce clamantis in deserto futura, quæ ad paradāam præsentī Messīæ viam cunctorum animos incitaret atq; impelleret. Quid igitur humana egeret approbatione, quæ Deus ipse multò antè tam luculenter per vnum atq; alterum Prophetam, Esaiam nimirum & Malachiam, Ecclesiæ suæ commendārat? Quò etiam pertinent ingētia miracula, quæ circa Ioannis conceptionem & natiuitatem ostendit Deus, agnouit populus, & passim fama publica celebrauit. Cur verò isthuc? nisi ut eum puerum à Prophetis prædictum, ab Angelo promissum, à talibus parentibus editum, tam mirabiliter natum atque educatum suspicerent omnes, eundemq; postea in suo ministerio præ ceteris Ecclesiæ ministris, velut à Deo peculiariter missum atq; donatum doctorem, diligēter audirent, & præcipuè obseruaret? Deinde patrocinauitur Ioanni generis nobilitas, quam in eo cuncti merito venerantur, cum scirent eum de Sacerdotum illustri stirpe natum, & de vice Abiæ primogenitum esse clarissimi viri Zachariæ. Is vnus erat ex viginti quatuor præcipuis Sacerdotibus, & Sacerdotij dignitatem, quæ summa erat, ad Ioannem filium legitime transmittēbat. Igitur ex hæreditaria successione ius illi competebat in Ecclesiastico ministerio versandi, Dei quæ verbum & cultum publicè profitendi promouendique, nihil ut mirum videri debeat, quod qui secundum Hebræorum traditionem Sacerdos erat, ut confirmat Chrysostomus, idem præ ceteris in suo ministerio excellēti polleret auctoritate. Quocirca Lucas narrat ea sedulo, quæ ad Ioannis genus & in Sacerdotali ordine successione pertinent, faciliè nimirum prouidens fore, ut hinc Ioannis ministerio maior auctoritas conciliaretur, aut potius ut conciliata, magis magisque apud omnes confirmaretur.

Iam verò etsi non indiguerit Ioannes Synagogica, vel humana quauis in suo ministerio auctoritate, tamen vir modestissimus simul & sapientissimus, qui ad ædificationem Ecclesiæ cuncta referebat, receptis & probatis Synagogæ legibus (præsertim quæ functionem Ecclesiasticam penes certos, & se benè ac decorè gerentes ministros esse postulabant) procul dubio nihil vnquam derogauit. Eam interim apud omnes, siue minores, siue maiores in Synagoga principes, fidem atque existimationem sibi comparauit, ut nullus illius conatibus faciliè opponeret sese, nullus ministerium eius aliqua ex parte oppugnandum aut impediendum putaret. Quin ita potius habendum est, quod illi Ioannem in toto suo ministerio quietum & imperturbatum reliquerint, & eo diuinam eius vocationem tacitè confirmarint. Id quod non obscure constabit, si legatos nomine principum Synagogæ ad illum solenniter destinatos, exactè consideremus, eorumq; verba & quæstiones in animum reuocemus. Primum enim & præcipuè percontantur de eo, quod legationis erat caput, quis tandem sit Ioannes, quidq; de se vel ipse sentiat, vel alios sentire vellet. Eò autem spectabant, eò intentos habebant animos, ut sibi Ioannes Messīæ partes officiumque vendicaret, ac collatam hanc tantæ dignitatis excellentiam admitteret, cum ea quidem opinio, Ioannem ipsum esse Messiam, omnium animos penitus occupasset. Sed iustissimus & constantissimus ille Propheta sic respondit legatis, ut non solum abnueret sæpè, sed spem quoq; nullā illis reliquā faceret, quod vel Messīæ personā in se recepturus esset, vel proprium Christi munus assumere vellet, sibiq;

An Ioannes in suo ministerio neglexerit auctoritatem Synagogæ.

Cur Ioannes approbatione Iudæorum non egerit in suo ministerio.

Vnus est fructus miraculorum, quæ cum Ioannis pueritia coherent.

Ex paterna successione Ioannes minister Ecclesiæ.

Ioannis ministerium à Iudæorum principibus confirmatum potius quam oppugnatum fuit.

Legatis Iudæorum confirmant potius quam infirmant Ioannis ministerium.

Esaiâ 40.

Maluch. 1.

Lucas.

a Homeliâ in Marc.

Lucas 1.

Ioan. 1.

Lucas 3.

sibiq; deferri pateretur. Postremò igitur sciscitantur de insolito baptismi eius ministerio, quod ob rei & cæremoniæ nouitatem, si non offensionem, at certè quidem admirationem illis aliquam parere potuisset. Verùm illi audito Ioannis respõso, quod ex Prophetis literis erat desumptum, nullum cum illo verbum de baptismo amplius cōmutant, ut in eius sententia, sicut par erat, prorsus acquiescere viderentur. Declarauit illis Ioannes, se à Deo missum, sibiq; diuinitus iniunctum esse, quod obibat ministerium, quemadmodum Esaias multò antè fuerat vaticinatus: cum quo ministerio baptizandi quoq; ius & officium planè cohærebat. Hoc igitur velut illustrissimo signo & clarissimo testimonio, confirmat Ioannes, & multis haud dubiè persuadet, vocationem suam immediatam, ac verè diuinam & legitimam esse.

Quod autem Iudæorum proceres suam Ioanni eiusq; ministerio permiserint auctoritatem, & neq; de docendi, neq; de baptizandi functione cum illo postea contenderint, ex alio Euangelij loco, si rem diligenter inspicimus, faciliè quoque colligetur. Cum enim Sacerdotum principes à Christo interrogarentur, quid de Ioannis baptismo sentirent, ne verbulo quidem vlllo ausi sunt indicare, baptismum illum sibi displicere, vel quod multò maius est, illum non esse cœlestem. Itaq; tacere prorsus maluerunt, quam in baptismi eius reprehensionem aut iniuriam quicquā respondere. Qui tametsi per omnia Ioanni nō crederent, neq; parerent, tamen ex eorum legatione ad Ioannem missa, Patrumq; interpretatione consequitur planè, quod initio saltem illi & fauerint, & detulerint plurimum. Sicut autem ad euitandam populi offensionem dicere ausi nō sunt, Ioannis baptismum ex hominibus esse, hoc est, humana potius quam diuina niti auctoritate, ita procul dubio postea etiam verebantur, etiam si Ioanni parum essent amici, aliquid in illum grauius statuerent, vel eius in docendo & baptizando institutum palam conuellerent, præsertim quod scirent, præclaram & constantem de tanto viro existimationem à toto populo esse conceptam, quam si vellent maximè, non opprimere tamen possent atq; labefactare. Quapropter veritati est consentaneum, illius temporis Ecclesiâ sic sibi persuasum habuisse ac palam agnouisse, Ioannis ministerium cum Prophetis literis congruere, & diuinam habere auctoritatem, ac idcirco citra summam iniuriam oppugnari atq; damnari minimè posse. Cui rei hoc etiam argumento esse potest, quod Iudæorum principes, qui contra Christum se fortissimè opponebant, ne hiscere quidem tūm auderent contra Ioannem, cum illum damnare vel insectari maximè potuissent. Quid enim infensis Christi hostibus stomachum atque moueret, ac Ioannem odiosiores redderet, quam quod ipse publicè cohonestaret, omnibusque commendaret eum, quem illi Synagoga sua pulsū, planeque perditum & extinctum cupiebant? Ac nisi multum apud Iudæos hoc Ioannis testimonium valuisset, non idem Dominus iteraret, ac suis æmulis obiiceret, neq; hoc, velut fortissimo telo, sese tueretur. Quis verò est Euangelij locus, qui vel leuiter subindicet, Ioannem idcirco à Iudæis reprehensum vel accusatum esse, quod tam accuratè ac publicè Christum laudibus ornaret, ac eum Dei esse agnum, qui mūdi peccata tolleret, ipsumq; Messiam in lege promissum, qui omnes excelleret, palam proclamaret? Quod si hanc Ioannis libertatem impunè esse passi sunt, cur non eius quoq; doctrinā atq; baptismum dissimularent, præsertim cum timidi homines, si secus quidem facerent, non solum veritatē, quæ ipsorum verberabat conscientias, & Ioannis institutum defendebat, sed communis etiam populi fauorem ac erga Ioannem studium sibi prorsus obstare nequaquam ignorarent. Ac tantum abest, ut illi alieno prorsus animo à Ioannis baptismo essent, ut illum etiam sibi petendum & accipiendum putarint, non sincero quidem animo præditi, sed qui tamen videri vellent Ioannis amici, & fortasse sicut Herodes faciebat, illum libèter audirent atq; suspicerent, tametsi neq; Dei legi, neq; Ioannis præceptionibus magis quam Christi Euangelio obtemperarent. Quo quidem facto an non testatum satis reliquerūt, quod ministerium Ioannis minimè damnarent, sed potius ratum ac firmum haberent, populiq; erga Ioannem propensos animos magis magisque confirmarent?

Esaiâ 40.

Matth. 21.

Ioan. 9.
Ioan. 5.

Ioan. 1. & 3.
Matthas 3.

Marc. 6.

Quomodo Sacerdotum principes de Ioannis baptismo sentierint.

Iudæorum principes &c. inuisi pepercunt Ioanni Christum magno opere cōmendant.

Cur Ioannis baptismum adeant principes Iudæorum.

Ioannem baptismum suo non irritasse Iudæos.

AD HÆC non video sanè, cur Ioannes in eo quod baptismum suum administravit, vel schismatis suspicione, vel nouitatis inuidia apud Iudæos laborasse iure dicatur.

Multa enim & varia tum erant Iudæis baptismatum genera, tamque solennis & visita- tus illis baptismus habebatur, vt venientes è foro nisi prius baptismum adhibuissent, non manducarent, quemadmodum & Marcus annotauit. Vt ergo credebant ea pec- cata sibi dimitti, quæ in hircum Sacerdos imprecabatur, videbanturq; illis sua peccata in hircum reici: ita sibi persuadebant fortasse, si lauantur, cum è foro redibant, pec- cata iam in foro contracta in aquam deiici, non secus quam si inter animi & corporis maculas elucendas nullum discrimen interesset. Eoq; minùs inusitatum & peregrinum, minùs ingratum etiam ac odiosum Iudæis videri poterat, si ad suum baptismum eos Ioannes inuitaret, præsertim cum tot baptismis essent affucti. Postremò quid habet incommodi, vt quod in aliis Prophetis factum cernimus, id etiam Ioanni vsu venisse credamus? Dedit Hieremias hoc insigne Deus, catenam ligneam, & Esaiæ signum pro- prium adiunxit, nudus vt ille & discalceatus in publico ambularet. Ergone molestè fer- rent Iudæi, proprium Ioanni esse baptismum, vt hac velut tessera suum ornaret minist- terium, & communem moneret populum, & maiorem doctrinæ suæ pararet authori- tatem? Quæ omnia sicut probabiliora, quicquid isti obganniant, si Iosephum consula- mus, eiusq; testimonium hinc repetamus. Fuit enim Scriptor ille grauis, & cum primis apud Romanos celebris habitus, sed & Iudæorum Sacerdos minimè vulgaris. Fatetur autem palàm, a Ioannem facillè primas apud suam gentem obtinuisse inter illos, qui iustitiæ & probitatis causa summum fuissent honorem consecuti: vocat eum præterea virum bonum, qui sit Iudæos hortatus, vt virtutè excoleret, & ad baptismum acci- piendum accederent, ea vitæ officia obcutes sedulò, quæ iustitiæ & pietati erga Deum essent consentanea. Est & alius non infimi nominis Iudæus Iosippus, vetus sanè scrip- tor, & non ita pridem Latinè versus, (meminit eiusdem Theophilus Antiochenus) qui magnificam & ipse facit de Ioanne mentionem Quid? quod Chrysostronus ad- monet, Ioannem ad suam ætatem vsque summo in precio apud Iudæos habitum, at- que adeò inter Pontifices numeratum esse? Tanta, & tam diuturna huius viri cum apud alios, tum apud Iudæorum antistites permansit autoritas. Id quod eò minùs admi- randum putàrim, quòd etiamnum apud Turcas, quantumuis barbaros & impios, Io- annes optimè audiat, magnamq; nominis obtineat celebritatem. Atq; hæc satis esse pu- to, vnde lector veritatis amans tandem colligat certoque statuat, Ioannem non eguisse quidem auctoritate Synagogæ, vt suum, quod satis erat omnibus perspectum ac pro- batum, obiret ministerium.

Habet Prophe- ta seu quædam symbola diui- na.

Ex Iudæicorum Scriptorum & Chrysostroni tes- timonio, quan- tus fuerit Ioan- nes apud Iu- dæos.

Ioannes etiam Turcis est ve- nerationi.

Novos ministros à Ioanne valde differre.

Etiã media- tam Vocatiõem probare nõ pos- sunt noui mi- nistri.

Marcus 7. Leuit. 9. & 16.

Hier. 23. Esai. 20.

2. Lib. 13. de antiq. Iudæis, cap. 10.

In historia Iudæica. Ad Auto- lycu lib. 3. Hom. 1. in Marc.

In cap. 7. Matth. Luca 1.

ductos esse confirmet. Recensent Hieronymus & Augustinus Apostolorum siue mi- nistrorum varia genera, de quibus in Scriptura legimus: alios enim neque ab homini- bus, neque per hominem, sed à Deo mitti, vt Prophetas & Paulum: alios à Deo per ho- minem mitti, vt Iosua filium Naue, à Deo quidem, sed per Moysen, ducem populi con- stitutum: alios ab homine, non à Deo, vt qui hominum fauore ac studio ordinantur: alios demum neque à Deo, neque per hominem, sed à semetipsis mitti, quòd proprium sit pseudo prophetarum & pseudo apostolorum, de quibus Paulum dixisse monet Hieronymus: istiusmodi pseudo apostoli, operarij iniquitatis, transfigurantes se in Apo- stolos Christi, qui dicunt: Hæc dicit Dominus: & Dominus non misit eos. Quis autem dubi- tet, ex his ipsis nostros esse Sectarios, qui aut non missi ac ordinati seipso obrudunt mi- nistros & pastores, aut sic ordinantur, vt de illis cum Tertulliano iurè dicamus: Ordina- tiones eorum temerariæ, leues, inconstantes: nunc neophytos collocant, nunc seculo obstrictos, nunc apostatas nostros, vt gloria eos obligent, quia veritate non possunt. Nus- quam facilius proficitur, quam in castris rebellium, vbi ipsum esse illic, promereri est.] Quomodo enim ordinationes illorum rata ac firmæ esse possunt, qui legitimas, Ecclesi- asticas & Apostolicæ traditioni, quam Dionysius, Clemens, aliiq; Patres agnoscunt, consentaneas ordinationes repudiant: qui Sacerdotiũ ex baptismo, cum Sacerdotio ex hierarchica ordinatione confundunt, vt simul hierarchicum Sacerdotium, & iuge sacri- ficium ex Ecclesia tollant, qui deniq; sat habent, pro arbitrio populi & de magistratum politicorum sententia se ministros passim institui atq; proclamari: nullo etiam charis- mate spiritalis potestatis donati.

In cap. ad Gal. In Dialogo cum Orofio quest. 64.

2. Cor. 11. Hierem. 14.

Lib. de præ- script. hereti- corum.

2. Eccl. hier. cap. 5. b. Constitut. Apost. lib. 3. cap. 24. c. Cypri. lib. 1. epist. 6. ad Magnum.

In cap. ad Galatas.

In resolutio- nibus.

Hierem. 14. 23. 28. Ezech. 13.

Hierem. 23.

Apostolorum & aliorum genera.

cc cc cc

Lutheri senten- tia de Vocatiõne nouorum mi- nistrorum.

SED quando Patres & Episcopi positi præ se superbe contemnunt, & nullam Sacer- dotali potestati & Ecclesiastica ordinationi tribuunt auctoritatem, age vel ipsis Lutheri verbis eos coarguamus, qui de vocatione istiusmodi ministrorũ hæc nimium verè scrip- sit: Non satis est, inquit, habere verbum & puram doctrinam: oportet etiam vt vocatio certa sit, sine qua qui ingreditur, ad mañandum & perdendũ venit. Nunquam enim fortunat Deus laborem eorum, qui non sunt vocati: & quanquam quedã salutaria adferant, tamen nihil edificant. Sic hodie phanatici spiritus vestri habent verba de fide in ore: tamen nullũ fructum faciunt, sed hoc præcipuè agunt, vt hominibus persuadeant suas erroneas opiniones. Et rursus: Non est irruendum in alienã messem, vt Diabolus incitare solet suos ministros, vt non vocati currant, & prætexant zelum hunc ardentissimũ, dolere sibi quòd homines tam miserè seducantur, se veritatem velle docere, & seductos è Diaboli laqueis eripere. Tum ad senatum Mulhusium scribit, rectè facturos eos, si rogèt ex Thoma Muncero, quis docendi munus ipsi cõmiserit, sicut à Schleidano narratur. Quin alio etiam in loco hoc apertè profitetur: Solis Sacerdotibus ad hoc ordinatis Sacramentum mi- nistrare, & verbum Dei predicare permittitur. Et nulli Deus remittit culpam, si non ille se subiece- rit & humiliaverit suo Sacerdoti vicario. Qua Lutheri confessione (quid enim alibi scrip- serit homo inconstantissimus, nihil moror, qui frequenter seipsum iugulat) perspicuè quidem totum hoc genus ministrorum perstringitur atque damnatur, qui hodie nec Deo, nec Ecclesia mittente sine certa vocatione currunt, ac licet profani sint ac maneant, tamen Ecclesiastica munia sumunt arrogantque sibi: interim verò, quemad- modum olim Pseudopropheta factitabant, Verbum domini, Verbum domini, ple- nis buccis crepant, & pro Dei verbo sua venditant somnia, vel vti Lutherus dixit, suas erroneas opiniones hominibus persuadere conantur, verique ministri sunt Sathanæ, qui iuxta dictum Propheticum, Dei verba furantur. Tum quantumuis ardentem ze- lum veritatis asserendæ, & Ecclesiæ reformandæ præ se ferant, tamen eos, arbores esse non bonas, fructus ostendunt pessimi, quos & Lutherus agnoscit, & Europa tot annis vt antea nunquam, suo certè malo maximo passim experitur. An est igitur quisquam tam cæcus, qui non videat, quàm isti commune nihil habeant cum nos- tro Ioanne, qui tametsi omnibus præclaris donis ornatus, vocationem à Deo im- mediatam haberet, ac idcirco humana confirmatione ad suum ministerium obe- undum haud quaquam indigeret, sic tamen in eo continenter versatus est, vt aduer- sus magistratũ Ecclesiasticum nihil per seditionem moliretur, vt ab ordinaria potestate non discederet, vt receptos Synagogæ ritus ac publicam disciplinam non contemne-

Epilogus colla- tionis ministe- rij inter Ioannẽ & nouatores.

ret, imò verò vt præsentis Ecclesiæ statum stabiliret potius, quam immutaret aut labefactaret, vt deniq; tùm populi tùm Sacerdotum suffragiis suum ornaret ministerium, ac ne illud à quoquam reprehenderetur, in omni vita & doctrina se semper ministrum inculpatissimum integerrimumq; præbuit?

Quomodo temere Petrus Martyr excuset sectarios, qui sine ministerio in impositione fuerunt ministri Ecclesiæ.

Atque hinc mihi se commodè offert Petrus ille Martyr, hoc sanè cognomento indignissimus, inter Sectarios autem minimè gregarius miles, qui suos collegas purgare conatur, quòd ab Episcopis nostris nec petat, nec accipiant manuum impositionem, cum hoc quidem legitimæ vocationis symbolù, quod iustis Ecclesiæ ministris & gubernatoribus est fuitq; semper necessarium, reiiciant, ac etiam ridiculè tractent. Nunc vide obsecro, quàm prudenter ille causam nouorum ministrorum defendat, & simul Ioannis nostri exemplo abutatur: *Ioannes baptista, inquit, nouum ritum baptismatis induxit & Hebræis præbuit, cum tamen illi manus impositæ non fuerint, & baptismum administrabat, cum ipse à nemine inunctus fuerit.* Vbi nos quidem vltro fatemur, sicut & antea docuimus, nouum illum baptismatis ritum persanctè ac sapienter à Ioanne inductum, & Iudæis administratum esse: fecit autem hoc vir ille non ab hominibus missus, sed à Deo immediate vocatus atque iustus, quòd non minùs est sanè, quàm ab Episcopo per impositionem manuum ordinari. Nec eguit ille quidem vel tinctione, vel ordinatione cuiusquam: tinxit enim, aut vt magis propriè dicam, sanctificauit cum in matris vtero Spiritus sanctus. Quippe non ad solùm Hieremiam, sed ad Ioannem quoq; vox illa diuina pertinet: Priusquam te formarem in vtero, noui te: & antequàm exires de vulua, sanctificauit te. An verò Zvinglius hunc suum discipulum non corripit, cum docet, Ioannem ad tantum múnus inaugurari Ecclesiæ Dei circuncisione & nominis impositione, licet sanctus alioquin & Spiritu sancto plenus esset? *Vbi discimus, inquit, Ecclesiæ Sacramenta & communionem non negligere, aut contemnere.* Quorsum igitur ista Martyris ratiocinatio? ea certè nouù hoc ministrorum genus a deò non excusat atque defendit, vt etiam reprehendere & inculcare videatur. Si enim Ioannes ministerio suo legitimè fungi non potuit nec debuit, nisi diuino mādato ad hoc electus, vocatus, & suo deserto velut extrusus esset, vt demonstrauimus: qua demùm venia digni esse possunt, qui absq; vocatiōe tùm immediata, tùm mediata, ac sine præparatione & probatione vlla sponte ad sacra procurrunt, & in Ecclesiasticas functiones, messimq; alienam irrumpunt? Itane Ioannem probè sequuntur, dum sunt voces tantùm clamantes, & neq; à Deo, neque ab hominibus, quibus hoc ius competit, ritè mittuntur, sed se ipsos mittunt atq; in medium profiliunt? Hoc docet Ioannes scilicet, Apostolicam de manuum impositione regulam contemnere, Episcoporum potestatem in ordinandis ministris & gubernandis Ecclesiis nihili pèndere, ac demùm perpetuam Christiani orbis traditionem, quæ suos clericis ordines maiores & minores assignat, conuellere atq; abolere? Valeat autem apostata Vvrmelius, qui nos a deò stupidos putat, vt quòd Ioannes non fecit, nullis etiam aliis faciendum esse credamus, vt quæ Apostolos in his, quæ ipsi docuerunt atq; constituerunt, idcirco minoris faciamus, quia Ioannes eadem ad vnguem non obseruauit, imò etiam citra culpam ignorauit, quæ illi diuino Spiritu afflata constituerunt, & pro ratione temporis Ecclesiæ Christianæ obseruanda legitimè tradiderunt.

Ioannes non eguit humana ratione & ordinatione.

Ioannis exemplo ministrum nouum reprehendunt.

An Ioannes à Synagoga, cuiusque rectoribus fecerit secessionem.

Ex quibus omnibus haud difficile sit æstimare, quàm sit insulsa istorum ratiocinatio, dum ita colligere student: Ioannes nouam baptismi caeremoniam instituit, & nouam docendi rationem tenuit, in deserto, non in templo Hierosolymitano prædicans. Igitur Ioannes à templo, & Sacerdotibus, & ordinaria eorum, qui Synagogæ regerant, potestate fecit secessionem. Quasi verò vtrunq; ab illo fieri non potuerit, quòd & factum esse viri prudentes fatebuntur, nimirum, vt ille suum in baptizando & docendo munus fideliter obiret, ac vitaret interim in tempestiuam, Ecclesiæq; noxiam secessionem. Nec enim congruebat tempori, imò ad excitandas turbas animosq; populi distrahendos plurimum secessio valuisset, si quam Ioannes moliri tùm voluisset à Synagogæ magistratu diuinitus instituto, & Reipublicæ Iudaicæ necessarium, quem deinde Christus, qui Ioannem secutus est, suo tùm verbo, tùm exemplo & docuit, & voluit honorari. Tantùm verò abest, vt quòd Ioannes faciebat, schisma & distractionem populi gigneret, quicquid cum suis Phi-

In 4. Reg. cap. 2.

Hierem. 1.

In 1. cap. Luca.

Apost. 13. 1. Timoth. 4. ad Tit. 1.

Matth. 8. 23. Luc. 17.

lippus

lippus obganniat, vt maior etiam hinc animorum concordia, & status Reipublicæ tranquillior haud dubiè fuerit consecutus. Nam quemadmodum talem tantiq; doctorem decebat, pro sui muneris ratione omnem nauauit operam ad motus & conatus hominù seditiosorum comprimendos: pacis & disciplinæ publicæ studium suis auditoribus commendauit, & præsertim ad reuerentiam obedientiamque tùm legi diuinæ, tùm legitimis magistratibus deferendam, illorum sicut & militum, animos reddidit propensiores. Confirmat hoc Chrysológus, cum Ioannis doctrinam Reipublicæ benè constituendæ necessariam tractat: *Neminem, inquit Ioannes, concutiatis, neque calumniemini, contenti estote stipendiis vestris.* Vbi hoc addit Chrysológus: *Beatus Ioannes sic diuina docuit, vt non turbaret humana.* Instituit (hoc est, erudit) Rempub. non dimouit: probauit à Deo ordinata esse quæ docuit, posse facere, & facere iustitiam. Nugæ sunt igitur, quas nobis ingerunt de Ioanne faciente secessionem, & distrahente populum ab ordinaria potestate, à templo, à Sacerdotio cultuque diuino: cum nihil Ioanni magis cordi fuerit, ac esse debuerit, quàm saluum manere legi diuinæ & Moyfi cathedræ suum honorem, quo ad visum esset Deo, legem legisque Sacerdotium per Christum penitus aboleri. Hæc nobis eò dicuntur omnia, vt liquidò intelligatur, quàm temerè isti Iudæis affingant, quòd illis ne in mentem quidem venire fortassè potuit, de accepto nimirum offendiculo propter nouum, insolens & seditiosum Ioannis institutum.

Luc. 3. serm. 137.

Li. de Iudæis & eorum mendaciis.

In cap. 3. ad Rom.

Act. 19.

In 1. c. Ioan.

Ioan. 1.

In 1. c. Ioan.

Quoniam verò in hac opinione prorsus hærent nouatores, vt credant Iudæos acerbis animis in Ioannem eiusque institutum fuisse, non abs re fuerit, quas illi odij causas præter iam antè adductas proferant, hoc etiam loco considerare. Testatur Lutherus, Ioannem in tota Israël multa nouasse, & palàm liberrimas voces apud proceres tunc ordinariæ Ecclesiæ, nimirum Scribas & Phariseos, edidisse. Verùm hæc pro sua libertate ne dicam dicacitate, tantùm affirmat, non autem probat, nec probare poterit Lutherus: nos contrariam sententiam, satis, vt opinor, supra confirmauimus. Petrus Martyr de Pontificibus, Phariseis & Scribis eius temporis refert, illis intolerabile visum esse, quòd Ioannes in sua doctrina, quam baptismi adhibebat, Patris & Filij & Spiritus sancti fecerit mentionem. Sed vt frigidum hoc est sanè commentum, sic ad odium Ioanni conflandum parum efficax, ac veritati etiam malè congruens. Etenim, si ex Scriptura iudicandum est, Christus hanc baptizandi formam, quæ sanctissimæ Trinitatis nomen exprimit, non nisi post suam mortem Apostolis tradidit, & Ioannes in nomine venturi eum baptismum celebravit, qui Christi & Apostolorum baptismi, quod ad formam & efficientiam atinet, multis modis, vt ostendimus, inferior atque imperfectior existimandus est. Zvinglius aliam huius odij causam assignat, cum explicat verba illa legatorum ex Ioanne percunctantium. Quare ergo baptizas? *Ecce, inquit, qui Ioannem prius baptizantem & docentem exceperant, nunc ingrati non solum Christum, sed & Ioannem, quem summè amabant, calumniantur, sugillant & contemnunt: tantùm ob id, quòd non voluit dicere quæ eis placebant.* Verùm enim uerò haud video, quomodo ex pauculis legatorum verbis, quæ describit Ioannes, hic sensus rectè colligatur, imò sicut demonstrauimus, cum legati Ioannem audissent, in responso eius acquivisse videntur: nec ansam sanè vllam habuerunt, qua permoti virum optimum calumniarentur, eumque ex hoc ipso colloquio contemnerent atque sugillarent. Quid verò Brentijus? magnam odij Iudaici aduersus Ioannem concepti causam in eo statuit, quòd is palàm Christum velut digito monstrans testaretur, Ecce Agnus Dei. *Non est dubium, inquit, quin Ioannes hac vna voce, quasi bellicum non inter Pontifices & sacrificulos tantùm, sed etiam inter sapientes quosque Iudæos, adeoq; in vulgo ipso cecinerit.* Et rursus: *Sapientibus visa est hæc concio non solum abrogatio ciuilibus honestatis, sed etiam deuastatio totius religionis suæ. Quòd cum ita fuerit, quis non intelligat, quòd hæc concio consisteret Ioanni maximo vitæ suæ periculo? Tam considera etiam mihi, quantam aliarum rerum suarum iacturam fecerit hæc vna concione.* En Rhetoricam, imò verò ridiculam Brentij Amplificationem, qui post omnes interpretis id nobis persuadere conatur, quòd ex veteribus quidem nullus, vt ar-

66
66
66

Quibus de eandem fingatur Ioannes apud Iudæos malè auduisse.

Ioannes an baptizari in nomine Trinitatis.

Verbum, Ecce Agnus Dei, magnam Ioanni iudæis & odium costitisse docet Brentius.

Improbabile esse Brentij sententiam.

vt ar.

vt arbitrator, vel per somnium cogitauit. Concedamus autem illi, hoc Ioannis dictum à multis palam auditum & intellectum fuisse, de quo à Iij non temerè dubitabunt: cur interim hinc Iudæi tantoperè offenderentur? cur ciuilibus honestatis abrogationem, ac totius Mosaycæ religionis deuaſtationem, sicut ait Brentius, à viro mansuetissimo, quem Ioannes agnum appellat, extrimeſcerent? Cur demùm & magni & parui tam eximium Prophetam tam iniquè tractarent, & in odium raperent, illique extremum vitæ discrimen ob hoc vnum verbum intentarent? Igitur peregrinum, contortum & ineptum est profus, quod huic Euangelico loco affingit Brentius, dum rem immodicè studet amplificare: neque tamen verbo Dei, sed fallaci tantùm nititur coniectura. Talibus fabellis, quales isti ad nauseam vsq; lectoris admiscunt, Euangelica quidem historia contaminari potest, illustrari certè non potest. Nullæ sunt igitur, aut leues admodum rationes, quas nobis exponunt aduersarij, cur proceres Iudæorum Ioanni succensuerint, & illius ministerium odiis fuerint infectati.

Vbi præterire non possum, quantum sibi nouatores permittant in hoc ipso præclaro Ioannis dicto, **ECCĒ AGNVS DEI**, qui tollit peccata mundi, mirabiliter deprauando. Docet Zvinglius, hic reiici Missam & omne genus sacrificiorum: nec distinguit inter externa & ea, quæ Christianis maximè congruunt, spiritualia sacrificia. Quasi verò incruentum illud & iuge sacrificium Ecclesiæ, quod omnes Antichristi præcursores abolere conantur, non maximè nobis repræsentet agnum, qui ad mundi peccata tollenda in cruce seipsum obtulit semel, & eius cruentæ oblationis memoriam, voluit incruento modo, vt Cyrillus^a loquitur, omni die in Ecclesia renouari: sicut^b Malachias futurum est vaticinatus, & cum Irenæo Patres clarissimè probent. Nec dubitat quidem Eusebius Cæsariensis, cum hanc Ioannis prædicationem de agne Dei tractat, ad Eucharistiæ quoq; sacrificium illam accommodare. Caluinus cum suo Marlorato dicit, hic cuerti omnes humanas satisfactiones, & redemptiones, & piacula. *Ipsè solus*, inquit, est *agnus Dei, solus quoq; oblatio est pro peccatis, solus expiatio solus satisfactio*. Est sanè Christus qui dicitur, agnus Dei tollens peccata mundi, est oblatio, expiatio, satisfactio pro peccatis omnium, qui solus iusto dato precio, seu lytro persoluto, iram diuinā placat, & amissam Dei gratiam nobis recuperat, nosq; propria virtute sua, quod alius facere nemo potuit, reconciliat patri. An verò propter eam negandum est, eundem Christum hanc suis fidelibus & meruisse, & impetrasse gratiam, vt in ipsis etiam viuere, operari, mereri ac satisfacere possit? Viuebat certè in Paulo Christus, & loquebatur, & coronam iustitiæ operabatur, & ea quæ suis passionibus deerant, in Pauli carne pro Ecclesia mirabiliter adimplebat. Sufficit Christi pretiosa mors & sanguis verè sacrosanctus ad omnia omnium expianda, vel sicut Paulus ait, exhaurienda peccata: sed illis tantùm salutaris est, qui volentes, credentes & penitentes illam applicant sibi, Christi q; gratiæ cooperantur. Adeò verè & distinctè Apostolus dixit: Christus factus est obtemperantibus sibi causa salutis æternæ. Obscurant igitur hoc summum Christi beneficiũ, qui contra doctrinam Apostolicam vel negant, vel subtrahunt ea media atq; remedia, præcipuè verò Sacramenta, per quæ Christo visum est, suum sanguinem nobis efficaciter cõmunicare, & non aliis, quàm in Ecclesia vera credentibus & penitentibus, reddere salutarẽ. Iam verò Lutherus ex hoc ipso loco venenũ fugit, cum inde dogma suum de sola fide confirmat, & Ioannem fingit sic dicere voluisse: *Agnosce hunc vt agnum, cui peccata tua imposta sunt, vt saluus sis; & salutem certò consecutus es*. Tùm postea: *Si poteris credere hanc Ioannis vocem veram, & oculis cordis digitum eius sequi, atq; agnũ DEI tua peccata tollentem agnoscere, planè viceris, salutem nactus, verus es Christianus, dominus peccati, mortis, inferni & omnium*. Quis verò non videat, hic fidem à Lutherō nimis immodicè prædicari, eumq; profus abuti nomine fidei, vt vanam illam confirmet fiduciam, qua sectarij omnes veræ charitatis expertes, & à fide obedientiaq; Ecclesiæ alieni, certò statuũt, hoc est, falsò putant, modò Christum fide apprehenderint, se iustos esse & sanctos imputatiuè. Iudicet quæso lector, an hoc Baptista voluerit, cum diceret, Ecce agnus Dei. Deinde non potest Lutherō cum Ioanne conuenire, quando ille nunquam non vrget hanc vnam de agno DEI prædicationem, quam totius Euangelij epitomen Brentius vocat: hic verò non solùm fidem in Christum, sed & penitentiam,

Quomodo accipiendum sit illud, Ecce agnus Dei contra sectarios.

Fructus mortis Christi ad quos pertinet.

Lutheri sensus de verbo, Ecce agnus Dei.

In x. cap. Ioannis. Daniel. 11. & 12. Matth. 26. Luc. 22. 1. Cor. 11. 2. Epist. 10. ad Nestor. b Malach. 1. c L. 4. c. 24. contra haberes. De demon. strat. Euag. lib. 1. ca. 10. In Harmon. & in Anid. contra cõcil. Trident.

Gal. 2. 2. Cor. 13. 2. Tim. 4. Coloss. 1. Heb. 9. Luc. 24. Ioan. 1. Act. 2. 1. Cor. 3. & 15. Hebr. 5.

In postill. Domin. 4. Aduent.

In x. cap.

cuiusq; dignos fructus accuratè commendat. Præterea Ioannes haud obscurè Lutherum ac nouatores verberat, quòd non contentus Christum agnum & Messiam pronuntiare, & in illum carcerorum quoq; fidem excitare, de illo etiam iudice, qui habet in manu sua ventilabrum, seuerè concionatur, & arborinon bonæ atq; frugiferæ tum excisionem, tum ignis æterni supplicium apertè interminatur. Placet istis magistris, placet & eorum auditoribus blanda de agno DEI ac fide doctrina: Ioannis autem vita, & oratio de poenitentia & iudicio DEI, vt perse quidem aliquantum horrida, sic delicatulis semper ingrata, nullum apud istos pondus obtinet, & vix quidem attingitur. Amant nimirum hoc dulcè compendium, quod illis, quomodocunq; demùm viuant, a uadæ in Christum fiducia, & imputatiua iustitia subministrat, vt ira, velint nolint superi, sine luctu consolationem; sine poenitentia veniam; sine obedientia securitatem & salutem sibi ac aliis certissimè polliceantur. An hoc verò est cum Ioanne vel viuere, vel docere, eisdemque lineis insisterè?

POSTREMÒ ob hoc ipsum Ioannis dictum Patres ac alios, velut indoctos, incusat Melancthon, qui in appellatione agni Metaphorã innocentia & patientia putat significari: vrget autem eam interpretationem, quæ hoc tempore in primis placet nouatoribus, Christum videlicet esse similem agno, qui est victima in cruce pro nobis oblata. Cui explanationi adiungit, quomodo Sacrificiũ Christi nobis applicetur, idq; fieri docet dũtaxat per fidem, quàm definit esse fiduciam, qua statuimus, Deum nobis placatum esse propter Christum, Sed faciliè deendi possunt Patres aliiq; Scriptores, qui haud sine Scripturarũ autoritate nomen agni tum ad innocentiam, tum ad patientiam atq; mansuetudinem appositè retulerũt, aut referunt etiam nũ. Et Ioannes quidem hoc noluisse videtur vt Christum a aliis, qui ad suum baptismum multis cooperi sceleribus accedebant discerneret, eumq; solùm nulla prorsus ablutione indigentẽ, sed ab omni labe peccati purum & integrum significaret: quare Apostolus Petrus etiam agnum immaculatũ euidenter appellat. Deinde Baptista hoc nomine consolatur Ecclesiam, docens Christũ in primo illo aduentu non terribilem, sed verè mansuetum ac patientem esse. Probãrũt id hostes eius sanguinarij, cum sicut ouis ad occisionem duceretur, & quasi agnus corã se rondẽte obmutesceret. Sed & sicut agno inter pecudes, sic illo inter principes nihil mansuetius, simuliq; fructuosius reperitur. Est enim hoc agno propriũ, vt aliis potius quàm sibi feruiat, ac idcirco possessori suo lanam ad vestitũ, & carnes ad victum præbeat: quæ admodum reuera Christus etiã liberalissimè vestit & ornat & pascit populum suũ, adeoq; vniuersam Ecclesiam. Nec dubiũ, quin hoc dicto iridem Ioannes ad illum alludat agnũ, qui ex præscripto legis, vt omnes nouerãt, pro peccatis populi quotannis offerrebat, & Christũ, qui nostrum est pascha, pro mundi peccatis offerẽdum propriè adumbrabat. Vt verò maximè Christus dicatur agnus ob sacrificium, quod in ara crucis semel oblatũ, sacrificiis omnibus Mosaycis finem imposuit, & de quo testatur Apocalypsis, agnũ à mundi origine occisum esse, tamen reiiciendæ non sunt alia Patrũ interpretationes, cum & ipse

Matth. Luc.

Matth.

In x. cap. Ioannis.

1. Pet. 1.

Isaie 53. Act. 8. III.

III. Evod. 12. Heb. 11. 1. Cor. 5.

Apoc. 19.

Rom. 1.

Placet hodie Ioannes de fide prædicans non de poenitentia.

Cur Ioannes agni Dei dixerit.

Ioannes nõ cõfirmat doctrinã de fide specialit.

1. Pet. 1.

Isaie 53. Act. 8. III.

III. Evod. 12. Heb. 11. 1. Cor. 5.

Apoc. 19.

Rom. 1.

tionis,

tionis, imò & diuini anathematis suam tribuant auctoritatem, suamque reuerentiam, & obedientiam præsent. Nolo hæc pluribus, vt possem, astruere, Patrumque confirmare sententiis: satis est obiter indicasse, quomodo suauissimum hoc Ioannis dictum, si ritè intelligatur, deprauetur ab istis, qui ex Ioanne fidei magis quam poenitentiae laudatorem ac prædicatorem facere moluntur. Sed enim Ioannes in fide commendanda breuis, proluxior autem & accuratior in poenitentiae & iudicij, & timoris & operum prædicatione cernitur: non quòd fidem omnium iustitiae & salutis humanae basin negligat, sed quòd opera fidei, quæ sunt fructus spiritus, ac poenitentes in primis decent, magis vrgeat, ita subindicans videlicet, fidem iustificantem in adultis sine dignis poenitentiae fructibus esse non posse. Quòd si Baptista non de sola fide, sed de operibus fidei, dignisque poenitentiae fructibus est sedulo concionatus, vt pro sui muneris ratione viam Domino præstrueret, ac plebem Iudaicam, valdeque crassam, ad Christi præpararet aduentum, quid illum quæso facturum fuisse putemus, si discipulos & auditores habuisset ex his, qui Christianæ disciplinæ initiati, & in Euangelica lege inde à primis annis instituti fuissent? An nõ excellentem, seu vt Christus loquitur, abundantem iustitiam, omnemque sanctimoniam ab illis postulasset: simulque cum Paulo eos qui carnis faciunt opera, vel secundum carnem ambulant, à Dei regno exclusisset atque damnasset?

Cur Ioannes nõ fidem, sicut alia quædam vrgeat.

SED AD Philippum redeo, qui nouam nobis iniicit disputationem: *Hic queritur, inquit, an liceat facere contra potestatem ordinariã, sicut Ioannes discessit à templo. Respondeo: semper necesse est anteferri mandatum Dei potestati ordinariã, sicut Apostoli dixerunt, Oportet Deo magis obedire quam hominibus.* Quam verè autem assumat Melanchthon, Ioannem à templo discessisse, satis quidem demonstratum arbitror: de potestate ordinariã, possitne describi, an non possit, paulò post dispiciemus. Nunc de Apostolico tantum dicto respondebimus: quòd nouatores quidem magna vi ad se rapiunt, simulque interpretando corrumpunt, abutentes nimirum sententia, quam summus Apostolus Petrus & suo & omnium Apostolorum nomine, vt sapientissimè, sic etiam necessariò protulit. Agebat enim cum Synagogæ primoribus post publicatum Hierosolymis Euangelium, cum lex & religio Iudaica, velut umbra lucenti corpori cedere, nullamque habere auctoritatem debuit. Etenim domino crucifixo Pontifices illi sacrilegi, impij & cruenti esse coeperant, nec iam quicquam de sacerdotali honore & auctoritate retinebant, sicut Cyprianus luculenter affirmat. Agebat, inquam, Petrus aduersus eos, qui suo impio edicto id efficere conabantur, vt Apostoli contra suam conscientiam, contra veritatem agnitam, contra diuinum expressumque Dei mandatum, nihil in Iesu Christi nomine aut docerent, aut facerent. Quia in re si Apostoli paruissent nefaris illis magistratibus, an non prodidissent religionem? an non suam vocationem deseruissent? an non Ecclesiæ vix dum surgenti offendiculum & periculum maximum acersuissent? an non demum lupos, vel certè mercenarios potius, quam ouium Christi pastores se turpissimè præstitissent? Non potuit igitur Petrus, quem ouilis sui pastorem Christus declarauerat, communem Ecclesiæ causam negligere, sed in tanto discrimine positus, zelum sanctum exercere, & Christianam veritatem, prout fecit, palam debuit & intrepidè confiteri; Si iustum est, ait, in conspectu Dei, vos potius audire quam Deum, iudicate. Non enim possumus quæ vidimus & audiimus, non loqui. Tum rursus ad eosdem Synagogæ principes: Obedire oportet Deo magis quam hominibus. Non habet igitur Philippus, quòd hoc Petri dicto & exemplo suos, hoc est, novos ministros excuset, cum nullum diuinum mandatum eos, sicut Apostolos, vrgeat, vt aduersus potestatem ordinariã, non dicam mortuæ Synagogæ, sed nunc vigentis Ecclesiæ, sese palam opponant, imò & principes concitent, & populos inflament, & cum seditiosis sceleratè conspirent. Illud verò fatemur & constanti Ecclesiæ doctrinæ consentaneum esse dicimus, quòd etsi magistratui, seu ordinariæ potestati sit obtemperandum, tamen si quid impiè contra Deum præcipiat, Deo magis diuinis que mandatis quam quibusuis hominibus & eorum decretis nos oporteat auscultare. Igitur vt Deo parerent Hilarius & Basilius Episcopi, Imperatoribus Constantio & Valenti palam contradixerunt, sicut & Athanasius Arrianis omnibus fortissimè resistit. Cum enim vrget Dei honos, aut veritatis confessio & salus animæ sic

Qua ratione dictum sit à Petro, Oportet obedire Deo magis quam hominibus.

Nõ eadè Apostolorum & nouatorum causa est in obedientia magistratibus deneganda.

Vbi & quando sit repugnandum magistratibus.

Matth. 5. Galat. 5. Rom. 8.

In c. 3. Matth.

Act. 5.

Act. 4.

Mat. 18. et 7. Ioan. 10. 2. Ioan. 1.

Lit. epist.

Marc. 16. Matth. 10. Luc. 24.

Ioan. 21.

Act. 4. et 5.

sic postulat, obedientiam necessariam exigit isthæc sententia: **O B E D I R E** oportet Deo magis quam hominibus. Verum hinc insulse isti, nec minùs petulanter colligunt, se non modò cum venia, sed etiam cum laude facere, quòd magistratum Ecclesiasticum deserant atque contemnant, quòd Synodorum canones pro nihilo ducant, quòd Pontificum & Episcoporum auctoritatem oppugnent, adeoque in Ecclesiæ Catholicæ ignominiam pleraque tum doceant, tum faciant palam. Quid verò vel à Petri, vel ab omnium Apostolorum sententia remotius ac alienius potest excogitari? Quatò nos rectius hoc dictum contra istos hunc in modum interpretamur: Oportet Deo magis obedire quam hominibus, nouis nimirum magistris & politicis eorum magistratibus, quando aduersus Dei ordinationem Ecclesiasticam & ordinariam potestati resistunt citra necessitatem? Item, Oportet obedire Deo, non solum in verbo suo, sed etiam in Ecclesia per Spiritum sanctum loquenti, & veritatem nos omnem ex Christi promissione docenti. Rursus, Oportet obedire Deo, qui semper adest & præest in Ecclesia & Synodis Oecumenicis, qui vnam etiam eandemque fidei regulam orthodoxis perpetuò tradidit atque custodit, vt Ecclesia sit, quod dicitur, columna & firmamentum veritatis? Non igitur obedire vel oportet, vel decet, vel expedit, vel licet spiritui mendacij atque vertiginis in falsis Prophetis loquenti, ac in ministris nouis operanti, quorum est dispar, inconstans, leuis, tumultuosa, malè sana, & plerumque damnata doctrina. Ac breuiter, oportet Deo obedire, qui nusquam profectò certius ac firmitus, quam per ordinariam potestatem suum verbum nobis ostendit, custodit, interpretatur, piæque doctrinæ consensum tuetur, ac denique multitudinis credentium, in his quæ ad religionem pertinent, cor vnum & animam vnam efficit atque conseruat. Proinde qui hac in parte Deo diuinæque ordinationi ac prouidentiae non obediunt, sed sua potiùs, vel quorumuis hominum priuata sensa sequuntur & somnia, licet ad verbum Dei prouocent, Dei que ministros se iactent, non alio tamen quam ethnicorum loco numerari, ac velut Ecclesiæ hostes & pestes, vt Christus ipse commonstrat, deuitari merentur. Quam igitur impudenter ac vanè isti, quod certa cum ratione à Petro aliisque Apostolis & dictum & factum est, id sumunt sibi, idque nobis opponunt, vt hoc modo suam ab Ecclesia defectionem, imò & publicam aduersus Ecclesiasticos, sæpè & politicos magistratus rebellionem excusent.

1. Timoth. 3.

Act. 4.

Mat. 18. et 7. Ioan. 10. 2. Ioan. 1.

In c. 5. Acto.

Nec veretur tamen Loffius dicere: *Rectè & necessariò Apostoli violauerunt mandatum ordinariæ potestatis: & nunc omnes veri & sinceri Doctores Euangelij rectè violant Pontificis Romani & Episcoporum edicta, de non prædicando Euangelio, Exemplo Apostolorum.* Vbi multa quidem satis ineptè, & parum verè coaceruantur. Primùm non probabit vnquam Loffius, Pont. Max. cui primæ honoris & dignitatis partes in Ecclesia semper delatæ sunt, vt alibi docebimus, & Episcopos Apostolorum haud dubiè successores, hoc suis edictis vel vrgerè, vel efficere, quòd impij prorsus & sacrilegi Sacerdotes Hierosolymis non modò verbis & mandatis, sed re ipsa etiam declarauerunt, vt Euangelij prædicatione impediretur, atque adeò sacrosanctum I E S U C H R I S T I nomen, si modò id fieri potuisset, prorsus obliteraretur. Hoc verò præscribunt & exigunt Catholici Pontifices & Episcopi vigilantes, vt noui Doctores, qui sectas & opiniones tam varias impiasque fouent, nouandæ religionis & scindendæ Ecclesiæ conatus seditiosos intermittant, vt Dei verbum sanè intellectum atque incorruptum bona fide proponant, vt non tam suo priuato, quam communi Patrum sensui diuinis in rebus fidem adhibeant, vt damnatas olim & sepultas in Ecclesia opiniones & hæreses in lucem non reuocent atque defendant, vt sibi non arrogent, quæ summis Ecclesiæ pastoribus de religione cognoscenda debetur, potestatem; vt denique cum rei sint, simul actores & iudices in causa religionis se ipsi non faciant, humano scilicet, diuinoque iuri aduersantes. Cur verò id non postulent atque mandent, cum sit munus proprium Episcoporum de doctrina cognoscere, & doctrinam ab Euangelio dissentientem reiicere, sicut Augustina confessio euidenter affirmat, ac veteres omnes prædicant. Deinde non probabit nobis Loffius id quod assumit, & aliquoties repetit, ordinariam potestatem eo tem-

Quomodo in Senariis reserquidum sit Petri Serbum.

Loffius non ministris in prædicatione exequat Apostolis, nec vult eos impediri.

Quid Episcopi à nouis ministris circa prædicationem exigant, & in illis improbetur.

Ordinariæ potestatis à Pontificibus Iudaicorum.

Artic. de potestate Ecclesiastic.

*in Apostolos de-
rinate atque
translata.*

*Apostoli legem
ad tempus obser-
uatum, non sta-
tim abrogarunt.*

*Episco. prohibet
modum illegiti-
mum predican-
di in nouis mi-
nistria.*

*Quomodo mini-
stri noui abutan-
tur Euangelij no-
mine, ad dam-
nat. etiam he-
rejes proficendū*

pore, quo iussi sunt Apostoli ab Euangelij prædicatione desistere, penes Synagogæ rec-
tores Hierosolymis extitisse. Etenim duplici ratione mortua tunc erat cum suo Sac-
erdotio Synagoga, tum quod summus ipse Sacerdos noui; testamenti author Chris-
tus legis umbras in cruce suo sanctissimo sacrificio sustulisset; unde velum illud solen-
ne templi disruptum voluit, vt certius de legis abrogatione constaret: tum quod
facta iam fuisset Euangelij promulgatio apud Hierosolymitanos, eamque illustris pror-
sus & irrefragabilis miraculorum gloria comprobasset. Sicut igitur è Synagoga Iu-
daica facta est Ecclesia Christiana, vt multò antè Deus de regno suo transferendo pro-
miserat, sic & Aaronici Sacerdotij vel Mosayci magistratus potestas, quæ florebat Hie-
rosolymis, in illos erat deriuata, qui nouæ Hierusalem primi architecti, & sicut Ioan-
nes vocat, duodecim fundamenta fuere. Et si enim Apostoli pro sua summa prudentia
modestiaque non solum Iudæis permiserint, sed ipsi quoque multo tempore ob-
seruauerint ritus legis: quare Paulus etiam purgatione quadam apud Pontificem Ana-
niam voluit vti, tamen, si de iure ipso agitur, hoc Apostolis velut legitimis & ordina-
riis Ecclesiæ pastoribus, quos cum autoritate perfecta instituerat Christus, procul
dubio debebatur. Postremò in eo etiam Lossius fallitur, quod contendit, Apostolo-
rum factum & exemplum nouis congruere, & accommodandum esse ministris, quos
ipse interim veros & sinceros Euangelij doctores tam audacter appellat. Sed intelli-
gunt sapientes, quam rectè Apostolis exæquetur non veri, sed deprauati Euangelij pro-
fessores, in quibus nõ Euangelij prædicatione, sed prædicationis abusus multis nominib.
reprehendi potest, ideoque ab Episcopis etiam debet prohiberi. Quomodo enim præ-
dicabunt, & speciosi erunt pedes Euangelizatum, nisi cum Aaronicè fuerint vocati,
missi atque ordinati? sicut religionis nostræ principes Apostoli constituerunt, & in
Ecclesia semper obseruatum est?

Ac res ipsa quidem ostendit, quam sit vanus istorum prætextus, qui veri & sinceri
doctores Euangelij haberi volunt, cuiusdem demum sectæ seruiant, aut qualescunq;
tandem docendi genus sibi proponant, semper interim purum putum Euangelium
sibi vendicantes. An verò parum in Euangelij nomine hallucinantur, cum per hoc
Scripturam Euangelicam nouis ipsorum tum versionibus, tum interpretationibus cõ-
taminatam atque deprauatam intelligunt, simulque hoc nomine suam nuper excogi-
tatam doctrinam cohonestant, vulgoque imperito commendant? Est illis Euange-
lium, quod tradunt de seruo hominis arbitrio, a Manichæi scilicet, non Christi Evan-
gelium profitentes. Placet plerisque absolutam in his quæ fiunt, statuere necessita-
tem: quod idem & antiquum est b Simonis Magi Euangelium. Contendunt, solam
fidem homini ad salutem satis esse, quomodo Euangelium c Eunomius etiam prædi-
cauit. Faciunt omnes æqualiter Sacerdotes, ne dissentiant ab Euangelio d Quintilia-
norum. Docent aque baptismum non ad eò necessarium ac efficacem esse, quin sine
illo etiam salutem nonnulli consequi possint: quod item haud malè quadrat Euan-
gelio e Seleucianorum. Confirmant in sacro baptismo non tolli, sed abradi peccata:
confirmauerunt hoc quondam in Euangelio suo vnâ cum f Proclo g Messaliani. Reici-
unt sacrum chrisma, vt h Nouatianorum Euangelium hac in parte sequantur. Ver-
ba dominicæ cœnæ ad tropum symbolumque referri volunt, & vrgent duntaxat man-
ducationem carnis Christi spirituales, sicut hoc Euangelium à i Berengarianis &
k Vuicelstis traditur. Negant & execrantur Missæ sacrificium: sed hoc Euangelium
à l Petrobrusianis veluti per manus traditum acceperunt. Religio est, Sanctorum
cultum, reliquias & imagines in Ecclesia tolerare: sic edocti sunt ex Euangelio m Vigi-
lantij & n Iconoclastarum. Orandi & sacrificandi pro defunctis fidelibus morem re-
ceptum in Ecclesia insectantur: visum est o Aërianis & Armenis, id ipsum Euangelij
loco recipere atque probare. Nullum meriti locum concedunt piorum ieiunio & vir-
ginitati, vt sic etiam confirmet Euangelium p Iouiniani. Oppugnant statos ieiunio-
rum dies delectumque ciborum, quem præscribit Ecclesia, ne illis malè conueni-
at cum Euangelio q Aërianorum. Piorum vota liberè dissolui & rescindi posse clami-
tant: idem pro Euangelio habent r Lampetiani. Vetrem Ecclesiam velut in fide ac

*Ioan. 19.
Heb. 9. et 10.
Math. 27.
Act. 23. 5.
Daniel. 12.*

*Malach. 3.
Math. 21.
Apocal. 21.*

Act. 23.

*Rom. 10.
Ejai. 52.
Nabum. 1.
Heb. 5.
a Aug. Lib.
de heresib.
har. 46
b Clement
lib. 3. recog.
21. t.*

*c August.
har. 54.
d Epiph. ha-
res. 49.
e Argu. ha-
res. 56.*

*f Epiph. ha-
res. 64.
g Euan. mi-
ni puaupus
tit. 22.
h Theodo-
ret. lib. hat.
fab. de No-
uatianis.
i De conse-
dis. 2.*

*k In articu-
lis Romæ,
Parisij &
Oxonie de-
natis a 13.
l Petrus Chu-
niac. lib. de
sacrificio
Missæ.*

*m Hieron.
contra Vig-
lantium.
n Nicena
Synodus 2.
o Aug. ha-
res. 53.*

*p Damasc. li-
de heresib.
q Hiero. cõ-
tra Iouiniani-
num.*

*r Epiph. ha-
res. 75.
s Damasc.
lib. de heresib.
sibus.*

*f Aug. de
Unitate Ec-
clesiæ cõtra
Donat. &
passim.
g Theodore.
lib. 1. cap. 8.
h Basilius
lib. de Spi-
ritu sancto.*

1. Tim. 3.

*In 1. cap.
Ioan.*

*Math. 11.
Luc. 1. & 2.*

*Cõtra epist.
Parmenia-
ni, lib. 2.
cap. 7.*

*Contra Do-
natist. post
collationem,
cap. 20.*

*In cap. 4.
Act. 19.*

doctrina errantem deserunt & oppugnant: nec aliud placuit Euangelium f Donatistis.
Denique solam Scripturam indicem postulant, per quam conuincantur erroris: nitun-
tur & eodem Euangelio g Arriani & h Eunomiani. Hæc aliæque id genus complura, quæ
longum sit enumerare, non solum isti cum suis malè sanctis & iam pridem damnatis
Patribus audacissimè docent, verum etiam sacro Euangelij nomine complectuntur,
proque Euangelio passim venditant, & ab omnibus recipi volunt, propositis etiam pœ-
nis, vt si quis aliter fortasse sentiat, homo parum Euangelicus existimetur, sæpè ludibrio
habeatur, nonnunquam etiam cum rerum suarum vitæque periculo inter novos Eu-
angelicos viuat, neque rarè exulare cogatur. Sic autem reuera sunt Euangelici, sic Euā-
gelium tractant atque profitentur, vt ne vnum quidem ex vetustis probatisque Patri-
bus dare possint, quem probent per omnia, quemque verum & sincerum Euangelij
doctorem agnoscant. Si enim ex ipsorum confessione, doctrina, Synagoga iudicabimus
nouum hoc Euangelium, quod ex tenebris erutum in lucē se protulisse gloriantur, ab
aliquo veterum sic intellectum, sic explicatum fuisse, nunquam ostendent. Hanc lucem
quam isti præferunt, maiorum nullus aspexit, scriptisque confirmavit, qui persuasum si-
bi prorsus habuerunt, Christianum nomen sine Sacerdotio, sine sacrificio, sine Episco-
po non posse vindicari. Quid pura? nullum hodie tam impurum, tam absurdum, tam
impium, tam execrandū dogma defenditur, quod à nouis doctoribus honesto Euāgelij
nomine nõ studiosè tegatur atque excusetur. Et molestè fert adhuc Lossius, quod summi
Ecclesiæ pastores rationem habeant muneris sui, ac idcirco à grauissimo prædicandi Eu-
angelij officio arceant nõ dicæ neophytos & bigamos, sicut Paulus fieri iussit, sed in fide
malè sanos atque corruptos, quos pfectò vti Reipub. pestes plecti, vel sicuti leprosos ab
hominū conuictu remoueri, aut saltē vt veritatis signaros discere oportebat, priusquam
cum tanto sui ac aliorum periculo, ad prædicationem Euangelicam admitterentur.

C A T E R V M his omissis ad Melanchthonem redeo, qui cum suo Lossio causam
nobis præbuit huius digressionis, vt Apostolorum & Ioannis exemplum aduersus istos
vindicaremus, qui suum in Ecclesia ministerium ex illo ipso ineptè confirmant. Mouet
autem nobis litem Melanchthon, vt dicere cõperamus, liceatne aliquando discedere
ab ordinaria potestate, & mutare doctrinam ac ritus in Ecclesia. Producit exempla Io-
annis, Zachariæ, Simeonis, qui haud dubiè arguerunt, vt ille putat, errores Synagogæ
sui temporis, nec paruauerunt, sed aduersati sunt ordinariæ potestati. Colligit igitur, non
posse tantum, sed & debere doctores ordinariam deserere potestatem, quando cun-
que gubernatores Ecclesiæ tradunt impiam doctrinam, & dissentiunt à veritate. Et si verò
non pauca dixerimus, quæ huc maximè pertinent, tamen aliquid nunc etiam adden-
dum est in causa vsque ad eò graui, vt si prorsus negligatur, totam Christianam religio-
nem in præsens periculum ac discrimen adducat. Ac Melanchthon quidem hoc loco
plùs arrogat sibi, quam cõcedi à nobis possit ac debeat. Nec enim ille diuina Scriptura,
sed mera coniectura nititur in eo, quod affirmat, Ioannem, Zachariam & Simeonem,
quorum laus est in Euangelio, se illius temporis Ecclesiæ opposuisse, & ordinariam de-
seruisse potestatem, impiasque reprehendisse doctrinas procerum, qui tunc Moyse cathe-
dram occupabant. Atqui Augustinus perspicuè docet, vbi Caiphas & ceteri tales fuere,
ibi, hoc est, in eadem Ecclesia, Zachariam, Simeonem, quos nominatim citat, & ceteros
bonos extitisse. Et huiusmodi exemplis sæpè cõfirmat, in Ecclesia bonos & malos, tan-
quam grana & paleas in eadem area, permixtim reperiri. Præterea vbi aduersus Dona-
tistas disputant Catholici, inter quos Augustinus vel præcipuus fuit, palàm illi testan-
tur, in veteri Testamento vnum fuisse templum, quo vterentur omnes, nec quenquam
Prophetarum, inter quos Ioannes nulli omninò cedit, aliud templum, alia sacrificia,
vel Sacerdotes alios sibi constituisse, licet boni malos interea tolerarent passim, & suo
loco reprehenderent ac emendarent.

L I B E T autem hîc Lossium rursus producere, vt quoniam in communi cum Phi-
lippo errore versatur, erroris eius nebula simili responsionis luce dispellatur: Duplex,
inquit, est vocatio, ordinaria seu mediata, quæ fit ab Ecclesia, quales fuerunt Pontifices Sacerdotū
Hierosolymis: & extraordinaria seu immediata, quando Deus extra ordinem & vocationem or-

*An discedere
liceat ab ordi-
naria potesta-
te, & mutare
doctrinam &
ritus in Eccle-
sia.
Confutatio sen-
tentia Melan-
chthonis.*

*An Prophetæ
discesserint ab
ordinaria po-
testate.*

*Lossij doctrina
expensa & re-
pudiata de po-
testate ordina-
ria.*

dinaria potestatis excitat & vocat certos repurgatores doctrinae, & doctores Ecclesiae, cum scilicet ordinaria potestas impia & negligens est in docendo, quales fuerunt Elias, Elisaeus, Ioannes Baptista, Paulus & alij omnes Apostoli, qui peculiare mandatum habuerunt non solum docendi Ecclesiam, sed etiam reprehendendi errores & vitia ordinaria potestatis. Quoniam verò de ordinaria seu mediata potestate iam diximus, hoc de altera & extraordinaria Prophetarum & Apostolorum vocatione testamur, Philippicum ac ficulneum profus esse fundamentum, quo se fulcit Loffius. Etenim sibi falsò persuadet, dictos Prophetas sic vocatione sua uti voluisse, ut eam aduersus potestatem ordinariam opponerent, & Synagoga principes in his, quae ad fidem pertinent, aliquando taxarent. Nihil tale Scriptura docet: non Elias, non Elisaeus, non Ioannes potestati ordinariae vnquam resistit, non Leuitici generis magistratus de impiis erroribus insinulauit. Quin potius, si rite omnia perpendimus, sic illi sub ordinaria potestate illorum, qui cathedrae Moysei praefuerunt, in vna fide, & inter eadem sacramenta sunt quietè versati, ut suum honorem cathedrae ac senioribus semper integrum reliquerint, ac relinquendum esse docendo confirmarent. Quare non est abs re, quod Lucas de Paulo scribit, ac repetit etiam Cyprianus, illum non sine reuerentia quadam & honoris significatione dixisse, cum Ananiae Pontifici coram adesset. Nesciebam, inquit, fratres, quia Pontifex est: Scriptum est enim, Principem populi tui non maledices. Sic enim personam illius honorauit Paulus, qui duntaxat inane nomen & vmbra quendam Pontificis Mosayci praese ferebat, factis nimirum ostendit: Sacerdotalem auctoritatem & potestatem non solum in optimis, sed in pessimis etiam hominibus venerandam esse.

Quam ob rem nihil solidi adfert Philippus, nihil etiam Loffius, ut fidem faciant, aut olim ex Prophetis vllum ab ordinaria potestate propter corruptelas discessisse, aut nunc etiam alicui fas esse discedere, doctrinamque & ritus Ecclesiae immutare. Nam ut maximè vitam sceleratam agant, qui ad Ecclesiae clauum sedent, non est tamen, ut omnes consentiunt, propterea communis Ecclesiae vel infamanda, vel deserenda, vel oppugnanda doctrina. Secundum illorum quidem praua opera, quae in Iuda etiam Apostolo deprehensa fuerunt, viuere prohibemur à Christo: doctrinam verò, quam cum Ecclesia consentientè profitentur, conseruare, simulque professores ipsos, ut cunq; demum viuunt, honorare iubemur. Cur verò Philippus non modò praepositorum, sed & totius Ecclesiae fidem ac doctrinam suspectam reddit, adeoque de grauissimo impietatis crimine illam Christi sponsam proscindit, quae non minus est, quam dicitur, domus Dei viuus; columna itidem & firmamentum veritatis, contra quam ne portabatur quidè inferorum possunt vnquam praualere? Est Ecclesia, quae sicut Eusebius dixit, luce ac fulgore orthodoxae fidei splendet, neque hostibus terga dat, neque ipsis Ianuis mortis cedit. Quod Christi quoque verbis confirmat: Est, quae, ut Cyprianus loquitur, in Christum credit, & semel id quod cognouerit tenet, & ab eo nunquam omnino discedit: Adulterari non potest sponsa Christi, incorrupta est, & pudica: vnam domum nouit, vnius cubiculi sanctitatem casto pudore custodit. Ecclesia est, inquam, quae sincerè semper doctrinae custos & interpres persenerat, quae nec profitetur ac proponit alia, nisi salutaria Deoque grata dogmata: quae demum licet ab improbis etiam praepositis administraretur, tamen in fide fideique doctrina nunquam errat, docetè nimirum & regente illam Spiritu sancto, quem aeterna veritas Christus illi ut promissit, ita praesentem semper exhibet, pro suo in illam amore nunquam intermorituro. Ut hinc praclare scriptum sit à verustissimo Irenaeo: Non oportet quaerere apud alios veritatè, quam facile est ab Ecclesia sumere, cum Apostoli quasi in depositarium diues, plenissimè in eam contulerint omnia, quae sunt veritatis, ut omnis qui vclit sumat ex ea potum vitae. Origenes verò fidem & doctrinam Ecclesiae ita commendat: Cum multi sint qui se putent sentire quae Christi sunt, & nonnulli eorum diuersa à prioribus sentiant, seruetur Ecclesiastica praedicatio per successionis ordinem ab Apostolis tradita, & vsque ad praesens in Ecclesiis permanens. Illa sola credenda est veritas, quae in nullo ab Ecclesiastica discordat traditione. Ab Augustino dicitur Ecclesia totum possidere, quod à viro suo accepit in dote, & quod omnem sui sponsi & domini teneat potestatem. Tum variis libris editis Donatistas refellit, ac dam-

Non leguntur Prophetae potestatem ordinariam in fide taxasse, sed honorasse.

Paulus Pontificem etiam impium reuerentur.

In malis etiam praepositis quid spectandum & honorandum.

Est, si fides & doctrina insalubris, nec respicienda, sed aduersus illi asbareman sumitur.

Irenaeus, Origenes & Augustinus de Ecclesia doctrina & robore sententiae.

Actor. 23. Lib. 1. ep. 3. Actor. 23.

Matth. 23. Ioan. 6. Matth. 26.

1. Tim. 3. b. Matth. 18. De praepar. Euang. lib. 1. cap. 3. Lib. 1. epist. 3. ad Cor. nel. & lib. de Unitate Ecclesiae.

Inann. 14. Or. 15. Lib. 3. ca. 4. aduer. haeres. In praemio lib. 1. per archon.

De Symbolo lib. 4. ca. 10.

ad damnat, quod ab ordinaria discederent potestate, ac nouum sibi coetum instituerent: veram enim periisse doctrinam, quam ipsi excitarent, & velut coecam errare Ecclesiam, non minus quam hodiè nouatores faciunt, improbè calumniabantur. Dissoluit autem hanc obiectionem, & opponit Prophetica dicta, probatque sic à Deo fundatam, instructam ac munitam esse Ecclesiam, ut velut fortissimum firmamentum, in fide non possit euerti atque cadere: de illa scriptum esse, Deus fundauit eam in aeternum, columnam eandem & firmamentum veritatis omnibus seculis permanere.

Quin & vetus Iudaeorum Ecclesia non tam erat infelix, ut pro piis impias doctrinas amplecteretur atque profiteretur, sed in Moysei cathedra & legitima Pontificum successione illos magistros habebat ac iudices, qui cum de fidei decretis ageretur, sancti Spiritus lumine nunquam destituerentur, quique sacra ex professo cognoscerent, ac de illis rite pronunciarent. Aderat enim diuinus ille spiritus non solum Ecclesiae, sed eius etiam gubernatoribus ordinariis, quantumuis prae uientibus, quemadmodum Caiphae vaticinantis docet exemplum, veramque per illos doctrinam in Ecclesia & propagabat, & conseruabat. Quae de re ut certior esset omnium fides, neue de ordinaria illa potestate dubium maneret vllum, tam disertè diuinum testatur oraculum, de Synagoga praepositis & Leuitici generis Sacerdotibus loquens: Quaes ab eis, qui indicabunt tibi iudicij veritatem: & facies quodcumque dixerint, qui praesunt loco, quem elegerit Dominus, & obseruabis diligenter omnia, quae te docuerint, sequerisque sententiam eorum, nec declinabis ad dexteram neque ad sinistram. Tum apud Hieremiam ita promittit Deus: Non peribit lex à Sacerdote, neque consilium à sapiente, nec sermo à Propheta. Moment igitur Aggaeus & Malachias Prophetae, ut à Sacerdotibus de lege interrogetur, utque ex illorum ore populus discat. Sed & Salomon in Spiritu sancto constitutus, ut Cypriani verbis utar, testatur & docet, quae sit (in veteri lege scilicet) Sacerdotalis auctoritas atque potestas, dicens: Ex tota anima tua time Deum, & honorifica Sacerdotes eius. Et iterum: Honora Deum ex tota anima tua, & honorifica Sacerdotes eius. Vnde prudenter idem Cyprianus notat, ac notari vult Christi Saluatoris exemplum, qui cum esset rex & iudex & Deus noster, vsque ad passionis suae diem Pontificibus & Sacerdotibus seruaui honorem, quamuis illi nec timorem Dei, nec agnitionem Christi seruauiissent. Atque huc demum referri possunt, quae Iosephus de Mosayco Sacerdotio praclare scribit, & ex illo repetit Eusebius Caesariensis. Iosephi verba sic habent: Et quae iustior aut melior lex esse queat, quam quae facit Deum principem praesse rebus omnibus, Sacerdotibus verò reum maximarum in rebus tribuit administrationem: summum autem Sacerdoti concedit principatum omnium aliorum Sacerdotum, quos non censu aut diuitiarum copiis, sed virtutis praestantia, diuino cultui praefecit, & legis aliarumque rerum curam illis commisit: ut ipsi & dubia deciderent, & fontes puniant? Quis ergo principatus isto melior? quis verò honor Deo magis congruit? Tota multitudo pientissimè Deum colit, maximarum verò rerum cura Sacerdotibus committitur. Ac idem Eusebius alio in loco, ubi de eisdem loquitur Sacerdotibus, disertè testatur, quod Moyses eos tum diuinis legibus, tum communi politiae praefecerit principes atque custodes.

Quod si cum Ecclesia Christiana rectius agitur, ut sapientes omnes intelligunt, quam cum illa veteri & vmbra tili Synagoga, cui tamen optimè prospexit Deus, ut suborta de lege quaestiones & controuersiae per magistratum Ecclesiasticum rite dissoluerentur, certoque de veritate constaret, quis non agnoscat, suos & legitimos etiam Ecclesiae iudices diuinitus dari, quorum iudicio & auctoritate sacris de rebus & Scripturae controuersis legitime cognoscatur, & à quibus immensa hominum multitudo, quanta in Synagoga nunquam fuit, in vnitare fidei & doctrinae veritatis vsquequaque contineatur? Et tamen statuit cum suis Philippus, atque, ut in scholis dicit, praesupponit, perniciosas doctrinas, impiosque cultus in Ecclesia vigere, & aetate maiorum sic viguisse, praefectis interim omnibus Ecclesiae alium stertentibus, ut iusta causa esse possit ab ordinaria potestate discedendi, genusque doctrinae, vel receptos ritus, in Ecclesia veluti colapsa immurandi ac innouandi. Quid verò de summa summi Dei erga dilectam Ecclesiam charitate, quidue de singulari Christi Domini erga eandem sponfam in exhibendis

Li. de Unit. Ecclesia. Contra Varment. Gaudent. Petil. in Psal. 101. in Psal. 103. Or. 4. 7. Psalm. 47. 1. Timoth. 3.

Ioan. 11.

Deuter. 17.

Hierem. 18.

Agg. 2. Maluch. 2. Lib. 3. epist. 9. ad Rogatianum. Eccle. 7.

Li. 2. antiq.

Lib. 8. ca. 2. de praepar. Euang.

Lib. 11. ca. 11

In 1. cap. Ioan.

Ecclesia Iudaeorum suam habuit praerogatiuum à Deo, ut non erraret in sine potestati ordinaria.

Ingenis in Veteri Testamento dignitas Sacerdotum.

Iosephi testimonium.

Nominus adest Deus rectoribus Ecclesia, quam olim Synagoga, à quibus discedenda non est.

Postulerit tra-
ditur, quod li-
ceat a potestate
ordinaria face-
re secessionem.

Commune pra-
textum esse
secessionum,
quod erret Ec-
clesia.

Cur non credē-
dum & adha-
re solum noui-
toribus, qui ab
Ecclēsiā defec-
tionem tuca-
n. r.

Cur nouatorū
doctrina & au-
thoritati mini-
mē sit adhaeren-
dum.

bendis tot tantisque promissis fidelitate indignis excogitari ac foediis pronunciari potest, quam ut eam necessariis & iudicibus & pastoribus multis etiam seculis orbatam, in tantas errorum & ignorantiae tenebras incidisse credamus? Quid praeterea tum ad Christianae Ecclesiae unitatem discindendam, tum ad auctoritatem eius abolendam perniciosius esse queat, quam si vel paucis, vel multis copiam faciamus a potestate ordinaria discedendi, & Synagogas, nescio quas novas, pro ipsorum libidine constituendi? Esto, licet impios & doctrinam impiam defendentes oppugnare, veritatisque & fidei causam vindicare, ut saluti hominum consulatur. Quid verò, si quod impium vocat fanaticus aliquis, aut rerum nouandarum studiosus, id doctrinae pietatis bene consonet, ac quod ipse falsum & perniciosum ducit, id cum verae fidei regula conueniat, & saniore iudicio approbetur? Itane quod in republica non licet, in Ecclesia licebit, ut quod magistratus iudicat, id pro priuato cuiusque arbitrio improbetur, retractetur atque damnetur? Nulli fuere vnquam, vel nunc etiam sunt haeretici, qui nouam falsamque doctrinam suam hoc fucō non tegant & excusent, quod propter verbum Dei Ecclesiam malignantium deserant, nouum instituant vel sequantur cœtum, genus doctrinae ritusque mutant, & contra receptam falsitatem pro noua oppressa veritatis luce aut dimicent, aut patiantur. Omnibus profecto qui rebus in religione nouandis dant operam, in procliu est ita tergiversari, & ad omnem vel erroris vel schismatis tollendam suspensionem verbum Dei velut praetextum quendam obtendere, & veram Scripturam intelligentiam sibi vendicare. Ac necessario sanè id faciunt, cum satis intelligant, se illo in loco versari, vbi haud sine periculo pugnandum sit partim cum sanctissimis Patribus, qui iam olim diuinitus illustrati, multisque saepe miraculis commendati, Deo hominibusque approbantibus sacras literas elucidarunt, partim cum illius Ecclesiae auctoritate, quae doctrinam Euangelicam haecenus agnouit, tradidit, confirmauit: quae insuper auctore Spiritu sancto per tot aetates, quot a Christo nato intercesserunt, in eum consensum coaluit, quem vbi que gentium hucusque omnes retinent orthodoxi. Nos igitur, quos a Christi corpore, ab Ecclesiae columnis, a pietate maiorum, a consensu denique orbis Christiani vis nulla, Christo bene propitio, separabit, nos inquam, reipub. Christianae perturbationibus, nouisque doctoribus fidem adiungemus? & charissimam matrem Ecclesiam, quae nos Deo seruat, & quos filios generauit, regno caelesti assignat, turpissimè deseremus? Nihilne apud nos valeat Pont. Max. dignitas, quem in ordinem redigere atque contemnere, si a Cypriano credimus, est omnium haeresum & schismatum seminarium excitare: cuius cathedram deserere, sicut Irenaeus & Augustinus ostendunt, est veram ac propriam Ecclesiam notam ignorare. Pro nihilo ne ducamus Concilia Oecumenica? quorum sententiam totius Ecclesiae consensionem Augustinus appellat, & quibus auctoritatem in Ecclesia saluberrimam tribuit. Nōne diuellamur a venerandis Patribus? qui sublimes aquilae, ciuitatis Dei lumina, pastores & nutritores muri ac turres Ecclesiae fuerunt: in illis Christum nobis loquentem ac docentem negligamus? Non obseruemus Episcopos fidei iudices, Ecclesiae oculos, principes populorum, & sicut Cyprianus saepe vocat, Apostolorum vicarios atque successores? Relinquamus perpetuam Ecclesiae traditionem? quae optima Scripturae semper fuit interpretis: neque spectemus legitimam Episcoporum & Sacerdotum successionem? quam velut inexpugnabilem quaedam machinam haeticis obiciunt, & obiciendam docet Irenaeus, Epiphanius, Optatus, Augustinus, ut reliquos praetermittamus? Atque his firmissimis ad veritatem tum inueniendam, tum confirmandam praesidiis semel & simul repudiatis, demum istis credamus, auscultemus, innitamus? qui tametsi verbum Dei iacent, eiusque iudices vltro se faciant, tamen in eius interpretatione dissident plurimum, & circa inanes, saepe & perniciosas, nec minus damnatas opiniones versantur: qui praeterea in varias dissecti familias, contraria serunt dogmata, mutant in diem sententias, seque inuicem tanquam haeticos profcindunt, lacerant atque damnant. Qui praeterquam quod in vita ac moribus nihil ad auctoritatem magnum atque praecclarum praeseferunt, hoc etiam nomine suam declarant impudentiam, quod singularem auctoritatem Patribus Synodisque detractam ipsi arrogat sibi, quod nouas Ecclesiae leges & ordinationes praescribunt, quod veteres ritus abolent,

a Lib. 1. ep. 3 ad Cor. b Lib. 4. ca. 43. & 83 aduers. haer. c In Psalm. contra partem Donat. d Lib. 1. ep. 18. de bapt. contra Donat. e Epist. 116. ca. 1. ad inueniendum. Matrh. 10. f Epist. 69 ad Florentinam 42. & 65. g Lib. 3. ca. 1. aduers. haer. h Haer. 27. contra Conc. procrastin. i Lib. 2. contra Donat. k Epist. 105. & contra Epist. Manichaei. ca. 4.

abolent, & instituunt nouos, quod religionem tot seculis confirmatam inuertunt, quod Ecclesiasticis magistratibus reluctantur, quod nouam Theologiae formam omnibus seculis inauditam, & cum veterum scriptis planè pugnantem inducunt, quod denique totam antiquitatem tum superstitionis, tum impietatis haud obscure condemnant, non secus atque si Christianus orbis nec veram fidei doctrinam huc usque cognouisset, nec legitimum Sacramentorum usum tenuisset, & omnem Dei cultum prorsus ignorasset. Quid autem hoc est aliud qualeso, quam sacra omnia confundere, quam Christianam unitatem scindere, quam Christum ipsum mendacè facere, modestiae verò, charitatis, obedientiae, honestatisque vincula dissoluere, religionem porro tot seculis, tantisque miraculis & felicissimis rerum in utroque statu successibus corroboratam funditus euertere, omnesque mortales, qui fuerunt & sunt in vera Ecclesia, praesevastum quodam & arrogatiam intolerabili contemnere, ut ipsi demum cum suo duce Luthero, Caluino, vel alio nescio quo, soli sapientes, soli pii, soli irrefragabiles pastores & doctores in Ecclesia videantur? O nos vesanos, & in diuinis humanisque rebus foedissime coecutiētes, imò & stupidos plane, si nostram, hoc est, aeternae veritatis publicaeque commodi causam istiusmodi hominum arbitrio permittamus, qui tam infaustum nouae doctrinae ac religionis suae specimē orbi praebuerunt, quique, ut semel dicam, in verbi diuini explicatione, & in praecipuis quibusque Christianae doctrinae partibus neque cum veteri, neque cum praesenti Ecclesia, sed ne secum quidem ipsi, consentire vnquam possunt. Quapropter non video sanè, quid haec sua disputatione proficiat Philippus, nisi quod apud prudentes suspensionem non tamque schismatis suis augeat, & ingēs aperiat, aut potius apertū teneat osijum Sectariis omnibus, ut quemadmodum licenter plerique faciunt, ab ordinaria potestate, quam in Ecclesia firmissimam retineri oportebat, secessionem teterrimam faciant, ut praeterea Ecclesiae sanctae doctrinam receptosque ritus pro suo infano cerebro toties mutant, quoties illis fore adlubescit. Nec intelligunt isti, aut certè intelligere nolunt, quale quantumque sit schismatis crimen, quod idololatria esse grauius rectissime censet Augustinus, quodque a iusto Deo tum in veteri, tum in noua lege poenis seuerissimis semper est vindicatum. Nec potest Ecclesiae perniciosius quicquam esse, quam vbi grex a suo pastore discedit, & altare contra altare erigit, nouamque sibi cathedram & doctrinam constituit. Verè illos Cyprianus notat, & ex verbo Dei conuincit, Dei aduersarios & Antichristos esse, qui a charitate atque unitate Ecclesiae Catholicae seipso praescindunt, falsaque altaria, & illicita Sacerdotia, & sacrificia sacrilega, & nomina adulterata confingunt, dum Euangelica & Apostolica traditione contempta, nemini succedentes, a seipsis oriuntur, & in Ecclesia non ordinantur. Certè quod Nicephorus de antiquis haeticis Acephalis prodidit, ad istos maxime pertinet: Episcopis nolunt esse subiecti, solennem & receptum Ecclesiae morem in Sacramentis & Missae sacrificio praetermittunt, in Eucharistiae sumptione & fidei doctrina suam quisque ut vult, sequitur sententiam; Hinc tot apud illos haeticorum turba, ut alij sint Terhēitae, alij Agnoētae, alij Theopaschitae, quidam Iacobitae, hi Armenij, illi Seueritae, sub Zenone videlicet Imperatore.

Accedit porro Georgius Maior, huic praecclaro operi, quod Philippus aedificare orsus est, fastigium quoddam impositurus, & foetum quem informem ille reliquit, in lucem editurus. Profert igitur & ipse Ioannis exemplum, eoque, velut inexpugnabili propugnaculo, non modò suum communire Lutheranismum, sed & vniuersam Ecclesiam demoliri satagit atque confidit. Docet enim Ioannem rectè fecisse, quod ab ordinaria potestate, a templo, a Sacerdotio & cultu diuino mandato ac instituto, quin & a populo discesserit, nouasque instituerit caeremonias. Vnde porro colligere studet, Lutheri ab Ecclesia discessionem excusabilem, & legitime factam videri, quod is Ioannis a Synagoga discedentis exemplo sese conformarit, & velut cum illo paria fecerit. Quanto autem rectius hic homo, si sciret, in hunc modum ratiocinaretur: Ioannes quantumuis auctoritate & donis Dei illustribus alios anteiret, tamè ab ordinaria potestate rectorum Synagogae, & ab illius Ecclesiae fide, doctrina, obedientia & disciplina nullam aut fecit, aut probauit secessionem. Multò minùs igitur Lutherus a praepositis Ecclesiae Catholicae, eiusque fide, doctrina, obedientia & disciplina se debuit separare, & aliis huiusmodi sacrilegam

Philippi doctrina
quam sit per-
iculosa, cum
loquitur contra
potestatem or-
dinariam.

Noni Acephali
pastor se se pro-
duunt.

Quomodo Geo-
rgius Maior
Lutheri factū
& schisma de-
fendat Ioannis
exemplo.

Ioannis exem-
plum damnat
magis quam de-
fendat Luthe-
rum.

An Ioannem
eegerit mada-
tum Dei facere
secessionem in Syn-
agoga, ac Lu-
therum itidem
ab Ecclesia.

Mandatū Dei
decauēdū Pseu-
dopropheta, Lu-
therum non ex-
cūctas, sed dam-
nat.

Sectarij cum
Luthero pugna-
tes.

Sitne Lutherus
Ioanni & Elia
conferendus.

legam separationem munire viam, & classicum canere. Probat tamen Maior, quam se-
cessionem Lutherus fecit, eam videri iustam, quia mandatum habeat diuinum: Cauete
vobis a Pseudopropheta. Et simile mandatum Dei affingit Ioanni, vt non solum po-
tuerit; sed & necesse habuerit a Synagoga secedere, idq; non maiore fide confirmat,
quam illud quod adiungit, Ioanni speciale & expressum mandatum contigisse diuinum
ad legem, Sacerdotium & cultum Mosaycum abolendum. Sunt hæc tam crasse & impu-
dentes, & iam antè confutata calumnia, vt nec libeat, nec deceat in illis euertendis de-
nuò tempus consumere, ac propèrantè fortè lectorem remorari. Illud verò miramur,
quà fronte Maior Luthero tantum tribuat, vt illum diuino mādato permotum & co-
actum esse velit ad ordiendā hanc tantam à tota Ecclesia secessionem seu apostasiam,
quam nunclongè latèq; in tota Europa serpere, & indies augeti, omnes pij nō sine sum-
mo dolore intuentur atq; deplorant. Aliquid fortasse diceret Maior, cum Christi mā-
datum obicit, si planè constaret, è Pseudopropheta à Christo notatis esse non solum
Pontificios, quos vocat, verum etiam Græcos & Latinos Patres, qui contrā, quam Lu-
therus docere cœpit, cum Romana Ecclesia se sentire, scriptis moribusq; iā antea mul-
tūm & sæpè testati sunt. Etenim ab orthodoxis illis Patribus, quos Oriens & Occidens
tot sæculis in fideli doctrina & in celeberrimis Synodis consentientes habuit, non minùs
quàm à Romana Latinaq; Ecclesia Lutherus seipsum segregauit. Deinde quoniam ex
mandato Dei cauendi sunt Pseudopropheta, haud quaquam cōgruebat Luthero, iudi-
catos olim rectè ac damnatos multorū hæreticorum errores in orbem reuocare, eosq;
publicè propositos, pro Christi Euangelio adstruere: quin potiùs ab huiusmodi Pseuo-
prophetis, quos tales semper habuit Ecclesia, & corū doctrinis velut impiis idolis, Lu-
therum propter Dei verbum & mandatū secedere oportebat. Atqui sit ita, quædam
dum statuit sibiq; concedi postulat Maior, ad secessionem ab Ecclesia rectè faciendam
necessariò requiri, vt iuxta Christi decretum à falsis Prophetis caueatur. An hoc ipso se-
telo non defendunt, & cōtra Lutherū pugnant Carolstadius, Zvinglius, Suencfeldius,
Caluinus, Lascus, Seructus, Anabaptista, Pickardi, aliiq; complures, qui licet Catho-
lici non sint, tamen à Luthero & eius Ecclesia sibi distcedendum, & ad Synagogas alias
confugiendum arbitrantur? Quod enim præceptum Dei pro se contra Romanam Ec-
clesiam sumit Lutherus, hoc & contra Lutherum sumunt alij, qui ab eo velut Pseuo-
propheta & fallaci magistro desciscunt, & alicubi esse cauendum hortantur. An verò isti
nobis indubium vertent, quod constanter tota prædicat antiquitas, sanctam & felicem
Romanam Ecclesiam eam esse, quæ & maxima, & antiquissima, & omnibus notissima
celeberrimaq; sit existimanda? ad quam^a propter potentiorē principalitatem, vt Ire-
næi verbis vtamur, necesse sit omnem conuenire Ecclesiam, & omnes qui sunt vndique
fideles, quamq; veluti^b radicem & matricē Ecclesiæ Catholicæ, adeoq; omnium Ec-
clesiarum & matrem & magistrā vt doctissimi, ita sanctissimi quiq; Patres tot sæculis
agnouerunt. Ab hac Petra, quam non vincunt portæ inferorum, ab hac Petri cathedra,
quæ Moyfi cathedram multis modis excellit, ab hac Ecclesia, ad quam habere non po-
test aditū perfidia, illi demum separant sese, qui schismatici & hædi esse possunt, vnitatis
verò custodes & Christi oues esse non possunt, quemadmodum à^d Cypriano & Augu-
stino est traditum, & nos pluribus, Deo quidem propitio, tertio libro ex instituto dice-
mus. Vbi se nobis offert occasio Lutherum cum Ioanne Baptista comparandi, quem
admodum facere multi cœperunt, Pomeranus, Ionas, Melanchthon, Maior, Spange-
bergius. His enim tam charus pater, tam reuerendus præceptor Lutherus fuit, vt eum
(quod admiratione dignum censeo) alterum Ioannem & Eliam tertium fecerint, & ab
omnibus etiam velint existimari. Quibus responsū est ab aliis copiosè, & declaratum
fatis, non magis ambos illos quam cygnum & coruum, agnum & lupum inter se con-
uenire: hætenus autem eosdem posse conferri, quod sicut ille Christi venientis præcur-
sor siue prodromus ac tubicen fuit: ita hic venturo proximè Antichristo viam strenuè
præpararit. Nos verò de his plurā differere indignum arbitramur, quando vtramque
arborem suis è fructibus dignoscere difficile non est, ac res ipsa docet, quantum alter
ad ædificandam Dei Ecclesiam contulit, tantum in illa ipsa labefactanda alterum
profe-

Matth. 7.

Matth. 1.

Tertull. de
prescript.
hæret.

a Lib. 3. con-
tra hæref.
cap. 3.

b Cypri. lib.
4. epist. 8. ad
Cornelium.

c Athanas.
Episcopi
Aegypti ad
Liberiū &
Marcū. Et
August. e-
pist. 90.

d Hier. epi-
sto. ad Da-
masum, &
lib. 3. contra
Rufinum.

Lib. 1. epist.
3. ad Cornel.
c. In Psalm.
contra Do-
natist.

In script. de
morte Lu-
theri.

profecisse, cum eis opéra sit illud effectū, vt præsens hic Sathanismus, quem ex omnium
ferè hæreson colluie concretum esse cernimus, his annis quinquaginta fuerit intro-
ductus, & in tota ferè Europavires ad scindendam Ecclesiam, & ad imperia disturban-
da diffidatq; concitanda maximas compararit.

QUONIAM verò abundè satis dictum est de calumniis siue suspicionibus, quibus Iu-
dei causam Ioannis grauasse, & profus odiosam reddidisse finguntur, super est porro, vt
rationem aperiamus, qua permoti aduersarij, vt apparet, in supradictis querelis Iudaicis
contendendis suam declarare artificij voluerunt. Iudeorum exemplū Ioanni obrectan-
tium idcirco istis placet, quoniam illud sibi commodū esse vident ad odium inuidiam-
que conflandam, & augendam Catholicis & iis, qui Catholicæ Ecclesiæ gubernacula
tractant, eamque moderantur. Itaque versuti homines Phariseos, Sadduceos, Sacer-
dotes, Leuitas, aliosque Synagoga rectores introducunt, & cum his nostros, vt voca-
mus, Prælatos conferunt, à quibus intelligunt se iam pridem esse damnatos. Sed nihil in
eo faciunt noui: sequuntur enim magistros Donatistas, qui cum veritate vincere non
possent, hanc quoque notam Catholicis Præpositis quondam inurere conati sunt: eos-
que non solum Phariseorum, sed & magis infami traditorum nomine perfrinxerunt.
Eodem liore ducti quidam, Catholicos Ioannitas, Arriani Homoeousianos & Athana-
sianos: Armenij verò Latinos Azimitas, alij & Psychicos malignè appellarunt. Sed va-
leant calumniatores improbi & maledici, quibus diuina lex interminatur, & omnem ad
cœlestē regnum aditum intercludit. Admiserunt etiam Inquisitores, quos vocamus, he-
reticæ prauitatis, qui Catholicis in vñ esse solent, eosq; per legatos ad Ioannem missos
intelligunt. Ioannis verò personam sibi imponunt, & aliis, qui nimirum ob nouam fal-
samq; doctrinā, quam velut virus inclusum circumferunt, aut palam effundit, nonnū-
quam à Catholicis examinantur & monentur, tūm si peruicaces manserint, optimo
iure damnantur etiam atq; castigantur. Quod autem ad hos Inquisitores, seu potiùs vio-
lata religionis iudices in Ecclesia constitutos attinet, non potest munus illorum verbo
Dei non consentaneum, & his temporibus non necessarium videri. Horum enim est,
Pseudoprophetas occultos notare ac prodere, lupos rapaces à Christi ouili arcere, vul-
peculas, imò & feras vineam Domini Sabaoth demolientes capere, triticum ab insperis
per hostem nocte zizaniis purum conseruare, inter lepram & lepram ritè discernere,
morbidā pecudē profligita sanum tueri gregem, ne quid veneni & contagionis hau-
riant ab his qui sunt in fide malè sani atque corrupti, ac demum supplere incuriam,
vel augere diligentiam aliorum, qui cum esse debeant speculatores & pastores do-
mus Israël, aut minùs vigilanti, aut malè curant oues sibi à Christo commissas. Ho-
rum igitur Inquisitorum salutaris medicina non potest non esse horrore iis, qui im-
piarum opinionum pestibus sunt affecti: sed eorum seueritas, vt malos coercet ac
plectit, sic bonos recreat, neque paucos in officio continet atque conseruat. Habet
enim nunc quoque locum in coercenda hæreticorum audacia, quod Leo Magnus de
Priscillianistarum hæresi ab vtroque magistratu rectè iam olim compressa, & extincta
scribit: Profuit, inquit, diu ista districtio Ecclesiasticæ lenitati, quæ etsi Sacerdotali con-
tenta iudicio cruentas refugit vtriones, seueris tamen Christianorum Principum con-
stitutionibus adiuuatur, dum ad spirituale nonnunquam recurrunt remedium, qui ti-
ment corporale supplicium.]

Matth. 5.
Luc. 6.
1. Cor. 6.

Matth. 7.
Act. 20.
Deut. 13. 17.
Ez. 18.
Cantic. 2.
Matth. 13.
Leuit. 13.
Ez. 14.

Epist. 93. ad
Iurribium,
in princi-
pio.

Epist. 48. 24.

Quo cõsilio
sectarij causam Io-
annis apud Iu-
daeos grauare
conentur.

Perus est ma-
iō sectariorū, Ca-
tholicis obrectā-
re, & noua illis
affingere nomi-
na.

De officio Inqui-
sitorum apud
Catholicos.

Cur Inquisito-
res exosi Secta-
rijs.

Querela noua-
torum cōtra In-
quisitores etia
Donatistis suis
Sistata.

Prig. magistra
tui conuenit hæ-
reticis ardenter
obstere.

QVID verò aliud nunc sibi volūt, aut faciunt aduersarij, nisi quod olim à Donatistis
factum legimus? Distungebant se illi à tota Ecclesia, cuius nomen & puritatem sibi solis
in parte quadam Africæ vendicabant: Catholicos autem antistites, & Augustinum in
primis hoc nomine palam traducebāt, quod illi suo instituto non tantum concionibus,
disputationibus & scriptis obfisterent, verum etiam Africanos magistratus & præfectos
Cæsarianos ad seueritatem in se excreendam concitarent atque impellerent, velut hoc
munus Apostolicæ mansuetudini parum conueniret. Neque desistit tamen Augustinus
cum aliis, vt præclare cœperat, præfectos illos vrgere atq; permouere, vt aduersariorum
conatus vi quadam coercerent. Quin is ipse multis etiam scriptis publicè testatus est, ex-
re id esse Ecclesiæ, vt qui noua fallaque serunt dogmata, scriis magistratum & princi-

punt edictis, imò & feueris pœnis propositis & inflictis, ad officium reuocentur, nec impunè sinantur, quæ ipsis lubet, contra Ecclesiam docere & facere. Videte, inquit, qualia faciunt, & qualia patiuntur. Occidunt animas, affligunt in corpore: sempiternas mortes faciunt, & temporales se perpeti conuerunt. Et alibi: Cur non cogeret Ecclesia perditos filios vt redirent, si perditii filij coegerunt alios vt perirent? An non pertinet ad diligentiam pastorem etiam illas oues, quæ non violenter ereptæ, sed blandè leniterque seductæ à grege aberrauerint, & ab alienis cœperint possideri, inuentas ad ouile Dominicum, si resistere voluerint, flagellorum terroribus, vel etiam doloribus reuocare? Quid? quod Caluinus docet, ac ex verbo Dei defendit, ius gladij magistratibus in hæreticos competere, sicut exemplo etiam in Seruetu edito palam confirmauit.

Sarcerius inter hæreses locat, si quis affirmet magistratum contra hæreticos nõ implorandum, aut eos per magistratum arcendos non esse. Et à Manlio scribitur: Est unum ex præcipuis officiis magistratus, facere executionem corporalibus pœnis contra deprauatores primæ & secundæ tabule decalogi. Quando aliquis colit idola, & diabolica venena in homines infundit, tunc magistratus iuste facit, si illum tollit, quia mandatũ Dei est, & textus feuerè præcipit: Ne parcas ei. Debet esse Nemeſis, & seria diligentia. Oportet enim puniri delicta, quod & diuina voluntas præcipit. Eandem sententiam tuetur Lossius, ciuili nempe magistratui cõuenire, vt hæreticos puniat atq; tollat. Nunc satis erit, Ioachimi Vvestphali verba subiicere, quibus Lascum ille oppugnat, & ostendit, tam necessariam quàm vtilem esse disciplinam, qua seditiosi nouatorum in Ecclesia conatus coercentur, planeq; impediuntur ab vtroque magistratu, licet is propter tyrannidis accusetur. Non est, inquit, tyrannus, obſistere ne psychotyranii seducant populum, ne animas infectas peste falsa doctrina interimant. Pastor non agit tyrannu, qui repellit lupos, ne oues dilacerent: Magistratus non exercet tyrannidem, qui secundum leges moderate coercet maleficos, & de fontibus sumit pœnas. Ac vide obsecro, an Catholici cum in hæreticos animaduerrunt, non totidem se verbis possint defendere, quot idem Vvestphalus Lutheranus ad suæ causæ defensionem adhibet in Caluianos? Desinant, inquit, Sacramentarij queri, se pati persecutiones: desinant nos (Lutheranos) insimulare de tyrannide, quia tyrannidem in animas non permittimus: desinant ab erroribus suis, vt patiantur, non tanquam Sathana, sed vt martyres Christi. Atque hæc de Inquisitoribus satis.

NEQUE VERÒ fatis habent isti præclari artifices, magistratus Ecclesiasticos infectari, & causam illorum vulgò magis ac magis exosam reddere: sed seipsos quoque non obscure commendant & efferunt, dum sibi sui que similibus eadem ascribunt, quæ de Ioanne fingunt, & Pharisæos de illo iudicasse contendunt. Ac nos quidem vltro fatemur atque concedimus, in ipsis ea reperiri, quæ Ioanni falsò tribuerunt. Audent quippe, vt res ipsa docet, nouos cœtus facere, nouos ritus instituere, ordinariam Ecclesiæ potestatem repudiare. Audent non solum nouas, sed multò antè damnatas etiam doctrinas, & opiniones iam pridem explosas, quas monstrauius, rueri ac spargere, vt idcirco de manifesto schismate & hæreseos nota meritò accusentur atque conuincantur. Audent se ingratos erga suos parentes atque maiores declarare, quos constat in vna eademque fidei doctrina pulchrè consensisse, & debitam sacrosanctæ Ecclesiæ venerationem obedientiamque tot seculis persoluisse. Quòd igitur Pharisæos de Ioanne iudicium tulisse asseuerant, id in hos conuenit maximè, talesque se orbi produnt & ostendunt, quòd sint videlicet pestes orthodoxæ religionis à Deo sancitæ atque confirmatæ. Hactenus ergo concedimus aduersariis, vt aliquid cum Ioanne commune habeant, si modò facta secessionis causæ admittendæ videantur. At si vitam Ioannis & officium contemplemur, optamus & precamur ex animo, vt illi quemadmodum videri volunt, sic & recipia probent, se Ioanni minimè dissimiles esse. Probabunt autem, si sine contemptu Ecclesiastici magistratus, sine deprauatione veræ doctrinæ, sine Ecclesiæ perturbatione & schismate, lucernæ sint ardentes & simul foris lucentes, hoc est, si Dei proximique charitate flagrent, & vitæ innocenti lumen omnibus præferant, si præterea Christi sponsi fideles amicos se præbeant, nihil vt illius gloria ducant antiquius, & in sponsa illius honoranda omnem operam studiumque consumant. Verum hæc missa nunc facimus, vt ea videlicet, quæ ob notam istorum

Etiã nouatores fatentur, & re ipsa probant, ius gladij cõpetere magistratibus in hæreticos.

In altera defensione contra Ioannem à Lasco.

Nouatores se Ioanni comparant & student.

Vbi Ioanni conferri possunt nouatores.

Quid aduersarij cum Ioanne commune, quid ab illo diuersum habeant.

In Enchiridion. an. tr. 6. In Psal. 57. In libro cõtra Donat. a Tract. 11. In Ioannem. b. Epist. 50. ad Bonifacium Cõmitem.

De cõsentia Seru. Ecclesiæ. d. In loc. com. ca. de Ecclesiæ. fia.

In Dominio. s. post Epiph.

Ioan. 1.

istorum pertinaciam & morbum insanabilem optare potius, quàm sperare posse videmur. Bonos profectò viros non decebat, tanta fingendi calumniadiq; ferri libidine, præsertim in re profusus nec vtili nec necessaria: sed ita his visum est, vt si non apertè, at obliquè saltem exemplo fictitiò se suasq; nouas in religione molitiones excusarent, & apud rudem simplicemq; populum tuerentur.

ADVINCVNT & illud, quod ferè prætericramus, Ioannem Sacerdotũ ligasse peccata, excõmunicationem proculdubidò intelligentes. Hanc verò ligandi potestatem scimus à Christo institutã, & post eius mortem non à Ioanne, sed ab Apostolis, ad cõprimendam improborum contumaciam, in vsu haberi cœpisse. An verò vana & friuola, profususque ridicula isthæc non est inuentio, vt quem Ioannem pro arbitrio suo statuũt, à Iudæis pro hæretico habitum & excõmunicatum fuisse, vt diximus, cum nunc etiam fingant velut ardenti vindictæ cupiditate per mortum, suorum iudicum peccata ligasse, nec ipsorũ indignationem aut bruta, vt vocant, fulmina tantillũ curasse? Quid enim, si Ioannes Pharisæos & Sadducæos percutit hac oratione: Progenies viperarum, quis demonstrauit vobis fugere à ventura ira? Ideo ne statim quæ isti talibus affingũt, & de Ioanne ipso iudicant, vero sunt consentanea? Aliter quidem Chrysostomo visum est, cum hæc ipsa Ioannis verba interpretaretur. Si sermonem, inquit, Ioannis diligenter intendas, increpationi temperamentum laudis admiscet. Hæc quippe dixit admirans, quòd ea, quæ illis penè impossibilia videbantur, vel serò implere potuerunt. Sed enim relinquamus hos scilicet talibus historicis, quibus cum libet, etiam licere sibi putant, narrationibus Evangelicis nihil non assuere, & quiduis de Ioanne fingere, quod illis animus impurus, & ad maledicendum propensus suggesterit.

QUID verò, si quod Ioannes cum Pharisæis & Sadducæis agit, id ad cõmunem nouatorum errorem cõuellendum profususq; reiiciendum, in primis pertinere probemus? Ioannes illis hunc in modum concionatur: Progenies viperarum, quis demonstrauit vobis fugere à ventura ira? Facite ergo fructum dignum pœnitentiæ: & ne velitis dicere intra vos, patrem habemus Abraham: Dico enim vobis, quoniam Deus est potens de lapidibus istis suscitare filios Abraham. Vbi præclare docet Baptista, partem suorum & Evangelij auditorum falli vehementer, qui sibi magnoperè placent, atq; tum ob Dei cognitionem, tum ob fidei professionẽ, tum ob promissiones diuinas Patribus factas vanè gloriantur. Hi sat habent, se numero filiorum Abraham contineri, ac fidei titulum ostentare, & cum præcipuis fidei profectoribus religionem habere cõmunem: quodq; cum illis egit pepigitq; Deus, hoc ad se indiscriminatim, atq; vt ita loquar, infallibiliter volunt pertinere. Iactabant tunc Iudæi suum patrem Abrahamum, quo cum foedus iniisset Deus, cuius & semini maxima quæq; promitterentur, & quem fortassis adhuc apud Deum suæ genti fauere & patrocinari certò statuebant. Iactant & hodie Christum Sectarij, licet de multis magnisq; fidei rebus impiè sentiant, Christi que corpus miserè dilacerent, & haud rarè secundum carnem viuant: qui tamen Christi promissionibus gloriantur, Christumque se mediatorẽ & apud Patrem aduocatũ habere toties tamq; confidenter clamant, ac de illo salua sibi & suis omnia citra hæsitacionem vllam certissimè pollicentur. Retundit autem Ioannes inanem istiusmodi iactacionem, falsamq; persuasionem ex animis conatur eximere; nec sustinet homines tam malè securos, qui diuinis promissionibus, & specioso fidei libertatisq; nomine libenter abutantur, ita vt certò statuunt, sine timore, sine pœnitentiã, sine benefactis, se veram iustitiam ac salutem æternam consecuturos esse. Et si enim sua promissa Deus semper faciat, nec mentiri vnquam velit aut possit veritas, tamen ab indignis & obstinatè peccantibus, vel ab Ecclesiæ suæ fide obedientiaq; alienis suam ille gratiã auertit, ad eò vt etiam certas illis pœnas interminetur. Is quippe suas promissiones in hominibus tantum morigeris & gratis, Ecclesiæ suæ domum & societatem non deserentibus complere decreuit, neque inuitos beat, sed eos, qui oblatæ gratiæ se lubentes ac totos applicant, neque fide tantum, sed & operibus germani Abraham filij, sui que discipuli & sectatores esse contendunt. Si hæc scitis, inquit Christus, beati eritis, si feceritis ea. Et rursus: Omnem palmitem in me non ferentem fructum, tollet eum Pater. Hoc est, vt Theophylactus explicat: Omnem hominem qui per fidem factus

Matth. 23. 1. Cor. 5. 1. Tim. 1.

Hom. 11. in Matth.

Matth. 3.

Ioan. 13. 15. In eundẽ locũ Ioannem.

An Ioannes Iudæos præcipuos excõmunicauerit.

Quando Ioannes dixit, Progenies viperarum, &c.

Ioannes doctrinam percutit etiam nouatores de fide docentes.

Iudæis non dissimiles nouatores in vana fiducia iactantia.

Ioannes vana credentium fiduciam rejicit.

Dei promissa in quibus officia.

factus est radice, & vnitus Domino, & incorporatus ei, oportet & fructum afferre: nimirum vitam habere virtutibus præditam. Etenim si quis solam ac nudam fidei confessionem habeat, & non per obseruationem mandatorum fructum ferat, palmes fit mortuus. Fides enim absque operibus res mortua est. Huc ergo tendit Ioannis oratio, vt qui se saluos esse volunt, missam faciant vanam omnem iactationem, nec solum in Christum DEI agnum, qui tollit peccata mundi, credant seque coniciant, sed & poenitentiam serio meditentur, verisque virtutum studiis commendati, frugiferas se arbores in agro Ecclesiæ esse testentur. Hoc ni faciant, horrendum illis iudicium Dei, qui alios Abrahæ filios ex lapidibus siue gentibus sit excitaturus denunciat, & omnibus fructum bonum non facientibus sempiternos cruciatus seuerè admodum interminatur.

Quo fuerint effectus præditi, quas Ioannes arguit ascendentes.

Merito, Christiani Iudeos imitantur, & Ioannis meretur oburgationem.

Error Sarcerij detorquetur Seru Ioannis & Abrahæ opera ad Iohannem fidem.

Lutheri paradoxa de sola fide.

Quid sit Sarcerio patrem habere Abraham.

De crassis erroribus Sadducæorum.

Quæ maiorem adhuc lucem accipient, si Chrysoptomum testem adhibeamus, qui docet, Phariseos & Sadducæos malè intellecta Ioannis doctrina sibi persuasisse, factu esse facile, quod ille videretur postulare, vt semel nimirum erubescerent, & peccata confiterentur, atque baptizarentur: hoc demùm satis fore ad iustitiam coram Deo consequendam. Adiungit postea, multos esse Pseudochristianos illorum imitatores, qui satis habeant baptizari, etiam si benè operandi voluntas & propositum desit. Vtitur & sequenti comparatione: Sicut Iudei putabant, se propter hoc solum saluandos, quia erant filij Abrahæ: sic & multi insipientes Christiani per hoc solum putant se esse saluandos, quia sunt Christiani. Ad quos conuenienter dicit Ioannes: Nolite dicere quia sumus Christiani, sed facite dignos poenitentiae fructus. Tùm idem Chrysoptomus graphicè nobis depingit non solum sui, verum etiam nostri temporis hominum opiniones. Vt enim Ioannis de poenitentia doctrinam & philosophiam quasi austeriorem eludant, in omnem se partem miserè torquent, ac improbè tergiuersantur.

Quam vanus est interim Sarcerius, qui aduersus hanc Ioannis claram verissimamque doctrinam audeat hoc loco dicere, solam esse fidem, quæ faciat veros Abrahæ filios, cum de fide quidem nulla fiat hic mentio, & opera præcipiantur his, qui Deum fide cognoscebant, neque minùs Dei, quam Abrahæ se filios esse gloriabantur. Addit etiam, quod Christus apud Ioannem dixit: Si filij Abrahæ estis, opera Abrahæ facite, ad fidem solam pertinere. Hoc verò est verba Domini penitus inuerrere & deprauare, Euangelicamque sententiam ad Lutheri vel placita, vel paradoxa confirmanda conatu planè sacrilego detorquere. Quid enim aliud, quam paradoxum dici meretur, quod à Luthero tam insolenter dictum est? Sola fides Christi necessaria, quod insiimus: cetera omnia liberrima, neque præcepta amplius, neque prohibita. Cui illud affine est: Deus pater in fide omnia posuit, vt si quis hanc habuerit, omnia habeat. Christianus liber ab omnibus est, & super omnia, vt ita nullis operibus ad hoc indigeat, vt iustus ac saluus sit: sed sola fides hæc omnia largitur abundè. Ex eadem eius officina prodiit & illud: Nulla peccata possunt hominem damnare, nisi sola incredulitas. Deum immortalem, an quicquam ad sedulam bonorum in virtute & pietate exercitationem pestilentius, ad omne verò poenitentiae studium in plurimis labefactandum commodius, & Ioannis doctrinæ scriptisque Apostolorum magis contrarium potuit excogitari? Frustra illi scilicet tot sæculis docuerunt, qui cum Apostolis præter fidem opera tot modis inculcârunt, & in commendandis iustitiæ ac poenitentiae operibus operam maximam collocârunt, fidemque sine illis mortuam esse pronuciârunt. Eiusdem est farinae profusus, quod Sarcerius asseruit, habere patrem Abrahamum, aut in Abrahamo gloriari, est ex fiducia operum quærere prerogatiuam in carne, vt iustificeris aut iustitiam assequaris. Sed ne hæc quidem friuola falsaque interpretatio Ioannis nostri explanat sententiam, & esquentibus probari potest, pugnare Ioannem aduersus eos, qui fiducia solius promissionis factæ diuinitus, posthabitis interim operum meritis, se aliosque consolabantur.

Tùm quod ad Sadducæos attinet, quos Ioannes eo tempore compellabat, haud video, quibus illi fiderent operibus, vt qui animas hominum esse mortales credebant,

Iacob. 2. Ioan. 1.

Matth. 3. Luc. 3.

Ioan. 8.

In comm. ad Galat. cap. 2. Li. de libertate Christiana. Lib. de capt. Babilonica.

Iacob. 2. Ephes. 2. 2. Pet. 1.

Matth. 23. Act. 23.

Matth. 22.

Luc. 3. Matth.

Luc. 18.

Veri Abrahæ filij. Rom. 9. Matth. 8.

Luc. 7. Matth. 21.

debant, actales erant profus, quales inter ethnicos Epicuræi, vt Brentius quoque testatur. Certè nec mortuorum resurrectionem, neque angelum, neque spiritum esse, sicut Lucas asserit, sentiebant: qui in tantis etiam tenebris versabantur, vt Christus illos hac graui responsione feriat: Erratis nescientes Scripturas (Moysem autem solum recipiebant) neque virtutem Dei. Quare non malè de illis dixerimus, quod ingenuè profus de suis Euangelicis fatetur Brentius, nec voluntatem illis, neque facultatem fuisse bonis operibus confidendi. Tanta est, inquit, morum corruptio his temporibus, & tantum studium iniustitiæ, vt nullam videamur occasionem habere confidendi bonis operibus. Quid enim confidas his, quibus careres? Et audent tamen isti è Sadducæis tam impiis tum monachos, tum nescio quos iustitarios facere, nimirum vt sic etiam inuidiam Catholicis consent, & conflataugeant. Ioannes autem huc tendit oratio, vt quæ ad baptismum pertinent, vrgeat maximè, & accedentibus salutare inueniat timorem, falsamque persuasionem adimat Phariseis simul & Sadducæis, qui licet obstinatè peccarent, tamen patre Abrahamo, Dei que promissionibus, & qualicumque fidei seu legis professione tantoperè gloriabantur, & propter carnalem propagationem se Dei populum & Ecclesiæ membra esse iactabant, adeoque hinc præ se publicanos & gentes omnes superbe despiciabant: cum interim siue fidem, siue opera spectemus, nihil minùs illi quam secundum Spiritum Dei cultores, & Abrahæ imitatores, germanique filij esselaborarent. Ioannes igitur illos percutit seria oratione, & præfactos sibi que nimium placentes à peccatis reuocat ad poenitentiam, illisque benè ac beatè viuendi studium accuratè commendat. Nec enim omnes qui ex Israël sunt, censor Paulus, Israëlita: neque qui semen sunt Abrahæ, omnes eius filij: sed qui fidem Abrahæ imitantur, eiusque opera faciunt, germani sunt Abrahæ filij, qui & cum eo in Dei regno recumbent. Nec solum Ioannes, sed & Christus ipse contra hoc perucax hominum genus disserit eò, quod consilium Dei spernerent, ac Ioannis baptismum detractarent, cuius gratia Publicani totusque populus, vt Lucas inquit, Deum iustificauerunt. Quare Christus tam seuerè illos arguit: Amen dico vobis, quia publicani & meretrices præcedunt vos in regno Dei. Venit enim ad vos Ioannes in via iustitiæ, & non credidistis ei. Publicani autem & meretrices crediderunt ei: vos autem videntes, nec poenitentiam habuistis postea, vt crederetis ei. Sed nos loco suo dicemus, quales tandem verè salutaris que poenitentiae fructus, optimus poenitentiae doctor Ioannes intelligat, & à lapsis requirat.

Non aiores erant si scilicet, de bonis operibus confidere non possunt secundum Brentium.

Scopus doctrinae Ioannis de poenitentia. Cur Sadducæi Ioanne maxime reprehensi.

CAPVT DECIMUM.

Amen dico vobis, non surrexit inter natos mulierum maior Ioanne Baptista. Matth. 11.

Cuius ego non sum dignus, vt soluam eius corrigiam calceamenti. Ioan. 1. Matth. 3. Luc. 3.

MAGDEBURGENSES.

Fragmento asseuerat Christus, inter natos mulierum non surrexisse maiorem Ioanne Baptista. Id verò totum propter officium dicitur, quod præco erat presentis Messia, atque regno ipsius viam pararet: se tamen ei præfert, licet se minorem vocet propter summam humilitatem, quam erga Patrem suum celestem præstat. Cent. 1. lib. 1. col. 365. Et col. 134. Ioannes Baptista inquit Ioan. 1. Cuius ego non sum dignus vt soluam corrigiam calceamenti, & in historia Euangelica sæpè imbecillitates Apostolorum annotantur, vt nos moneant de eorum imperfectione in hac vita.



IRVS EST IOANNES BAPTISTA IN SEIPSO DEPRIMENDO, SVIS QVH rebus extenuandis, vt omnes Euangelistae testantur. Mirus contra Christum in illo tum apud suos, tum apud populum vniuersum praedicando. Inter caeteras vero laudes, quas praecursori & Baptista suo amplissimas defert, haec omnium maxima & luculentissima videtur, cum inter natos mulierum neminem illo maiorem in lucem editum vnquam esse discretis verbis pronunciat, quin etiam iureiurando confirmat. Quam quidem laudem nouatores suo more sic exponunt, perinde ac si Christus nihil aliud in Ioanne, quam Prophetici muneris excellentiam indicauisset. Quare sic a Bullingero scriptum est: Vnum Ioannem omnibus

Quomodo sentiat nouatores, inter natos mulierum Ioanne nullum esse maiorem.

Prophetis sanctis committit, & illos omnes longe excellere pronunciat, nimirum in ministerio Euangelico, siue prophetandi euidencia. De hoc enim in praesentia agit. Caterum unicum hic excipit e mortalius dominus, nempe semetipsum. Monet & Bucerus hic agi de Prophetiae potissimum dignitate. Calvinus in hunc modum habet: Christus dum praestantissimum inter filios mulierum Ioannem esse affirmat, non tam ad sanctimoniam vitae, quam ad ministerium respicit. Crassius autem explicat suam sententiam Sarcerius: Aetologia est, inquit, commendans Ioannem a singulari gratia & prerogatiua, quam Ioannes habuit in carne pra reliquis hominibus. Vnde & inquit Christus: Inter natos mulierum, non coram Deo. Similem locum habes de Maria prerogatiua, quam ipsa habuit in carne. Vnde & Angelus dixit: Benedicta tu in mulieribus, non coram Deo. Quod ergo dicitur Ioannes reliquis maior, id fieri monet Sarcerius, respectu gratiae singularis & prerogatiuae in carne. Nam coram Deo neque personarum respectus est, neque prerogatiua vlla, vt idem loquitur. Quae omnia fient adhuc clariora, si Lofsius accedat, qui hac proposita questione, Cur vocet Christus Ioannem excellentiorem Prophetam? in hunc modum respondet: Primum, quia Christum praesentem digito monstrauit: deinde quia Ioannes inchoauit nouam Ecclesiam, quae usque ad finem mundi duratura est, instituit nouam caeremoniam baptismi, & recepit gentes ad societatem Ecclesiae Dei sine circumcissione & caeremoniis Leuiticis, quod alij Prophetae non fecerunt. Quibus verbis vana & falsa illa commiscet Lofsius: quae iam ante confutauimus: Ioannem nimirum inchoasse nouam Ecclesiam Christianam, instituisse baptismi Sacramentum, recepit gentes in circumcissionem ad Ecclesiae societatem, & neglexisse Sacramentum circumcissionis simulque caeremonias Leuiticas. Quae omnia quoniam absque Scripturae fundamento asseruntur, Christi que obscurant beneficium, & magnam praeseferunt in legis & Euangelij tempore discernendo imperitiam, longiore confutatione nobis indigna esse videntur. Caeterum vt ad caput praecipuum redeamus, communis est sententia nouatorum, Christum hoc loco de officiali & publica Ioannis dignitate, sicut Lutherus appellat, non autem de personali sanctitate sermonem habere. Nos contra probabimus, ex Christi iudicio & sententia hoc loco ita praedicari Ioannem, vt reliquis non minus ob vitam sanctitatem, quam propter Prophetici muneris excellentiam praefertur. Quis enim dubitauit vnquam, hanc excellentiam Ioanni merito tribui, vt maior Propheta dicatur, qui, vt Ambrosius docet,

Lofsius sententia, cur Ioannes alios Prophetam excellent.

Ioannes maior Propheta dicitur.

- ” viam Domino non solum nascendi secundum carnem ordine, fideique; nuncio, sed etiam praecursu quodam gloriose parauerit passionis? Maior sane Propheta, in quo finis est Prophetarum: maior Propheta, quia multi cupierunt videre, quem iste Propheta conspexit, quem iste baptizauit.] Deinde cum Christum Prophetam, imò Dominum Prophetarum Ioanni pretulisset, hoc etiam adiunxit: Hunc Ioannem omnibus dico esse maiorem, sed inter mulieris, non virginis natos. Maior enim fuit iis, quibus aequalis esse poterat, forte nascendi.]

Nominis obsequium sanctitatem quam ratione muneris Prophetice Ioannem reliquis anteponi.

EST HOC praesens Christi dictum, si antecedentia & consequentia sedulo consideremus, quoddam epiphonema, vel si malis, epilogus, superiora concludens, quibus Ioannes apprimè commendabatur. Eum verò laudarat Dominus ob fidei & confessionis vere constantiam, ob vitae austeritatem, ob docendi & praedicandi munus, vt hinc cum Propheta & plusquam Prophetam, imò & Angelum à Malachia praedictum appellaauerit. Inde statim ad haec verba descendit: Amen dico vobis, non surrexit inter natos mulierum

Matth. 3. Luc. 3. Ioan. 1. & 3.

a In 1. cap. Matth.

b In 3. cap. Matth. c In harmonia Euangelica. d In Iohannem super cap. 7. Luca.

Schol. indo. misticam s. Aduentus.

Annot. bre. nifi. in c. 11. Matth.

e In Lucam circa finem s. lib.

Matth. 11. Malach. 3.

lierum maior Ioanne Baptista. Iam verò quam sit ineptum, frigidum & absurdum obsecro, ita sentire, Christum tot verbis vnum idemque sibi voluisse, cum Ioannem Prophetam, & plusquam Prophetam, & Angelum, & inter alios maximum atque praestantissimum fecit? In quibus diuersa & dixit certè, & intelligi voluit summa illa sapientia, & velut gradatione quadam sensum aptèque; ad maiora peruenit, vt illum quem tot modis celebrauerat, velut in fastigio seu perfectione virtutis & sanctitatis tandem collocare. Nec enim sat habuit, Ioannem ratione officij Prophetam, & plusquam Prophetam dicere, sed vt eminentem & incomparabile illius magnitudinem perfectionemque; comprobaret, iustificandum assumpsit, & grauius asseruit, eum reliquis post hominum memoriam mortalibus omnibus non esse inferiorem, sed & maiorem ex mulierum filijs nullum haecenus prodidisse. Quocirca non tantum Christi verba peruersè accipiunt, sed etiam de Ioannis virtute & gloria palam detrahunt, qui hanc supremam laudem ad solum Prophetiae intuitus reuocant, nec extendi volunt ad vitam Ioannis perpetuam, & aliis non comunicatam innocentiam, tantèque; virtutis & sanctitatis prerogatiuam, quantam omnibus in hunc usque; diem admirari facilius sit, quam imitari. Confirmat porro hanc nostram sententiam Angelus, qui Ioannis laudes patri Zachariae commemorans, simpliciter illum vocat magnum coram Domino, neque; solum in eo commendat officium seu ministerium, per quod multos filiorum Israel ad Deum conuerteret, sed & de singulari vitae eius sanctimonia, deque; gratia Spiritus sancti copiosè & mature illi ad futura praedicat. Quod autè dicitur: En erit magnus coram Domino, non ad corporis, sed ad animae, simulque; virtutis magnitudinem etiam Ambrosius refert. Et rectè notauit Procopius Gazæus, de Scripturae more magnum praedicari eum, qui virtutem in omnibus sedulo confectetur ac seruet: itaque; malum hominem nullum rectè magnum dici posse, cum Scripturae consuetudo veteri, hanc magnitudinem seu excellentiam malis a tribuere: Moysen verò & Ioannem hoc titulo celebrari, quod verè magni & singulari virtute praediti essent. Nec fit quidem temerè, quod cum Christus Ioannem eximie laudasset, & reliquis inter natos mulierum maiorem pronunciaisset, hoc statim adiecerit, Qui autem minor est in regno caelorum, maior est illo. Vbi seipsum cum Ioanne confert, vt postea dicemus, & minor videri vult, sicut erat, aetate videlicet, multorumque; opinione, quemadmodum Chrysostomus etiam interpretatur. Ostendit igitur, si diligenter animaduertas, reliquis omnibus praestare Ioannem, quod ad vitam sanctitatem & gratiae dignitatem attineret, DEI filio duntaxat excepto, quem Angelus Gabriel iure sanctum sanctorum appellat, & de quo ipse Ioannes: Qui de caelo venit, super omnes est. Nec obstat, quod alij hoc loco minorem in regno caelorum angelum, aut quemuis caelorum ciuem velint significari. Nam cum his quoque; collatus Ioannes, licet secundum statum gloriae ab illis superetur, dum in carne peregrinatur, quod nemo negat, tamen adhuc Ioanni manet sua prerogatiua, vt inter mortales quidem nulli cedat, sed maior sit omnibus splendore virtutis, nullus vt virorum, sicut ex Patribus ostendimus, Christo similior esse videatur.

Quo verborum contentus eminentem Ioanni sanctitatem adstruit in Euangelio.

Ioannes virtutis & gloria detrahunt nouatores.

Magnus coram Domino, cur Ioannes dicitur ab Angelo.

Luc. 1.

In 1. ca. Luc. 12. c. 1. Gen.

In breui narrat, super Matth. 6. 11.

Daniel. 9. Ioan. 3.

Qui magnus in Scriptura dicitur.

Christus se solū cum Ioanne confert, seq̄ illo maiorem fuit.

a Ephes. 4. 1. Cor. 12. Rom. 8. 29. 1. Tim. 27. Matth. 5. Psalms. 18.

1. Cor. 3. Luc. 22. Luc. 24. Mar. 16.

Apostolorum ministerium Ioannis ministerio preferendum.

Quomodo Ioannes maior est minor apostolice fuerit.

rutum atq; charismatū, quæ nec antea in Prophetis nec in Apostolis eo quidē tempore cumulatoria, quàm in Ioanne, reperiebantur. Atq; vt breuiter dicam, maior Ioannes Apostolis esse potuit vitæ meritò personali, vt vocant, maior autē potestate & officio Apostolarum esse non potuit. Anselmus ita dixit: Ioannes non fuit inferior meritis Apostolis, sed tantum officio ministerij. Maius enim ministerium nō fuit, quàm Apostolatus: tamen in cœlo nō fuit Ioannes minoris dignitatis quàm Apostoli. Neque nobis obstat, quod Bucerus obiicit, Christum apud Lucam dicere: Maior inter natos mulierum Propheta Ioanne Baptista non est: ac idcirco Ioannem, non omnibus, sed Prophetis conferri & anteponi. Nam Propheta nomine continetur non modò qui Prophetico Spiritu donatus futura prædicit, vel diuina tradit mysteria, sed & qui sanctitatis ac pietatis laude præstat. Nec habebant Iudæi aliud ferè gratiosius & venerabilius nomē, quod de homine eximiè probò atque præstante vsurparent. Proinde qui Christum verum esse Messiam, & Prophetam illum à Moyse promissum nondum intelligebant, Propheta tamen nomine illum cohonestabant. Matth. 14. & 21. Marci 6. & 11. Luc. 7. 9. & 24. Ioan. 7. Nota est Pharisæorum interrogatio, cum ex cœco illo nato percontarentur: Tu quid dicis de eo, qui aperuit oculos tuos? At ille dixit: Propheta est. Prophetas enim vocabant diuinos viros, sicut & Euthymius annotauit. Qui verò Ioannem asserit maiorem esse Prophetam verè propitricque dicto, an obscure monstrat præstare illum cæteris, qui ad Propheticam virtutem atque excellentiam nondum peruenerunt? Deinde vt maximè nomen Prophetæ strictiùs accipiamus, & à Luca sic dici fateamur: Matthæus hanc nobis lucem præbet, vt sciamus, Christum de omnibus etiam absolutè dixisse, atq; idcirco sub nomine filiorum, qui ex mulieribus nati sunt, Prophetas etiam comprehendisse, qui demum omnes Ioannis præstantia & magnitudine superentur.

*Nomē Prophe-
ta quàm late
patet.*

*Patrum de Io-
annis sanctitate,
qua cæteris ma-
ior prædicatur,
testimonis.*

CÆTERVM ne vel primi, vel soli habeamur huius honoris assertores, quem Ioanni à Christo delatum dicimus, testes & suffragatores nostræ sententiæ Patres, quos hic sequimur, in medium adferemus. Primum Chrysostomus hæc Christi verba tractans, obseruari vult Malachiæ locum sine interuallo præcedentem: Ecce mitto Angelum meum ante faciem tuam. Sed quoniam hoc Propheta testimonium ad ostendendam Ioannis excellentiam non sufficit, sententiam quoq; suam Dominus aperuit: Amen dico vobis, non surrexit inter natos mulierum maior Ioanne Baptista, id est, non peperit mulier Ioanne vnquam maiorem. Quæ sententia, quamuis per se ipsa sufficiat (sic enim pergit dicere Chrysostomus) tamen si velis rebus ipsis veritatem inspicere, veniat tibi in mentem mentis illius, educatio, mentisque altitudo: ita enim in terris, quasi in cœlo versabatur. Naturæ enim omni necessitate superata mirabile quoddam peregit iter. Nec discedit à Chrysostomo Ambrosius, cum ita pronunciat: Magnus Ioannes, cuius magnitudini etiam Saluator testimonium perhibet, dicens: Inter natos mulierum maior non est Ioanne Baptista. Præcellit cunctos, eminet vniuersis, antecedit Prophetas, supergreditur Patriarchas, & quisquis de muliere, inferior est Ioanne. Quid verò Nazianzenus? qui non contentus, Ioannem Eliam nouum, Prophetam maiorem, & veterum nouorumq; mediatorem facere, illum etiam sponsi amicum esse dicit, qui super omnes inter natos mulierum existat. Cyrillus Hierosolymitanus Ioannem cõfert cum Elia Thesbite in cœlum assumto, cum Enoch translato, cum Moyse legislatore maximo, cum Hieremia sanctificato, & cum Prophetis demum omnibus. Probat autem ex hoc ipso loco, Ioanne maiores eos non fuisse, qui finis extiterit Prophetarum, & rerum Evangelicarum principium, quem & maximum Prophetarum, & noui Testamenti archiducem appellat. A Chrysologo sic dicitur: Meritò in natis mulierum cunctis maior est hic Ioannes, qui non solum adulteros arguit, sed & licita mulierum consortia virginis amore calcavit. Suffragatur planè Maximus, cum clarissimè scribat: Hic est qui iudicio cœlestis sententiæ cunctis mortalibus antefertur, dicente Domino: Non surrexit inter natos mulierum maior Ioanne Baptista. Quibus Christi verbis hoc etiam Scholion Theophylactus adscribit: præfert aliis omnibus præcursores. Augustinus verò cum alicubi Patriarchas, Prophetas, Apostolos & Martyres nominasset, hoc addere non veretur: Nihil maius extitit in genere humano, quàm Ioannes Baptista, nec in natis mulie-

*In 3. cap.
Matth.*

Luc. 7.

Deut. 28.

Ioan. 9.

Matth. 11.

*Hom. 38. in
Matth.*

Matth. 11.

Serm. 64.

*Orat. fune-
bris in A-
thanasium.*

*Cateches. 3.
ad illumina-
tos.*

Serm. 174.

*Hom. de S.
Ioanne Bap-
tista.*

*In cap. 7.
Lucæ.
In Psal. 29.*

*Contra id-
nes legi &
prophet. lib.
2. cap. 5.
Serm. 4. de
natiuit. Io-
annis.*

*Hom. 27. o-
per. imperf.
in Matth.*

*In Ioannem
Hom. 15.*

*Lib. 2. in Io-
annem. cap. 34.
Theosur. 1.
2. cap. 4.*

*Hom. 1. de
Ioan.*

*Hom. 15. ex
Saris locis
in Matth.*

In c. 3. Matth.

*Serm. de na-
tuit. Ioan.
Bapt.
Matth. 11.*

Serm. 127.

*August. de
sanct. serm.
22.*

*Bernar. ser-
mo. de ex-
cellēt. Ioan.
Bapt.
Vbi supra.*

mulierum exurrexit. Si queris excellentiam hominis, Ioannes Baptista est. Et Psalmum 141. explanans, hanc ipsam confirmat sententiam: cuius hæc quoq; vox est: Potuerunt esse Ioanni aliqui æquales, aliqui eo minores: nullus autem maior, propter sententiam domini: omnes tamen sancti & iusti & boni. Iterum verò alibi Ioannem hominem perfectum appellat, cuius tanta sit gratia commendata, vt ipse de illo Dominus diceret: In natis mulierum nemo exurrexit maior Ioanne Baptista. Hinc porro ita colligit: Si in natis mulierum, hoc est, in hominibus nemo exurrexit maior Ioanne Baptista, quisquis Ioanne plus est, non tantum homo, sed & Deus est. Atque vt repetamus Chrysostomum, velut probatissimum testem: Puto, inquit, quod omnes sancti, quantum ad sublimitatem diuini iudicij, inuicem sibi aut inferiores sunt, aut priores. Ex quo intelligimus, quoniam qui se maiorem non habet, omnibus maior est. Vide ergo quia omnibus sanctis est maior, cui solus Christus est prior. Eodem spectat, quod autore Cyrillo diuinus Baptista prædicatur, qui tanto virtutum excelluerit numero, vt ad summam humanæ iustitiæ & virtutis perfectionem peruenisse asseratur, vnde maximam de se admirationem omnibus concitauerit, adeoque Christus fuerit existimatus. Ac idem rursus Ioannem idcirco maiorem vocari docet, quod ad virtutis apicem peruenit, nulli pietate secundus. Vel sicut alibi loquitur: Ioannes Baptista maior internatos mulierum virtutis sublimitate dicitur, qua ad eos peruenit terminos, quod humana natura peruenire potest. Eusebius verò Emisenus tanti facit Ioannem, vt cum pro dignitate laudari non posse dicat humanæ vocis officio, qui prædicetur hoc præsentis dominicæ attestationis oraculo. Et ideo agnosce, inquit, magnificentiam laudis ex dignitate laudantis: ac sic dum nemo illo esse maior asseritur inter natos mulierum, datur intelligi, quod Ioannes humanorum fugit mensuram meritorum. Sed & Basilius Magnus ita locum intellexisse videtur, vt cum ad vitæ sanctitatem & austeritatem referat, propter quam Ioanne inter natos mulierum maior surrexerit nullus, Neq; contemnendus est sanè autor Alfonso Abulensis, qui multis modis Ioannem aliis dici maiorem ostendit: Primum quidem, si officium eius publicum in baptizando & prædicando spectemus: deinde propter statum integerrimæ virginis: ad hæc ratione authoritatis & famæ, quam sibi apud omnes conciliauerat: præterea propter singularem & continuam vitæ austeritatem: postremò quod inter alios veteris testamenti homines, & ex peccatoribus actualiter, vt loquitur, non surrexerit quisquæ eo maior atq; præstantior. Demum vt Honorius hæc omnia nobis concludat: Quanta, inquit, veneratione sanctus Ioannes sit dignus, declarat nobis in Euangelio Dominus: Inter natos, inquit, mulierum non surrexit maior Ioanne Baptista. Omnibus sanctis maior affirmatur, solis angelis æquiparatur, vnde & angelus non immeritò appellatur.

*Ioannes ad sum-
mā humanam ius-
titiam & virtutis
apicem peruenit.*

*Quibus episto-
larum & eulogis Ioan-
nem ornent Pa-
tres. Si ceteris
quis maiore su-
isse cõmonstrat.*

Atque hinc fit, vt præclara illi Ioannis competant epitheta, quibus non tam per amplificationem, quàm verè & ad Christi sententiam accommodatè passim à veteribus celebratur. Nimirum à Petro Chrysologo nuncupatur schola virtutū, magister vitæ, sanctitatis forma, norma iustitiæ, virginis speculū, pudicitie titulus, castitatis exemplū, poenitentiæ via, fidei disciplina. Vocatur ab eodem maior homine, par angelis, legis summa, Euangelij satio, Apostolorum vox, silentium Prophetarum, lucerna mudi, præcursor iudicis, Christi metator, Domini testis, totius medius Trinitatis. Similia sunt apud Augustinum & Bernardū encomia, quibus idem Ioannes non solum ab his duobus, sed à piis etiam omnibus ad finem vsq; mundi meritò cõmendetur: nimirum quod sit maior homine, par angelis, tuba cœli, præco Christi, arcanū patris, filij nuncius, signifer superni regis, peccatorū venia, correctio Iudæorū, parentum gaudium, nobilitas generis, orbis exemplū, mortis expulsio, ianua vitæ, decus hominum, conuersationis splendor, omnis iustitiæ principatus, lætitiæ angelorum, excellentissimus homo, consanguineus Christi, amicus sponsi, sponsæ præparator. Ac rursus ab eodē Bernardo appellatur Patriarcha, imò Patriarcharū finis & caput: Propheta, imò plusquàm Propheta: Angelus, sed & inter angelos electus: Virgo, imò virginitatis insigne speculum, pudicitie titulus, castitatis exemplū: Martyr, sed & Martyrum lumen, inter natiuitatē mortemq; Christi, constantissimi forma martyrij: qui demum nouem ordinibus angelorum sic insertus sit, vt etiam ad

Seraphin apicem transferatur. Andreas verò Hierosolymitanus hæc Ioanni attribuit epitheta, vt dicatur cuius deserti, aliptes orbisterrarum, sponsi pronubus, Regis præco, præcurfor veritatis, legis silentium, gratiæ intercessor, corona prophetiæ, Prophetarum conclusio, porta pœnitentiæ, virginitatis ornator, salutis præparator, temperatiæ legislator. Apud Theodorum Studitum sunt hæc eiusdem præclara nomina: Christi Ecclesiæ pronubus, liliu castitatis, rosa spiritualis flagrantia, pratum frugiferæ continentia, fax aduentus Christi, lucifer, paranympus. Vocat eundem Prophetarum maximu, martyrum excellentissimum, & solitudinis à Deo ordinatum patronum. Vnum addam Isidoru, à quo idem Ioannes eximie commendatur, quod angelo nunciante sit conceptus, prænunciator Christi, præco iudicis, Propheta altissimi, vox verbi, amicus sponsi, testis Domini, lucerna luminis, terminus Prophetarum, baptismatis initiu: qui prænunciatus parentis vocem abstulit, genitus officium linguæ resoluit, quinec dum editus Christu prophetavit, salutavit ex vtero, in columba agnouit, in deserto mōstravit. Cuius vestimentu, inquit, lanugo fuit camelorum, habitatio, eremus; victus, mellis & locustaru cibus.] An hæc non satis indicant verè magnum, imò maximum Ioannem non solum ab angelo & Euangelista, sed à Christo etiam ipso prædicari? Quæ omnia sient adhuc illustriora, si varia & præclara Ioannis nomina partim à Scriptura diuina, partim ab Ecclesiastica consuetudine confirmata diligenter animaduertamus, eaq; decem ab Honorio collecta, sic enumerantur: Ioannes dicitur vox verbi, Elias, plusquam Propheta, Angelus, Baptista, præcurfor redemptoris, præco iudicis, amicus sponsi, paranympus, lucerna lucens & ardens. Intelligunt verò sapientes, non temerè, sed graui prorsus de causa hæc nomina de Ioanne celebrari, & ad comprobendam illius excellentiam momenti adferre plurimum, si ritè singula ponderentur.

Decem excellentia
Ioanis nomina.

Quale Brentius
depingit Ioan-
nem in carcere
positum.

Ioannem suspi-
cione peccati
mult. conscientie
perpetua. Bren-
ti grauari.

VERUM has tantas Ioannis laudes, nescio si quisquam magis obscuret atque corrupat, quam Brentius, vbi de Ioanne in carcerem coniecto suam sententiã dicit. *In afflictionibus Ioannis, inquit, ostenditur etiam seria ira Dei aduersus peccata. Et si enim Ioannes donatus est Spiritu sancto in utero matris, & accepit remissionem peccatorum per Christum, ac duxit vitam obedientissimã, tamen gestat adhuc peccatu, in quo conceptus & natus est in carne sua. Quare necesse habet crucem sustollere & affligi, ut admoneatur de reliquiis peccati sui, & cogit et illud Psalmi: Si iniquitates obseruaueris Domine, Domine quis sustinebit? Et: Non intres in iudicium cū seruo tuo, quia non iustificatur in conspectu tuo omnis homo viuens. Itaq; cum Ioannes in vinculis fuit, nõ dubiu est, quin in animo suo tale quid cogitauerit: Et si Herodes iniuste me affligit, nec meritis sum & alicuius peccati in humano iudicio, tamen ò Domine Deus meus, si tu velles de me secundum iustitiam legis tue iudicare, nõ sufficeret hic carcer & squalor eius, sed necesse haberem conici in perpetuu carcerem inferni. Quis verò pius non miretur, adeoq; non stomachetur, cum tam impuram prorsusq; contumeliosam in Ioanem censurã audit, secumq; ritè perpendit? Quod si vir ille sanctissimus enorme crimen aliquod, sicut Dauid adulterij & homicidij, reus, perpetrasset, an non durè satis & inclementer exceptus, & ab isto seuerissimo iudice castigatus merito videretur? Coniectus est in carcerem vir ab omni purus crimine, & innocentia summa conspicuus, sibiq; semper optimè conscius, quem non solum populus vniuersus, sed Herodes etiam tyrannus, virum iustum & sanctum esse ducebat, vt idcirco illum etiam reuereretur, sicut Marcus ostendit. Sed enim quis homo doctus vnquam vel scripsit, vel existimauit, hanc vincti Ioannis afflictionem, cui causam incesta, & innocui sanguinis sitibunda pellex Herodias dederat, ex ira Dei proficisci, vel propter ipsius Ioannis peccatum vllum infligi, eamue cum metu vel angore trepidantis conscientia esse coniunctam? Nihil sanè mirum, si piæ multorum aures & mentes ad hanc atrocem Brentij criminationem exhorrescant, & de hac atroci quæ Ioanni irrogatur, iniuria dolcant vehementer. Verum age vñ sanctissimo viro tam indignè tractato & dirè uexato patrocinemur, hanc noui Aristarchi censuram paulò prescius hinc excutiamus.*

PROBAMVS Brentij confessionē in eo quod dicat, Ioannē in matris vtero donatū esse Spiritu sancto, & accepisse remissionem peccatorū per Christū, & postquam natus esset, obedientissimam, vel vt paulò antè dixerat, sanctissimam vitam duxisse. Cum his verò pugnant

Orat. de am-
putat capiti
Ioan. Bapt.

Orat. de ma-
tali S. Ioan.

Lib. de vita
& morte
sanctissimi
Iohannis

Serm. de na-
tuitate Ioan-
Bapt.

Matth. 14.
Marc. 6.
Luc. 9.
Inc. 4. Matth.

Psal. 129.
Psal. 142.

2. Reg. 11.

Marc. 6.

Luc. 1.

pugnant sequentia, in quibus sui velut oblitus, contraria commiscuit. Si enim Ioannes donatus est Spiritu sancto in vtero matris, & accepit per Christum remissionem peccatorū, quomodo idem in peccato natus esse dicitur? quod Euangelicis etiam verbis penitus aduersatur, quibus illū antequā nasceretur, sanctū fore Angelus promittebat. Item, quæ ratione peccatum in carne gesta, & iram Dei sentit, & necesse habet propter idem peccatum crucem sustollere & affligi, & iustitiam legis extimescere, & nescio quos, inferni cruciatus, perpetuumq; carcerem deprecari, si quidem à peccatis illum Christus absoluit, ac Spiritu sancto inde ab initio tam copiosè donauit, illum que in vita semper obedientissimam & sanctissimam conseruauit? An fuit, aut esse potest quisquam, qui Spiritum sanctum & remissionem peccatorum obtinens, necesse habeat seuerā Dei iram aduersus peccata experiri, & legis timere iustitiam, & non solum in hac vita puniri, verum etiam in perpetuu inferni carcerem deturbari? Quæ sunt igitur hæc Brentij noua paradoxa? quæ insulsa figmenta, non solum ad Ioannis sanctim oniam labefactandam, sed etiã ad vitam & conscientiam eius, nescio cuius peccati mole atq; suspitione onerandam iniquissimè excogitata? Cur vir ille sanctus metueret aut angeretur animo in suo felici carcere, qui procul dubio didicerat in cruce gloriari, & sibi pro lucro deputabat, ab iniquissimis ob causam iustissimam tam nequiter affligi, & in supremū vitæ discrimen adduci. Mallebat vtiq; vir fortis iniusta ferre, præsertim à tali Tyranno eiusque nefaria pellice, quam non iusta dicere. Sciebat non timendos esse, qui corpus occidunt, animam autem non possunt occidere. Quomodo illum legis timor inuaderet ac premeret, qui gratiæ spiritu inibutus, optimè cognoscebat, his qui sunt in Christo Iesu, nihil esse damnatiōis, & vbi Christi regnaret spiritus, illic quoq; libertatem & securitatem summā adesse, mortemq; Dei amantibus non formidabilē, sed optabilem prorsus videri? Quod alius Christi amore flagras discipulus postea dixit, ad se quoq; ille pertinere iam antè purauit: Certus sum, quia neque mors neq; vita, neque creatura alia poterit nos separare à charitate Dei, quæ est in Christo IESV Domino nostro. Quam verò iram Dei aduersus peccata sua perentisceret aut reformidaret is, quem paulò post nihil in vita peccasse docebimus, & cui non solum famæ publicæ, sed & conscientia propria testimonium optimum atq; firmissimū suppetebat? Iam cur iudiciu Dei & carcerem inferni proponeret sibi, qui regnum cælorum etiam scelestissimis hominibus, modò pœnitentiã agerent, certissimè pollicebatur? An de iustitia Dei & meritis peccatorum pœnis cogitationes in animo tristes volueret, qui præterquam quod nullius omnino peccati, si Patribus creditur, sibi conscius, & in omni virtutum genere constanter exercitatus esset, multas grauesq; in Domino gaudendi & exultandi causas habebat? maximè verò quod fidus ipse sponsi amicus audiret, quæ de Euangelij messe succrescente, deq; desiderato successu operum Christi lætè nunciarentur. Hinc meritò ille gratulabundus in hanc vocem prorumpit: Qui habet sponsam, sponsus est: amicus autem sponsi, qui stat & audit eum, gaudio gaudet propter vocem sponsi. Hoc ergo gaudium mecum impletum est. Quam verò pulchrè concludit? Illum oportet crescere, me autem minui.

Luc. 1.

Galat. 6.

Matth. 10.

Rom. 8.
2. Cor. 1.

Rom. 1.

Matth. 3.

Ioan. 3.
Matth. 11.
Luc. 7.
Ioan. 3.

2. Reg. 11.

Brentius in Io-
anne in Iuda do-
no sibi constat.
Ioannes non na-
tus in peccatis,
si fingit Bren-
tius.

Ioannes quomo-
do affectus fue-
rit in carcere.

Luc. 11. n. 11.
Ioh. 1. n. 11.
Ioh. 1. n. 11.
Ioh. 1. n. 11.

OB QUAM sui diminutionem, vt sic loquar, vir tantus haud dubiè tum sibi, tum Christo, tum Ecclesiæ gratulabatur. Sibi, quod cum perfectè humilis foret, minore in precio haberi & contemni ab omnibus desideraret: Christo autem, quod nihil in terris haberet antiquius, quam illius Euangelium, regnum & gloriam longè lateque propagari. Demum Ecclesiæ, cuius incrementum & successum ex nulla re, magis quam è Christi capitis sponsique sui exaltatione pendere sapienter intelligebat. Postremò qui ambulabat in via Domini immaculatus, qui ingrediebatur sine macula, & operabatur semper iustitiam, qui non solum ab omni peccato, sed etiam ab omni specie mali abstinens & immunis, bona coram Deo & hominibus prouidebat, cur quicquam metueret sibi, vt vel temporario, vel perpetuo carcere dignus iudicaretur? Quem ego quidem crediderim lætum illum oprasse & excepisse diem, quo de conspectu flagitiosorum hominum ablatu, & rebus humanis exemptus, puram animam dilecto reddidit creatori. Laudatur Ambrosius, quod cum moriturus ab amicis admoneretur, vt longiora viuendi spacia sibi à Deo precibus obtineret, hanc præclaram ediderit

Probabile est Io-
annem optasse magis
quam immuisse
mortem.
Paulinus in Si-
na Ambrosii.

Ambrosii mo-
nitiu ien-
sentia.

ediderit vocem: Non ita inter vos vixi, vt pudeat me viuere: nec timeo mori, quia Do-
minum bonum habemus. Ac tantò quidem rectius hoc ipsum diceret Ioannes in suo
carcere, quantò longius sanctitate preibat Ambrosium, quantòq; sciebat certius, bono-
rum laborum gloriosum esse fructum, & quantò demùm sincerius desiderabat immar-
cessibilem illam iustitiæ coronam, quæ sanctissimis eius laboribus à iusto iudice pa-
rabatur.

Ob quã causam
Breuius Ioannẽ
tam iniquẽ sin-
gat merulo-
sum & anxium.

Non est interim obscurũ, ex quibus fontibus aut potius lacunis hanc suam cõmen-
tationem hauriat Brentius, dum inhumanus hospes Ioannẽ in carcere tam immaniter
trahat. Primùm fingit in illo, sicut in renatis etiam omnibus, post acceptam gratiã pec-
catum originis remanere: propter hoc operibus illius, quantumuis piẽ sancteque cõfectis,
corã Deo quidem suam manere impuritatem atq; corruptionem statuit. Præterea Ioã-
nis imbecillitatem tantam esse somniat, vt ducespiritu legem implere, & Dei mandata
seruare non possit: hinc illum legis terrore concussum fuisse, ac velut malè sibi conscitũ,
Dei iudiciũ & pœnas peccatorũ timuisse, haud secus profecto, quàm si atrocissima quæ-
dam scelera designasset, ob quæ nõ solum præsentis, sed etiam futuræ vitæ supplicia me-
reretur, adeoque inferni perpetuò carceri iustè mãciparetur. Vult eundẽ, opinor, in omni
opere bono peccasse, & quamlibet sanctè quidpiam instituisset, tamen secundũ miseri-
cordiam Dei veniale, secundum iustitiam verò damnabile peccatum eo ipso perpetrã-
se, quemadmodum de iustis omnibus præceptor eius Lutherus ausus est asserere. Sed
valeant tam crassi, tamq; pestilentes errores, quos isti de originis peccato turpiter philo-
sophantes inuixerunt, multiq; Theologi argumentis solidissimis refutãrunt. Conceda-
mus autem isthoc Brentio, vitã Ioannis haud omni peccato caruisse, & cum sanctis aliis
hoc habuisse sibi cõmune, vt verè dicere potuerit: Ab occultis meis munda me Domine,
& ab alienis parce seruo tuo. Petierit à Deo gratiã, qui præ summa humilitate ita sese de-
iecit, vt quamuis eximia sanctitate præcelleret reliquos, se tamen Christi ministrũ indig-
num, & ad minimum seruitiũ ei exhibendum ineptum putãrit. Quid? an suum hinc pro-
mouebit cõmentum Brentius, Ioannem scilicet præsentis iniuriæ, quam Herodes intu-
lit, suis peccatis præbuisse causam, & charitate perfecta, quæ foras mittit timorem carnis,
se, mentemq; illi non fuisse securam, quæ iuge conuiuuium meritò appellatur? Non defuit
illi profecto virtus Nathanaëlis, qui verè Israëlitã, in quo dolus non esset, à Christo ap-
pellatus fuit; nõ cordis munditia, quæ ad DEVM purè videndum prouhit: non libertas
spiritus, quæ legibus non coercetur. Cur autem & quonam modo de peccato sollicitus
esset, in quo, velut electissimo organo, regnabat præpotens ille Spiritus, suoque præcipuos
fructus, charitatem, gaudium & pacem, vberrimè producebat?

Cur erret hoc
suo Brentius.

FALLIT autem hoc maximè Brentium, quòd carnis iudicio sanctos metiatur, & car-
teris Ioannem exæquet, quem à lege peccati longè remotiorem, & Spiritu sancto inde à
matris vtero pleniorẽ fuisse cõstat, vt neq; necesse sit, nec deceat, ex communi regula
hunc æstimare, quem etiam infantem tam multis, tamq; claris dotibus & prærogatiuis,
vt docuimus, diuina bonitas liberalissimè cumulauit. Errat itidem in eo Brentius, quòd
sibi persuadet, quas ærumnas & afflictiones ab Herode Ioannes patitur, eas pro peccatis
veluti pœnas tam innocenti viro diuinitus imponi. Etenim piorũ, vt Ioannis & Iob, af-
flictiones & cruces, non sunt signa ita DEI, non pœnæ peccatorum, sed variarum potius
virtutum, vt potè fidei, humilitatis, patientiæ, charitatis, fortitudinis exercitia, nonnun-
quam & doctrinæ testimonia, nec vulgaria, vt imagini filij Dei sese cõforment, incitamẽ-
ta, & salutares quædã ad perfectam homini sanctitatem, maioremq; tũ gratiam, tũ
gloriam apud Deum cõsequendam medicinæ. Agnouit hoc etiam Melanchthon, cuius
verba subscribam, vt Brentianum figmentum ex illis etiam, quàm vanum sit, appareat.
Peculiares, inquit, afflictiones, interdum sanctis imponuntur, vt Esaias est dissectus, Hieremias la-
pidatus, Ioannes Baptista decollatus. Hæ afflictiones non sunt pœna pro certis peccatis, sed singularia
opera, in quibus Deus vult ostendere suam gloriam, sicut et Propbeta inquit: Etiam innocentes bi-
bent calicẽ. Et huc pertinet disputatio Iob, qui negat se propter peccata affligi. Docet enim pius utrũq;
quòd propter afflictiones non sint reiecti: item quòd afflictiones imponantur etiam alio consilio Dei,
nec semper sint pœna certorum peccatorũ. Ac rursum Melanchthon alibi de Ioanẽ docet, cum
non

Que sancti pa-
tritur, si peccã
sunt pœna pec-
catorũ, nec sig-
na ira Dei.

In cap. 14.
Matth.

Sapientia

2. Tim. 4.

In assertio-
nib. artic. 11.

2. Paral. 11.

Matth. 3.
Ioan. 1.

1. Ioan. 4.
Prouer. 4.

Ioan. 3.
Matth. 5.

1. Timot. 3.

Galat. 5.

Luc. 11.

In cap. 14.
Rom.

In cap. 14.
Matth.

non

non propter aliqua certa delicta, sed sicut prophetas, apostolos, multosq; alios in con-
fessione interfici, vt illa mors sit testimonium doctrinæ, vt confet non fuisse simulatio-
nem, quia confessionem anteferat vitæ suæ. Quam sententiam sequitur quoque Maior.
Veras autem ac proprias causas, ob quas iusti sanctiq; viri huius vitæ calamitatibus &
plurimis & grauissimis obiciuntur (multæ enim sunt tribulationes iustorum) Chryso-
stomus diligenter excussit, easque decem in medium adduxit.

Non in medium prodeant Patres, qui Ioannem aduersus Brentianam in seclatõ-
nem defendant, eumq; doceant in suo carcere lætum, ad mortem anhelasse, & sine pecca-
to eiusq; pœna, sine ira Dei, sine metu legis vel iudicij, vt sanctissimè semper vixerat, ita
viuendi quoque finem perfectissimum accepisse. Chrysostomus de illo in hunc modum
est concionatus: Ioannes specie homo, gratia angelus: quia nihil carnis erat in eo, nisi
visio sola: corpore tenebatur in carcere, anima autem in cœlo. Et quod Herodes illi fa-
ciebat pro pœna, ille suscipiebat pro beneficio; & ira illius, quasi Dei misericordia frue-
batur, quia verum gaudium est sanctorum exire de mundo. Tũ paulò post: Sicut
seruus postquàm commissi operis impleuerit pensum, gaudet ante faciem Domini sui
apparere: sic & Ioannes commissæ prædicationis ministerio consummato, latrabatur
ad eum transire: & non solum de morte sua non cõristabatur, sed ipsam quoq; dilatio-
nem vitæ suæ pœnam putabat. Gregorius Magnus de Ioannis quoq; morte disserit, si-
mulq; clarissimè docet, omnis peccati suspicionem ab eo esse tollendam, & veras cau-
sas indicat, cur ille huic indignæ neci subiectus fuerit. Ecce inquit, dum beati Iob vulnera
cruciatuq; considero, repente mentis oculos ad Ioannem reduco, & non sine grauissima
admiratione perpendo, quòd ille Prophetiæ spiritu intra matris vterum impletus, atq;
vt ita dixerim, priusquam nasceretur, renatus: ille amicus sponsi: ille quo inter natos
mulierum maior nemo surrexit: ille sic Propheta, vt plũ etiam quàm Propheta, ab ini-
quis in carcerem mittitur, & pro puellæ saltat capite truncatur, & vir tantæ seueritatis,
pro risu turpium moritur. Nũquid nam credimus aliquid fuisse, quod in eius vita illa sic
despecta mors regeret? Sed quando ille vel in cibo peccauit, qui locustas solummodo
& mel syluestre edit? Quid DEO vel de qualitate sui tegminis deliquit, qui camelorũ pilis
corpus operuit? Quid de conuersatione sua offendere potuit, qui de eremo nõ recessit?
Quid illum loquacitatis reatus polluit, qui disunctus longè ab hominibus fuit? Quando
illum vel silentij culpa attigit, qui ad se venientes tam vehementer increpauit, dicens:
Genimina viperarũ &c. Quid est ergo, quòd Iob DEI testimonio præfertur, & tamẽ pla-
gis vsq; ad sterquiliniũ sternitur? Quid est, quòd Ioannes DEI voce laudatur, & tamen pro-
temulentis verbis in saltatricis præmiũ moritur? Quid est, quòd Deus omnipotens sic ve-
hemẽter in hoc sedulo despicit, quos sic sublimiter ante secula elegit? nisi hoc quod pie-
tati fidelium patet, quoniam idcirco sic eos premit in infimis, quia videt, quomodo re-
muneret in summis: & foris vsque ad despecta deiicit, quia intus vsq; ad incomprehen-
sibilia perducit. Hinc ergo vnusquisq; colligat, quid illic sint passuri quos reprobat, si hũc
sic cruciat quos amat: aut quomodo ferientur, qui in iudicio arguendi sunt: si sic eorum
vita premitur, qui ipso iudice teste laudantur.]

Hæc piè & præclare admodum Gregorius, cum quibus Beda pulchrè consen-
tit, nisi quod hoc etiam planius reddit, Ioannem licet peccato nulli obnoxium, & omni
virtute coonestatum, innocentem planè mortem oppetiuisse. Oramus autem lecto-
rem, vt ne molestè ferat, si in recitandis Patrum verbis, quæ sanctitatem & perfectionem
Ioannis oppugnatam illustrant atq; defendunt, aliquantò longiores videamur. Etsi, in-
quit Beda, principali sententia constar, quia in multis offendimus omnes, quis tamen
nostrum dicere audeat, beatum Ioannem actu, vel dicto, vel habitu, vel motu peccasse?
cuius austeritate indumenti Euangelica laudat historia: cuius omne quod loquitur, aut
veritati testimonium reddit, aut eos qui contradicunt redarguit: cuius opera iustitiæ qui
non amabant, venerationi habebãt. Quis in eius præcordiis peccato poterat esse locus,
quem & ante natiuitatem Spiritus sancti consecrauit aduentus? Quando saltem hu-
manæ conuersationis intuitu, valuit à virtutis via vel ad modicum deflecti, qui to-
tam à pueritia vitam solitariam peregit? Et tamen talis ac tantus vir præsentis vitæ

2. Paral. 11.
Hom. 1. ad
popul. An-
nochen.

Ope. imper.
in Matth.
Hom. 27.

Lis. moral.
cap. 5.

Hom. de de-
collat. Ioan.
Bapt.
Iacob. 3.

Patru testimo-
nia, quomodo Io-
annes in carce-
re fuerit, aliter
affectus, quàm
docet Brentius.

Lati de mun-
do sancti ex-
eunt.

Admiranda
Dei permis-
sio, Ioannem
sanctũ affli-
gi in carcere
Herodiano.

De perpetua
Ioannis in-
nocentia.

Quid nos do-
ceat Ioannis
carcer &
martyrium.

Beda Ioan-
nẽ omni pec-
cati suspicio-
ne liberat.

Admiranda & excellens perpetuaq; Ioannis iustitia.

peccatum consummatum & generans mortem nunquam peperit: in cuius mortali corpore peccatum tempore nullo regnavit: qui dilatante cor ipsius Spiritu sancto, via mandatorum Dei velut inoffenso pede percurrit: qui peccato plane mortuus, nunquam non iustitia vixit, vitamque suam cum Christo in Deo absconditam habuit: qui omnibus diebus vitæ suæ in sanctitate & iustitia Deo inseruiuit, in omnibus mandatis & iustificationibus Domini continenter incidens: qui demum sicut antemundi constitutionem in hoc à Deo prædeterminatus, & à Christo electus erat, in conspectu Dei sanctus & immaculatus plenusque Spiritu sancto & operibus bonis, & pro huiusquidem vitæ ratione in charitate perfectus sic exiit, vt vetus elogium si in vllum sanctum alium, certè in Ioannem nostrum vel maximè competat: Non est inuentus similis illi, qui conseruaret legem excelsi. An verò quisquam erit tam impudens, qui dicat, Ioannem fuisse vnquam rege Ezechia inferiorem? Is bona conscientia Deo testatus est, se coram eo ambulasse in veritate cordeque perfecto, & opera illi grata fecisse. Si diuinæ Scripturæ credimus, erat cor Asa regis cum Domino Deo suo perfectum cunctis diebus eius: & Iosaphat quæsiuit Dominum in toto corde suo, & similis illi rex nõ fuit, qui reuerteretur ad Dominum in omni corde suo, & in tota anima sua, & in vniuersa virtute sua iuxta omnem legem Moyfi, neque post eum surrexit similis illi. Quis ergo dubitare possit, inter iustos & perfectos alios, qui legem obseruasse, ac Deum perfecte coluisse in Scriptura dicuntur, Ioannem multò iustiorẽ, & in præstanda lege Deoque colendo perfectiorẽ, atque adeò inter natos omnes mulierum vera sanctitate omnique virtute maiorem claruisse?

Non cedit Ioannes iustis aliis in Scriptura laudatis perfectior.

Patres de Ioanne præstantes & singulari dignitate pelam referantur.

PROINDE nec possumus, nec debemus ab illis Ecclesiæ columnis auelli, quæ nobis veritatem Evangelicam de præcellenti dignitate Ioannis fulciunt atque confirmant. Quis, vt Bernardi verbis vtamur, sic gloriose annunciat us est? quis ita specialiter in vtero matris Spiritu sancto legitur fuisse repletus? Quem legistis intra matris vterum exultasse? Cuius natiuitatem vidistis celebrari in Ecclesia Dei? quis fieremur cõcupiuit? quis ita sublimiter legitur conuersatus? quis poenitentiam & regnum cœlorum primus ostendit? quis baptizauit regē gloriæ? cui testimonium tale perhibuit veritas? quem sic honorauit Ecclesia? Vide, si non omnia hæc ita singulariter sint singularia, vt nullus mortalium prædictis audeat inhiare. Non repetemus iam antè citatas Patrum sententias, qui sunt omni exceptione maiores, sed ex illis pauca quædam summam excerpemus. Ambrosius clarè pronunciat: Baptistam esse, qui cunctos præcellat: & omnes ex muliere natos illo statuit inferiores. Idem à Nazianzeno super omnes mulierum natos extollitur. Cyrillo nulli est pietate secūdus, qui ad virtutis peruenit apicem. Eusebius illum humanis meritis superiorem facit. Maximus dicit, à Christo cunctis mortalibus anteferri. Augustinus fatetur, nihil eo maius in genere humano existere, in Ioane hominis excellentiam vel maximam reperiri: solum Deum eo esse maiorem. Chrysostomi demum sententia, solus Christus Ioanne prior est, omnibus autem sanctis maior Ioannes. Neque tamen ignoro, alicubi sic loqui Patres, sicut & citata modò testimonia quædam indicant, velut Ioannes sanctis omnibus non absolute præferatur, sed quòd nullus eo fuerit maior; quasi quosdam de Prophetis & Patriarchis æquales habere potuerit, sanctisque nonnullis non tam præferatur, quàm exæquetur. Quem sensum nos minimè quidem aspernamur, etsi plures reperiamus authores, qui, vt probauimus, Christi verba generatim accipiant, & inde Ioannem sanctis omnibus anteponant. Verum aduersus nouatores hoc improbamus maximè, quòd illi obtinere conantur, præsens Christi de Ioanne præconium, non ad vitæ sanctimoniam & personæ dignitatem, sed ad officij seu ministerij Prophetici prærogatiuam solum modò referri oportere. Atque hac solùm ratione maiorem cum faciunt Moyse, Prophetis, regibus, Sacerdotibus, templo, loco & omnibus, qui Ioanni debeant plenè credere, & cum audire, vel perire, vt rigidus interpres Lutherus audeat velut ex tripode pronũciare. At verò meliore fide docent Patres, Christum hinc non ad nudum Ioannis testimonium & præcursoris officium respexisse, sed & gratiæ iustitiæque & sanctitatis magnitudinem illi tribuisse, & idcirco sanctis præcedentibus Ioannem rectè conferri posse atque præponi.

Reiectio tacite obiectiois.

Etiamsi Ioannes nõ offer reliquis omnibus sanctior, tamen nouatores hic male docerent.

Iacob. 1. Rom. 8. Psal. 118. 1. Per. 2. Coloss. 3. Luca. 1. Ephe. 1. Eccle. 44. 4. Reg. 20. 3. Reg. 15. 2. Paral. 31. 2. Paral. 22. 4. Reg. 23.

De excell. Ioan. Bapt.

Schol. breuis in cap. Matth. 11.

QVARE contemnendus est potius, quàm confutandus error Sarcerij, qui ne parum deliret, Ioannem negat maiorem dici coram Deo, & solum ob prærogatiuam in carne, vt ille loquitur, reliquis eum præstare concedit. Quid verò hic homo per carnalem vel in carne prærogatiuam sibi velit, non explicat, & vix nobis liceat diuinare. An generis vel parentum nobilitatem intelligit? Sed multi certè hoc modo Ioanne clariore & illustriore fuere, præsertim è stirpe progeniti regia. An Propheticum in eo munus vel officium præcursori assignatum accipit? Quis verò tale aliquid prærogatiuam in carne vel dixit cum Sarcerio, vel intellexit? Quicquid ex bonis fortunæ vel corporis fingi, & homini tribui potest, id ad aliquam in carne prærogatiuam fortasse quis referre contendet. Sed nihil minùs Christo venit in mentem, aut in vsu esse solet, quàm vt ab his vanis, fluxis, momentaneis & ad carnem, sæpè etiam ad impios pertinētibus rebus, quas adeò ille non laudat, vt eas contemnere magis quàm desiderare doceat, Ioannem ornent ac celebret. Laudat quidem Petrum, Nathanaëlem, Centurionem, Magdalenam, Cananæam & pauperem viduam: laudandi verò argumētum à virtutibus & rectè factis petit. An verò eam demum intelligi vult prærogatiuam Sarcerius, quòd Ioanes coram hominibus celebris haberetur, & partim ob vitæ seueritatem, partim ob doctrinæ præstantiam, præclarum sibi nomen vulgò comparasset? At ne sic quidem vel dici, vel existimari rectè potest, quòd ille singularè in carne gratiam obtinuerit: cum varias ob virtutes alij clarissimi viri non solum apud Iudæos, sed etiam apud ethnicos nominis existimatione, & auctoritatem, & gloriã immortalem sibi pepererint: qui fortasse Ioanne nec obscuriores, nec inferiores plurimis visi fuerint. Quare nisi me fallit prorsus opinio, ne seipsum quidem intelligit Sarcerius, cum Ioannem non aliter quàm propter gratiam & prærogatiuam cum carne coniunctam, censet à Christo commendari. Cæterum qua procacitate, & insulsa prorsus interpretatione Ioannis laudem hic homo impurus obscurat ac supprimit, eadem quoque Christi matrem & virginem illam sanctissimam, de qua sequenti libro tractabimus, audet commaculare. Sed mali corui, vt dici solet, malum ouum. Confirmat nimirum Sarcerius, quòd à Lutherus impie prorsus est traditum: Sumus pares matri Dei, & æquè sancti sicut illa, nisi quòd non possumus esse Dei matres, sicut illa fuit.

Ioannem non præferri aliis ob prærogatiuam in carne contra Sarcerium.

Lutherus in Desiparam impio.

Duas ob causas Ioannem à nouatoribus laudari ratione ministerij tantum.

a. Matth. 16. b. Ioann. 1. c. Matth. 7. d. Luca. 7. e. Matth. 15. f. Luca. 22.

Ser. de natiuit. B. Mar. gini.

In Domini. am. 22. pass. Titim. In cap. 2. 2. 1. 1.

COGITANTI verò mihi, cur isti tantoperè vrgeant, vt Ioannes propter officium duntaxat à Christo laudari videatur, duæ potissimum causæ offerunt sese. Primùm arrogantes homines hinc sibi placere possunt, & fortasse volunt, velut æquè communem cum Ioanne laudem habeant, quemadmodum in Euangelio prædicando munus cum Ioanne sibi commune esse arbitrantur. Habent igitur ex hac interpretatione vnde placeant, & blandiantur sibi omnes noui Euangelij doctores & concionatores, qui ratione ministerij cum Ioanne, & in Ioanne se aliis videntur antepone, adeoque à Christo ipso omnibus se præferri, possunt gloriari. Nam & Lutherus prædicat, summum & præstantissimum fidei opus esse, vt alter alterum in verbo erudiat: & Bucerus testatur, veros Prophetas præstare omnibus, quòd omnium diuinissimo beneficio homines afficiant. Et quòd longè absurdus, atque Ioanne prorsus indignum est, illo ipso maiores, illique præferendos esse dicit istos, qui gratiam Dei seu Euangelium sincerè annunciant in Ecclesia, imò ex his neminem tam abiectum esse, qui non sit maior Ioanne, quia plenius & potentiùs atque perfectiùs quàm Ioannes Christum doceat. En quàm insolenter isti sese aliosque purioris, vt vocant, doctrinæ ministros efferunt, penes quos tantum veram Euangelij prædicandi & illustrandi gloriã esse falsissimè putant. Rursus verò quàm viliter & abiectè de Ioanne sentiunt, qui cum sit sacro veritatis ore, & ab Euangelistis omnibus vel maximè commendatus, omnibusque Prophetis antepositus, tamen à Bucero vilissimis & abiectissimis quibusque Euangelij tractatoribus, ne dicam blateronibus, posthabetur. Quid autem hoc ipso contra talem tantumque virum, & omnium summorum concionatorum & doctorum facilè principem aut insipientiùs, aut petulantius potest adferri? Est ne hoc sanctissimo & omnium gentium linguis celebratissimo viro debitam laudem tribuere, & Christi verbis consonare? Sed prudens omisso disputationem, quæ hoc loco non adeò videtur necessaria, quomodo Ecclesiæ Catho-

Catholicæ minister cum Ioanne comparari, ac ei aliqua ex parte præponi rectè possit, si rem totam religiosius expendamus.

Nunc alteram causam aperiamus, quæ istos permouisse potuit, vt nullam Ioanni præstantiam nisi ratione officij concedant, neque Christi verbis concessam esse interpretentur. Saluum enim sibi constare cupiunt dogma, quò nihil habent charius, magisque tritum, de iustitia videlicet imputatiua, & cum ea coniungi nolunt iustitiam, quam in scholis vocant, inhærentem; ac infusam, quæ in piis habet non modò gradus & progressus quosdam, verum etiam exulta perfectionem atque excellentiam adfert singularem, præsertim cum plenitudo legis, & finis præcepti, & vinculum perfectionis charitas, in illorum cordibus eximie flagrat & regnat. Iustitiam verò imputatiuam, quam isti charitate destituti nunquam non fabricant, æqualem faciunt in credentibus omnibus, quibus Christi iustitia & meritum gratis per fidem applicetur, vt hinc non magis Ioannes, quàm sanctorum quilibet iustus, sanctus ac perfectus possit existimari. Proinde cum iustitiam renatis omnibus inhærentem adimant, quicquid tandem doceat Paulus de charitate in cordibus nostris per Spiritum sanctum diffusa nihil pro sua quidem causa commodius fingere potuere, quàm vt Christi de Ioanne præconium ad externum eius munus ac officium solummodò detorquerent, sanctitati autem personæ nec tantillum relinquerent. Quid autem hoc est aliud, quàm quod astute taciteq; negant, Ioannem verè magnum, in iustitia & sanctitate coram Deo apparuisse, alijsq; pijs priorum ætatum omnium præluxisse? quemadmodum è verbo Dei & Patribus demonstratum est. Reuera isti vel inuident, vel eripiunt suam Ioanni gloriam, quam Christi calculo meruit: tùm quicquid in illius vita præcellens existit, studio quodam obsecrant & opprimunt, vt agnosci nolint gratiæ & sanctitatis eius excellentiam, quam diuinitus acceptam, inde à matris vtero illæsam integramque seruaui, quam & nouis virtutum profectibus cumulationem indies illustrioremq; reddidit, quam demùm & incredibili diuinæ charitatis ardore tùm in vita, tùm in morte sancta eò usque perduxit, vt ne cogitatione quidem possimus assequi, ad quanta virtutis & perfectionis omnis fastigia vir ille semper innocens, & in via Domini immaculatus, diuinoque spiritu inde ab infantia plenus, tandem peruenit. Non explicant quidem Euangelista, sed prudentibus illud necessariò cogitandum relinquunt, nihil de Ioanne vulgare, sed si de vilo mortali alio, summa quæq; sentiri & iudicari oportere. Scribit Nilus de Ioanne, viro quodam eximia sanctitatis, qui Parui cognomen inuenit, cum in summa quiete mentis, in orandi studio, in diuinis colloquijs immotum perstitisse, neque ab hac tanta contentione quicquam remississe, tamen si dæmon in specie circumplexi draconis coram astaret, ac in illius faciem vomeret, corpusq; manderet. Narrat de alio etiam Ioanne, quem dæmones afflixerint grauiter & oppugnârunt, sed qui efficerenon potuerint, vt illum ab orationis diuinæq; contemplationis seruire maximo reuocarent. Quid igitur de Ioanne nostro æstimare par est, quem superioribus illis, ac anachoretis omnibus lögè præstitisse nemo sapiens vnquam negabit? Quos ille diuinos non sensit ardores? quæ subinde non spectauit lumina? quas infestantium dæmonum copias non superauit? quis vel crebriora, vel suauiora cum Deo vnquam miscuit colloquia? O quàm illius oratio pura, quàm tranquilla, sublimis, seria, ardens atque continua, Deoque & Angelis eius semper accepta? Ita sit propitius mihi Deus, ita me Ioannes amet, mihiq; faueat, vt ex immenso virtutum & donorum aceruo, quibus ille suum animum ornatissimum habuit, partem vel minimam ad huius animulæ meæ qualemcūq; tùm illustrationem, tùm sanctificationem assequi possim. Verè profecto dixit Bernardus: Lætatur Angeli, & vtriusque naturæ vniuersitas admiratur, hominem sic ingressum abyssum luminis, & intra interna diuinitatis absorptum, vt ipsam reuerberet aciem Angelicæ puritatis.] Fatetur & Chrysostomus, Angelicam viuendi perfectionem in Ioanis corpore fuisse seruata, qui gloriofior fuerit, quia homo, & propter virtutis meritum Angelus vocatus sit, quàm si nomine Angelus & natura fuisset, propterea quòd humana natura Angelicam superauerit sanctitatem, & quòd non habet natura, id per Dei gratiam obtinuerit. Adiungit & illud:

Subdole cauendi aduersarij, ne aliquid concedat iustitia inhærenti.

Iustitia imputatiua equalis omnibus creditur affingitur à Sæcularibus.

Ioannis gloria & excellentem sanctitatem à nonatoribus obsecrari. Ioannes in virtute & sanctitate profectus.

Ex aliorum sanctorum exemplis colligi, quia sanctitas Ioannis. Comparatio duorum sanctorum cum Ioanne, docet eximitus sanctitatem.

Ioannes excellens exercitatus in vita contemplatiua.

Ioannis magnitudo & sanctitas à Bernardo & Chrysostomo agnita.

,, que naturæ vniuersitas admiratur, hominem sic ingressum abyssum luminis, & intra interna diuinitatis absorptum, vt ipsam reuerberet aciem Angelicæ puritatis.] Fatetur & Chrysostomus, Angelicam viuendi perfectionem in Ioanis corpore fuisse seruata, qui gloriofior fuerit, quia homo, & propter virtutis meritum Angelus vocatus sit, quàm si nomine Angelus & natura fuisset, propterea quòd humana natura Angelicam superauerit sanctitatem, & quòd non habet natura, id per Dei gratiam obtinuerit. Adiungit & illud:

Rom. 15. i. Tim. 1. Coloss. 3.

Rom. 5.

Luc. 1.

Lib. de orna.

Serm. de excel. Io. b. p.

Homil. 17. oper. imperf. in Matth.

& illud: Quantum præ cæteris Prophetis Ioannes in tempore iuxta Christum, tanto iustitia præ illis proximior erat Christo.]

Quid verò isti de Ioanne præclare sentirent, qui in hoc crasso versentur errore, quem olim, vt patet, in Iouiniano damnauit, ac etiam nunc damnat Ecclesia? Negabat ille sanctos tùm in gratia, tùm in gloria inæquales esse, aliosque alijs illustriores & perfectiores reperiri. Quod falsum & pestilens dogma minore nunc negotio potest euertere, cum sit olim ab Hieronymo fortissimè dissectum atque dissipatum. Is inter multa, quæ citat è Scripturis exempla huc propriè spectantia, sic etiam de Ioanne ratiocinatur: Ipse quoq; Ioannes, quo maior non fuit inter natos mulierum, parentibus suis, melior non habet, & quod videtur habere, auferetur ab eo. Probat & post alios Theophylactus ex eo, quod Christus de semine in terram iacto per parabolam differit: facit enim hoc fructum, aliud quidem centesimum, aliud autem sexagesimum, aliud verò tricesimum. Variæ, inquit, virtutis species sunt, varij & qui proficiunt.] Probat rursus ex Lucæ parabola, quæ seruo pro suis meritis plures & pauciores ciuitates assignat. Atque huc pertinet, quod Cyprianus, Hieronymus, Augustinus, Theodorus Christi dictum de multis in patris regno mansionibus, & Pauli locum illustrem de differenti stellarum in cælo claritate sic explicant, vt diuersa credentium & merita, & præmia illic intelligantur, alios vtque alijs non solum in Ecclesia militante iustiores, sed in triumphante itidem beatiore esse cognoscamus. Et si verò liberè agat Deus, nullique gratiam debeat, & omnia quæ vult, cum omnibus & singulis pro nutu suo faciat, cui etiam resistere nemo possit, qui nec respiciat quenquam in his, quæ ad prædestinationem & iustificationem hominis pertinent, vt solum cui vult misereatur: tamen sic visum est summæ illius prouidentia, vt aliter atq; aliter agat cum mortalibus, & non solum fidei, sed & operum meritumque humanorum rationem habeat singularem. Non est ille quidem personarum acceptor ex Iudæorum æstimatione, qui Deum suæ tantum genti propitium esse fingebant, neque iuxta communem hominum consuetudinem, imò & prauitatem, qui sæpè malos bonis, & res deteriores potioribus iudicando præponunt. Sed in omni gente, vt Petrus dixit, qui timet Deum, & operatur iustitiam, acceptus est illi. Respexit igitur non ad impium Cain, sed ad iustum Abel eiusq; munerat. Atque hoc est quod Ambrosius dixit: Apud Deum nulla discretio personarum est, nisi morum & vitæ, vt homines vnus fidei meritis distinguantur, non personis.] Tùm alibi: Acceptor personarum Deus non est, sed meritum, atque virtutum.] Quin & Æpinus vt Lutheri fides Achatas, ita insensus hostis Ecclesiæ, hoc nobis largitur: Deus tùm personam, tùm opera priorum respicit, probat & acceptat; ideo persona Evangelicam promissionem & operibus siue iustitijs legis remuneratione pollicetur, & propter promissionem suam præmijs ornat tùm personam, tùm opera bona vniuersiusq; hominis p. Nec obscure quidem Scriptura commoustrat, alium alio gratiorem Deo, & iustiore atq; sanctiore esse putandum, vt quædam in illis dignitas inæqualis necessariò constituatur. Hinc Noë vir iustus atq; perfectus, qui cum Deo ambulauit, præ cæteris omnibus coram Domino gratiam inuenit, eiusque filij propter parentem iustiore, inundante omnesq; obruente diluuiio, liberantur, & à Deo benedicuntur. Loth iustus propter Abraham Deo chariorem & familiarior, à communi nefandarum urbium subuersione immunis ac liber euadit. Isaac propter singularem patris, Abrahæ nimirum, obedientiam, quæ summè laudata est, diuinam accipit benedictionem. Moyses Deum iratum sæpè alijs reconciliauit, meritis pœnas auertit, & immenso populo, qui summo se crimine obligauerat, peccanti gratiam amissam recuperauit. Demùm Paulo ducentas & septuaginta sex animas ita donauit Deus, vt ob illius gratiam præfenti naufragio eriperentur, & incolumes portum tenerent. Nunquid verò is cui donantur, & qui donantur, vnus meriti sunt,

Aug. haresi. 22. de Iouiniano. Lib. 2. aduersus Iouinianum.

Tract. 74. in Ioannem. Matth. 3. Cyprian. de disciplina et hab. Virg. Hieron. 12. 2. contra Iouinianum. In 13. cap. Matth. Luca 19. a b vbi supra. c In Euang. Ioan. tract. 67. & de sancta Virg. in cap. 26. d In 15. cap. prioris ad Corinth. Ioan. 24. 1. Cor. 15.

Act. 15. Genes. 4. Matth. 23. In cap. 3. ad Galat. Lib. 4. de virginibus. Comment. in Psal. 19.

Genes. 6. & 7.

Genes. 19.

Genes. 22. Genes. 26. Exod. 32. & seq. Numero 12. & 14. Act. 27.

Non aiores cum Iouiniano tollit meritum & præmiorum differentiam.

Sanctos alios alijs digniores & beatiores esse.

Deum non esse acceptor personarum, sed homines esse sanctos.

Iustus in hac vita nequales esse docent exempla Scripturæ.

Disparia in-
storia merita
& premia
cōstitui
neceffe est.

sunt, vt verbis Hieronymianis vtamur? Rectè igitur ac præclare Synodus Thelensis, Ambrosio etiam suffragante, inæqualia iustorum merita simul & præmia confirmauit, & in hunc modum definiuit: Agrestis vlulatus est, nullam virginittatis gratiam, nullum castitatis ordinem conseruare, promiscuè omnia velle confundere, diuersorum gradus abrogare meritorum; & paupertatem quandam cœlestium remunerationum inducere, quasi Christo vna sit palma, ac non plurimi abundant tituli præmiorum.]

Error Sarcerij
& Maioris, a-
qualia esse san-
ctorum præmia.

Quapropter aut certè non intelligit Sarcerius, aut apertè corrumpit Euange-
lium, vbi docet in hunc modum: *De inæqualitate pœnarum apertum Dei verbum habemus: de inæqualitate premiorum nullum verbum.* Tum alibi reicit omnes gradus præmiorum, negatq; inter sanctos esse prærogatiuam in regno cœlorum: & pro vana persuasione ducit, si putemus eos propter hoc vel illud Deo acceptiores ac proximiores esse. Eundem rueretur errorem, sed tamen vt loquatur paulò cautiùs, Georigus Maior ad hunc nempe modum: *Quod ad principale, & summum seu vltimum bonum & premium attinet, nihilo plus accipit Moyses, Esaias, Paulus, Baptista, & ceteri præstantissimi generis humani viri, quàm accipit Zachæus, mulier peccatrix, Lazarus & alij. Nihilo plus accipit Petrus & alij Apostoli deserentes suas facultates, quàm alij eas retinentes & sequentes Christum.* Et non multò superiùs: *Paulus & Petrus tulerunt pondus et æstum diei in vinea Domini colenda & propaganda annos circiter 35. aut 36. Baptista biennium, Iacobus frater Ioannis annos 12. & tamen eundem denarium accipiunt.*

Parabola vinea
Matth. 20. no-
uatores abu-
tentur.

Esti Sui & ca-
dem sunt vrum
beatitudo est,
tamen sicut hic
meritis, ita &
premiis in celo
illi sunt disfe-
rentes.

Quoniam verò hic locus non fert, vt contra istorum errores iusta disputatio institua-
tur, capita quædam huc præcipuè spectantia solum attingemus. Nituntur isti Euangeli-
cæ de vinea parabola fundamentò, quæ docet, vnum denarium omnibus operariis, qui & maturiùs & tardiùs in vineam conducti venerant, tandem redditum esse. Nos autem, vt omittamus, in eiusmodi parabolis multa inesse, quæ ad solidum fidei dogma consti-
tuendum, & ad iustam probationem vrgendam sint inefficacia, id quidem vltro fate-
mur, denarium vnum omnibus pendi, qui in vinea Christi ad finem vsq; non solum piè
credendo, sed etiam rectè operando persistunt: eumq; denarium aut Deum ipsum esse
mercedem iustorum omnium, aut vitam æternam, quæ cunctis beandis sine fine cōtin-
get, vt hic vnus denarius omnibus & singulis attribui videatur, nimirum si obiecti vnitas
& æternitatis duratio, vt in scholis vocant, consideretur. Neq; tamen idcirco negandū
est, quod Scriptura disertè testatur, & Augustinus frequenter inculcat, vt in hac quidem
vita diuersa sunt hominum merita, sicut & Maior concedit, sic post hanc vitam præ-
mia quoq; non æqualia omnibus tribui, sed propriam meritorum cuiusque rationem
haberi, vt nimirum in eadem vita electi alij aliis magis minusque fulgeant, & differen-
tes prorsus in regno patris habeant claritates, præmiaq; diuersa consequantur. Alio
modo inquit Augustinus, ibi erit castitas cōiugalis, alio modo integritas virginalis: alio
modo ibi erit fructus boni operis, alio modo corona passionis.] Quo sensu etiam à
Paulo dictum est: beatiorum fore viduam, si sic permanserit, in sancto scilicet cœlibatu.

Aliter con-
gualis aliter
virginalis & vir-
ginalis casti-
tatis corona-
tur.

Crassus & gra-
uis error Sarce-
rij & Maioris
de iustorum præ-
miis.

Tum in Apocalypsi & Esaiâ virginibus ac cunuchis Euangelicis propria & excellentia
quædam præmia decernuntur, quemadmodum ^a Basilius, ^b Ambrosius, ^c Hieronymus,
^d Augustinus & ^e Iunilius intellexerunt. His qui regni cœlorum hereditatem consequi
merebantur, pro vnus cuiusq; vitæ & animi dignitate, & gloria corporis & dignitas da-
tur, vt ^f Origenes perspicuè dixit. Si verò non æquè iustorum rectè factis præmia, sicut ini-
quorum criminibus supplicia definita essent, quomodo iustus ille Deus, qui neq; bonū
irremuneratum, neq; malum impunitum vllum esse sinit, hanc iudicij sui legem statuisset,
vt in futura vita, si ^g Paulo credimus, vnusquisq; recipiat, putasset in corporis suo,
siue bonum, siue malum? Nō est iniustus Deus, inquit ^h Hieronymus, vt dispar meritum
æquali mercede compenset. Proinde non video, qui possit vel singularis imperitiæ, vel
horrendæ impietatis nota vacare, quod sentit Sarcerius, Deum, cuius summa & æterna
est bonitas, ad improbos plectendos, quàm ad iustos coronandos paratiorem esse.
Nec modò cum ratione, sed cum Scriptura ipsa pugnat, quod à Maiore prorsus insulse
dicitur, in cœlesti vita non melius habiturum esse Paulum, quàm reliquos infimi ordi-
nis Christianos & electos: quando ille doctor gentium in fide & veritate perfectus,
summaque semper charitate flagrans, plus omnibus etiam Apostolis in vinea Domini
labora-

Ambrosio in
epistola ad
Syrerum
Papam.

In 12. cap.
Luca.

In Ps. 118.
Dominica
Septuages.

Hom. in do-
minicam
Septuages.

De Verbo
Dominice
46. in Ioan-
nem tract.
67.

De sanctis
Virg. cap.
26. & 27.

De Verbo
Domini,
serm. 59.

1. Cor. 7.

Apocal. 14.

Esaiâ 56.

a Lib. de
Virg.

b In exhor-
tatione ad Virg.
c In cap. 16.

Esaiâ & de
laude Vir-
ginitatis.

d De sanctis
Virg. cap.
24. & 27.

e In cōmēt.
super Ge-
nosin.

f Lib. 2. pe-
nitentiæ.

g 2. Cor. 5.

h Lib. con-
tra Iouinianum.

1. Tim. 2.

1. Corint. 15.
2. Timot. 4.
1. Corint. 3.

laborauit, suæque vocationis cursum felicissimè consummauit, ac de omnibus illud
affirmauit fore, vt vnusquisque mercedem secundum suum laborem propriam con-
sequatur.

Matth. 19.
Matth. 20.

Sed & ille crassus profectò, alibi que nobis confutandus Maioris error est, quem
tamen cum Centuriatoribus communem habet, quom tradit, non meliorem esse, aut
in cœlo fore pauperum quàm diuitum conditionem. Etenim arbitrantur isti, ad san-
ctam Euangelicamque paupertatem illud sufficere, si quis animo & voluntate mundi
bonis se abdicet, aut moderatè illis vtatur. Si autem hoc est Apostolorum, qui cum
Petro reliquerunt omnia propter Christum, & Ecclesiæ primitiæ, in qua credentes
in comune omnia possidebant, instituto satisfacere, quorsum tot piorum milia spon-
taneam paupertatem amplecti, Christi que gratia non modò spiritu, sed & re ipsa vir-
tutem illam profiteri & colere summo studio curauerunt? Sed libet istis non solum
Euangelicam promissionem veræ paupertati factam eludere, verum etiam Christi o-
rationem seriam, & constantem Patrum interpretationem nequiter deprauare. Ita-
que nullam apud istos impetrant gratiam, quin & crebrò reprehenduntur, quos Chri-
stus peculiari laude sua ac æterna, propriaque mercede dignos iudicauit. Defendun-
tur interim ac excusantur diuites, & licet suis bonis suauiter incubent, tamen si Super-
ris placet, Euangelicis veræ pauperibus exæquantur. At longè aliter docet Christus,
qui non modò pauperes tantoperè commendauit, sed eodem etiam in loco diuites
perquam dure tractauit, iisdem est seuerè admodum interminatus, ac salutem eorum
ob annexa opibus vitia simulque pericula non parùm dubiam fecit. Demùm offen-
duntur piorum aures & mentes, cum legunt vel audiunt tam iniquam comparationem,
vt Ioannes Baptista longè sanctissimus cum publicanorum principe Zachæo; vt Paulus
Apostolus vas illud electionis incomparabile cum Lazaro mendico; vt Moyses &
Elias præstantissimi Deoq; charissimi Prophetæ, cum illa, que in ciuitate nota fuit vul-
go peccatrix, quòd ad cœlestem remunerationem attinet, tam infcitè crasseq; con-
ferantur. Cæterum huius loci non est, præsentem errorem pluribus refellere, quem
nouatores à magistro suo Luthero traditum acceperunt, quemque ex impuro fonte
iustitiæ imputatiæ depromptum, ad meritum iustorum omne tollendum retinent
mordicis: illudque defendi non posse dicimus, quod passim isti sine Dei verbo effu-
tiunt, inter præmia beatorum nullum esse discrimen, atq; vt ipsorum antiquus quoq;
magister Iouinianus ^a docuit, in futuro seculo nullam prorsus meritorum fore diffe-
rentiam. Certè quod ad parabolam dictam, ex qua isti ratiocinantur, attinet, faterur
quoque Calvinus, hoc loco Christum non differere vel de cœlestis gloriæ æqualitate,
vel de futuro piorum statu, sed hoc tantum pronuntiare, cur credentes gloriantur,
vel aliis insultent, qui tempore sunt priores: inepta verò illius est curiositas, qui exactè
singulas huius parabola partes discutere velit: Sed & Melächthon docet, præsentem
de vinea similitudinem, qua isti prorsus abutuntur, non posse sic intelligi, vt denarius
significet vitam æternam. Viderit autem ille, quàm prudenter hoc dicat, cum veterū
quidem, vt ^a Origenis ^b Augustini, ^c Prosperi, ^d Gregorij sit sententia, per denarium
vitam æternam esse accipiendam. Postremò pugnat cum istis dictus Æpinus, & licet
alios istorum errores strenuè tueatur, tamen palàm confirmat, præmia quæ promittit
& assignat Deus electis, partim essentialia, partim accidentalialia esse: & sanctos qui-
dem secundum essentialia præmia omnes in celo æquè beatos, secundum accidentia-
lia verò beatitudinis præmia, ex parte tum corporis, tum animæ inæquales esse. Inter
cætera verò ita scribit: *Accidentale premium est, peculiaris & inæqualis retributio, quam
vnusquisq; piorum accipit iuxta suum laborem, sua opera & certamina.* Ac demùm postquam
Scripturæ loca citauit: *His, inquit, & multis aliis Scripturæ testimoniis euidenter probatur,
Deum compensare omnia benefacta, & punire omnia malefacta, nihilq; manere aut irremunera-
tum, aut impunitum.*

Luca 19.
Matth. 9.
Luca 16.

Luca 7.

a Hiero. lib.
2. contra Iou-
in. Augu-
stini. ser. 82.
Matth. 20.
in harmo-
nia Euang.

a Tract. 10.
in Matth.
b De sanctis
Virg. ca. 26.
c De voca-
tione gent.
lib. 1. cap. 5.
d Homil. in
dominicam
septuages.
in explanat.
Esaiâ.

Maior nihil in-
teresse sibi inter
diuites & pau-
peres Christianæ
Semences.

Christus melio-
rem facit causâ
pauperum quàm
diuitum.

Iniquè compa-
ratur Ioannes
& Apostoli cum
sanctis inferio-
ris ordinis.

Parabolam E-
uangelicam non
fauere nouato-
rum errori.

Præmia beatorū
essentialia & ac-
cidentalialia con-
firmat Æpinus.

Ioannem etiam
inter cœlestes glo-
riam & beati-
tudinem singu-
larem obtinere.

mium à Deo deferri? Scilicet in terris duntaxat ille magnus coram Domino, & Propheta, & plusquam Propheta dici merebatur: inanes verò erant tituli, & solum apud homines valebant, quibus ille præ cæteris tot Sanctorum myriadibus, iure suo insignitur, ut nimirum dicatur, simulq; reuera sit idem Propheta, virgo, anachoreta, doctor, martyr, & siquam aliam prærogatiuam vel Elias, vel Propheta, vel angelus terrestris vnamquam potuit obtinere. Cùm idem in huius vitæ ergastulo versaretur, vel Christi testimonio lucerna erat ardens & lucens, qui suæ tùm vitæ, tùm doctrinæ splendorem in omnes etiam seculas mundi ætates longè lateq; diffudit. Quantoperè verò nunc cum ipsum, si rectè cogitemus, inter cœli lumina splendere necesse est, qui primarium inter illos tenuit locum, de quib. tam luculenter scriptum est, Qui docti fuerint, fulgebunt quasi splendor firmamenti: & qui ad iustitiam erudiunt multos, quasi stellæ in perpetuas æternitates. Præcipuam sanè coronam in Scripturis habet virginitas & castitas, cuius gratiâ lucebit ut angelus, quemadmodum disertè testatur a Cyrillus Hierosolymitanus. Ac Ioannem nostrum mansisse virginem ut est indubitatum, ita veteres constanter affirmant, sicut b Ignatius, c Epiphanius, d Ambrosius, e Cyrillus quem diximus, f Chrysologus, g Cassianus. Cur igitur vir ille castissimus, in omni vitæ ratione mundissimus, cœloq; ipso clarior (sic enim Chryostomus h loquitur) sese vnâ cum saceris purisque virginibus comitem non præbeat? Agno immaculato? An non & ipse sponso dulciter canat, qui sponsi tam fidus quam charus & singularis semper amicus extitit? Iam verò inter Christi Confessores, ut vocamus, Ecclesiæque Doctores quis Ioanni palmam præcipuit? quando is primum & constanter apud Iudæos horumque principes veri Messia nomen, aduentum, dignitatem & gloriam professus est, ac Evangelio Christi testimonium luculentissimum edidit. Quid autem de Christo dicemus, qui se vicissim Ioanni gratum ostendit, multoque magis coram Deo & angelis eius, adeoque coram tota Ecclesia euidenter ostendet? Beatos ego dixerim oculos, quibus coningeret beatum illum Ioannem ineffabili gloria, & plusquam triumphali honore coronatum coram intueri. O quantus fulgor, quæ maiestas, quam illustre decus illius redimmi corporis olim apparebit, quod spontaneus abstinentiæ continentiaque sancti iugor afflixit, quod nulla carnis voluptas, vel mundi vanitas vquam contaminatum, quod virtutis & sanctitatis omnis seuera disciplina semper exercuit, quod in eterna mansione Christi & communi hominum utilitati totum se addidit ac tradidit, quod de se ipse pro iustitia ad mortem illam cruentam, sed simul innocentem ac preciosam seque certauit. Hinc illæ Bernardi voces, quas ego non solum admittendas, sed etiam valdè probandas censeo: Considera, inquit, mansiones regni, & vniuersum ordinem humanæ generationis circumuola, solumque Ioannem tam veteris, quam noui testamenti patribus videbis esse præpositum vel æquatam. Et rursum: Leuentur omnes viri mentorum, & prærogatiuis ante consistorium maiestatis exultent; non erit tamen, qui ad beati Ioannis Baptiste prærogatiuum audeat aspirare. Atque hæc suprâdictam Domini sententiam refert, in qua subinferri dicit, quod terram excedat, transeat cœlum, & ipsum verticem angelicæ dignitatis attingat. Inter natos mulierum, dicit Dominus, non surrexit maior Ioanne Baptista. Quid vis amplius? de nullo dici potuit, dicit Augustinus, quod dictum est de Ioanne. Ac deinde cum eundem sanctissimis Apostolis non contulisset modò, sed & prætulisset: Ioannes, inquit, vbique maior, in omnibus singularis, mirabilis super omnes, qui sic nouem ordinibus angelorum infertus est, ut etiam ad Seraphin apicem transferatur. Est in ea opinione Honorius, triplicem perfectionem in hac vita, ac præterea triplicem in cœlo coronam Ioanni rectè tribui. Seruauit enim virginitatem integrè, mundum planè contempsit, & pro veritate sanguinem vitamque profudit. His perfectionibus, inquit, quia insignitur sanctus Ioannes, ideo tribus coronis à Deo redimitur. Pro virginitate fertor, liliis ac rosis æternum odorem spirantibus decoratur, quia hic sicut liliū germinans castitate ornabatur. Pro mundi contemptu, purpureo diademate coronatur, quia hic virtutibus vernans mundo & vicis moriebatur. Pro martyrio corona auro gemmisque radiante laureatur, quia regem gloriæ sequens, regis incesti gratiam aspernabatur. At

Ingens dignitas virginum & doctorum.

Ioannis gloria præcellit erit in ex parte post resurrectionem.

Ioannis triplex in hac vita perfectio, & triplex in cœlo corona.

Ioan. 5.

Daniel. 12.

a In Catech. 15. b Eps. ad Philad. c Hieres. d Serm. 65. e Catech. 17. f Serm. 174. g De spiritu form. ca. 4. h Rom. 15. m Matth. i Apocal. 14. k Ioan. 3.

Serm. de eccell. Ioannis Baptista.

Matth. 3.

Serm. de iust. Ioan. Bapt.

Serm. de excell. Ioannis Baptista.

Matth. 3.

Ioan. 1. & 3. Matth. & Luc. 3.

At ignoscat mihi quæso lector, quod in hac tanti viri gloria celebranda sim diutius fortè versatus, cum aduersarij quidem illam Ioannis magnitudinem atq; præstantiam, quam nullus queat satis commendare, ad eò non agnoscant, ut illum etiam nescio quibus hominibus, non solum in terris, sed in cœlis etiam exæquare, debitisq; illum præmiis prorsus defraudare conentur.

At quæ hætenus quidem demonstratum est, duo cum primis in Ioanne consideranda esse, vitam scilicet eiusque sanctitatem & doctrinam, cum toto eiusdem ministerio: utrobique autem Ioanni laudem illam eximiam competere, ut inter omnes mulierum filios nullus eo maior dici possit & existimari; demùm ad Christi mentem Ioannisq; iustam venerationem eos propius accedere, qui magnitudinem præstantiamq; viri, non tam officij quam sanctitatis ratione metiuntur, ut magnitudo illa scilicet, neque solum, neque maximè ad docendi munus referatur. Quicquid autem prærogatiuæ vel sanctitatis diuinitus Ioannes accepit, id longè maius & sublimius perfectiusque esse dicimus, quam ut humano possit ingenio comprehendi. Quicquid autem accepit, totum sine vlla dubitatione huc ille contulit, ut optimi præcursoris, maximiq; Prophetæ officio, maiore tùm fide, tùm dignitate ad summi Dei gloriam Christi; domini confessionem perfungeretur.

Epilogus prædicationis præcedentis, de magnitudine Ioannis.

CAPVT VNDECIMVM.

Omnis arbor qua non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur. Matth. 3.
Facite fructus dignos penitentia. Luc. 3. Matth. 3.

MAGDEBURGENSES.

Ioannes de necessitate bonorum operum docuit, quod omnis arbor non faciens fructum, debeat excindi, & in ignem conici: opera autem tantum moralia proposuit. Lib. 1. cap. 10. col. 360. Et cap. 4. col. 125. Baptista suos auditores de operibus interrogans, Luc. 3. de decalogi operibus admonet: nempe ut sint erga alios benefici, qui suis suæ vocationis opera expediat, nemini iniuria inferatur, quilibet suo stipendio sit contentus. Tùm iterum, lib. 1. cap. 4. col. 84. Ioannes querentibus, quid debeant facere, respondet, ut sint benefici erga egenos, ut quisque in sua vocatione honestatem & statum sequatur. Quæ opera certè ex decalogo eis præscribuntur.

CENSURA.

RÆCURSOR DOMINI IOANNES, ELECTVM PLANÈ ORGANVM Dei, ut muneri suo responderet, ac apud Iudæos viam Christo pararet, tùm in baptizando, tùm in docendo, paucis quidem annis, biennium quippe inuisse putant (sed summa cum fide versatus est. Et rectè quidem hoc apprehendit Bernardus, nouum & insigne aliquid in Ioannis prædicatione contineri, qui verbum penitentia dulcè & gloriosum cum verbo regni cœlorum lato & adorando primùm coniunxerit. Hoc namque ille magnus Elias fecit suæ prædicationis initium: Penitentiam agite: appropinquabit enim regnum cœlorum. Ioannis igitur prædicationem ait esse vocem exultationis, vocem lætitiæ, verbum misericordiæ, sermonem gloriæ, largitatem gratiæ. Verbum, quod celauerat Deus, tacuerat angelus, latuerat Patriarchis, Prophetæ nescierant. Ioannes enim natus ostendit medicamentum vulneri, peccato penitentiam, iniquitati veniam. Qui suum docendi munus, si diligenter aduertat, ita instituit, ut illud ad tria præcipuè capita, fidem, penitentiam & opera bona retulisse videatur. Nimirum quò fidem doceat, studiosè abducit à se homines omnes, & proponit illis, in quem credant, quem amplectantur & obseruent vnice, Christum videlicet agnum Dei, qui tollit peccata mundi, & sponsum qui defursum

Ioannis prædicationis singularis & magnæ ponderis.

Ioannis doctrina tribus seculis capitis comprebens.

veniens, super omnes est, eundemq; iudicem, qui habet ventilabrum, ac permundabit aream suam. Ad poenitentia porro doctrinam pertinet, quod iram Dei & ignem gehennae peccatoribus denunciat, quod animorum ad Deum integram conversionem (ipse poenitentiam vocat) ab omnibus postulat indiscriminatim, quod non solum ad odium sui, sed etiam ad confessionem peccatorum poenitentes adducit, quod praeter ea fructus dignos cum poenitentia coniungendos esse docet. De operibus vero tum in genere monet credentes, tum in specie tractat, ubi publicanos & milites instruit. Nec dubium, quin eadem ratioe sedulitateq; cum pluribus egerit, ut pro ratione fidei doctoris omnia fieret omnibus, & quemlibet hominum ordinem de operibus suae vocationi congruentibus informaret, & ad Christi gratiam consequendam magno ardentiq; studio praepararet.

Hic TAM nobis offert se locus tractandi de operibus, quae in suo ministerio vel precepit Ioannes, vel comendavit, postea doctrinam eius de poenitentia exutiemus. Et recte fatentur Centuriatores, de bonorum operum necessitate docuisse Ioannem: nec de illo quisquam dubitare potest, qui vel solam expendit hanc eius grauiissimam, vereq; metuendam sententiam, quam & Christus postea sibi repetendam putauit: OMNIS arbor quae non facit fructum bonum, excidetur & ignem mittetur. An quicquam excisione illa formidabilius, quae hominem ociosum & inertum eo redigit, ut à Dei gratia excidat? Sanctorum chorum & societatem amittat? atq; à caelestis regni gloria in perpetuum separetur? Quid autem illo gehennae igne acerbius, quid intolerabilius, qui semper carens, consumitur nunquam, ac omnia suppliciorum genera, quae vnquam pertulere mortales, in immensum excedit? O infelicem arborem, securi acutissima iam iam excidendam, & in ignem illum inextinguibilem coniciendam. Hinc eos timere monet Chryostomus, qui mores suos non mature ac diligenter instituunt. Augustinus vero habet in hunc modum: Ideo quantum possumus, fructus iustitiae studemus adferre, timentes illud quod Dominus dixit: Omnis arbor &c. Haec enim sententia euidenter ostendit, quia non solum malum fecisse, sed etiam bonum non egisse damnabile erit. Et idem alibi: Non dixit, quae facit fructum malum, sed quae non facit fructum bonum. Hinc ergo possumus euidenter agnoscere, quas poenasa arbor spinosa in die iudicii patietur, quando illa quae fructum non dedit, excidetur & in ignem mittetur. Tum rursus ad hoc ipsum dictum alludens: Sicut, inquit, magnam arborem virere, & fructum non reddere, nihil prodest: sic nihil prodest Christianum dici, & Christiani opera non habere. In quem sententiam scripsit etiam Victorinus: Non est satis arborem vigere, & fructum non habere: sic nec satis est Christianum dici, & Christum confiteri, & ipsum in opere non habere, id est, eius praeccepta non seruare. Nec ablutit Eusebius Emisenus: Horrendum est, ait incidere in manus Dei viuentis. Omnis arbor quae non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur. Vides, quomodo non solum malum fecisse, sed etiam bonum non peregrisse damnabile est? Vt enim idem alibi praclare admonet: Secundum veritatem caelestium promissorum dat quidem Deus in hac vita sine dubio remissionem peccatorum per Baptisimum & fidem Catholicae Ecclesiae: sed opus est, ut quod tribuit gratia, custodiat diligentia: & quod sine labore acquiritur, cum labore seruetur.]

Sed enim plenior doctisque gravior foret praesensistorum confessio, si non solum operum necessitatem ex Ioannis concionibus confirmarent, sed eam quoque necessitatem ad salutem credentium pertinere, sicut orthodoxi praedicant, fatentur. Id vero alibi prorsus negant, hoc metu scilicet impediti, ne si tale quid cum Ecclesia profiteantur, legem & Euangelium confundant, & doctrinam corrumpant Euangelij propriam, quae est eiusmodi, inquiunt, ut gratis homines sola fide iustificentur. Igitur ad hoc edificandum & retinendum idolum, quaecunque opera bona dicuntur, ea facienda quidem, sed ad salutem tamen hominis non necessaria esse decernunt. Quid? quod Vigandus docet, si bona opera doceantur ad salutem necessaria, Euangelij doctrinam corrumpiatq; vitari. Quanquam Lubecenses ministri adhuc audacius vociferantur: Qui docent seruanda mandata, Christum negant, & fidem abolent. Quod si verum est, cur non Christo Domino eiusq; Apostolis litent intendunt? quando illi praeter fidem, obedientiam etiam credentibus

Operum bonorum necessitas à Ioanne praedicatur. Quanta sit vis sententiae. Omnis arbor &c.

Non satis est à malo declinare, nisi bonum quoque faciat, si bene sit.

Opera bona necessaria, sed non ad salutem dicuntur monitores.

Cent. 1. li. 1. col. 360.

Matt. 3. 10.

a Homel. 14 in Math. b Homel. 16 li. 50. homel.

Serm. 38. de Sander.

In Apoc. hom. 2.

In Apoc. byssin.

Homil. 3. de Epiph.

Hom. in int. 110. Quadragesima.

Cent. 1. lib. 1. c. 4. col. 318. 94. & 124.

In 1. parte corp. doctr. 714.

Luc. 6. & 11. Rom. 2. Iacob. 2.

1. Cor. 3. Heb. 5. Ad Illyricum & Galliam.

In disputat. de castitate obediens. 116. & in disputat. anni 1559. de quibusdam propositis.

Galat. 5.

Heb. 9.

Ioan. 15.

Matth. 5. 1. Cor. 3. 2. Cor. 5. Luc. 14.

Matth. 20. Ephes. 2. Tit. 2.

Ephes. 6. Galat. 6. a Ioan. 3. b Eccle. 1. c Luc. 13. d Matt. 5. e Heb. 10. f Heb. 12. g Matt. 19. h 1. Ioan. 3. i Ioan. 13. k 2. Tim. 4. l Matth. 24. m Cor. 13. Iacob. 2.

Apoc. 2. 3. 7. 14. & 21.

Psalm. 82. Esa. 33. Iac. 4.

856. In Euangel. Ioan. trac. 3. & contra Faustum li. 15. ca. 4.

tibus omnibus necessariam praedicant, ac fidem sine charitate, sine operibus, sine mandatorum obseruatione mortuam & inanem esse declarant. Quantum vero sibi sumunt ministri Luneburgenses? tantum sane, ut pronuncient, si admittatur haec propositio: Bona opera sunt necessaria ad salutem; non fore Christum solum mediatorem, sed & opera simul. Quis autem siue Philosophus, siue Theologus ita vnquam ante Lutherum est ratiocinatus? Haeret in illorum animis axioma Melanchthonis, qui suos discipulos docuit, opera bona tamen homini sint vtilia, quae multa etiam praemia spiritualia & corporalia in hac & sequenti vita mereantur, tamen ad salutem non esse necessaria. Quam sunt isti timidi & praeposterè scrupulosi, qui tam multa de fide falsa & perniciose fidentissime docent: de bonis autem credentium operibus vera & necessaria minimè docent, quod metuunt, ne piorum benefactis, in quibus Christi beneficium & Spiritus sancti virtus vel maximè cernitur, nimium tribuere videantur. Nos enim opera verè bona, Deoq; grata, & homini salutaria, siue, ut in scholis dicunt, meritoria nulla esse censemus, nisi quae Christus in credentium cordibus habitans facit, quaeque Spiritus ipse sanctus ex radice charitatis producit, ut quae pij rectè operantur, non modò fructus bonae arboris, sicut Ioannes appellat, sed fructus etiam diuini spiritus ex Pauli doctrina merito censentur. Igitur ex quo spiritu Christus est operatus, cum per Spiritum sanctum semetipsum obtulit Deo hostiam immaculatam, ex eodem membra eius viua sanctas actiones suscipiunt, susceperasq; perficiunt, ut quae in Christo & per Christum faciunt bene (sinc illo enim nihil faciunt meritorie) sic Deo placeant, ut ille vitam eis laborantibus rependat aeternam, & vniciq; secundum suum laborem mercedem iustam percipiat in retributione iustorum. Sed enim cur isti a deo in ceteris audaces, hic tanto perè trepidant, ut ea opera necessaria dicere vereantur, sine quibus ad salutis aeternae portum non pertingunt, quibus & tempus & locus superpetit in Christi vinca operandi, praesertim cum id circò noua in Christo creatura fiant, ut abnegantes impicta tem & secularia desideria, sobriè, iuste pieq; viuant, & in bonis operibus non deficientes ambulent. An necessarium opus non est Baptismi, sine quo credens in regnum Dei non introibit? opus timoris, sine quo nemo potest iustificari: opus poenitentiae, sine quo etiam baptizatis & relapsis est percundum: opus misericordiae, sine quo misericordiam nemo consequetur: opus patientiae, sine quo reportare non datur promissionem: opus pacis & sanctimoniae, sine quo nemo videbit Deum: opus obedientiae, sine quo ad vitam aeternam non patet ingressus: opus charitatis, quo destitutus manet in morte, neq; Christi discipulus potest agnoscere: opus iustitiae, sine quo iustus ille iudex coronam iustitiae nulli reddet: opus demum perseuerantiae, sine quo salui esse non possunt electi. Ac nihilo secius ut isti sese Paulo & Iacobo eximiiis Apostolis prudentiores faciant, tam agrè concedunt, quin & aperte inficiantur, fidem à charitate & operibus posse disungi, & sine illis inesse quidem, sed non prodesse his, qui cum Ecclesia Deum & alia creditu necessaria integrè confitentur. At qui vel sola Ioannis Apocalypsis illos docere poterat, quum caetera omnia nobis morte tollantur ac preant, bona quidem opera credentes etiam à morte comitari, ad aeterni iudicis penetrare tribunal, singula benefacta exactè discuti atq; ponderari, quae autem plena inueniuntur ac pura, ea immensis aeternisq; praemiis affici.

CAETERUM errant in eo plurimum nouatores, quod praeter omnium veterum morem de vocabulis Euangelij & Legis ita imperitè philosophentur: deinde quod ex Euangelio faciant nudam gratiae ac aeternae vitae promissionem, ac Christum etiam negent esse, sicut dicitur, legislatorem: praeter ea quod tradita in nouo testamento praeccepta ad legem veterem tantum pertinere contendunt, ac demum quod diffiteantur, renatos cum aguntur Spiritu, legi obtemperare, eiq; per Christi Spiritum satisfacere posse. Haec alij sacris è literis solide confutantur: pleraque post Augustinum damnauit etiam Synodus Tridentina, nos ea commodius alibi prosequemur. Nunc satis erit contra istos coryphaeum illum Theologorum Augustinum citasse, qui luculenter docet, inter vetus & nouum testamentum ita discernendum esse, ut diuersa Sacramenta & promissa quidem statuuntur, sed eadem pleraque praeccepta utrobique retineantur: & morum quidem praeccepta Christianis magis, quam Iudaeis & data & obseruanda esse,

Quomodo Apocal. docet de operibus bonis.

Cui nouatores circa doctrinam bonorum operum errant maxime.

caque per adiuuantem Christi gratiam à credentibus impleri ac perfici. Quod si quisquam alius, certè idem Augustinus, verum legis & Euangelij discrimen agnouit, & de illo peritissime scripsit. Quare paucas ex illo sententias huc in primis pertinentes, & legem ab Euangelio, seu Euangelij gratia discernentes ascribam. Dicimus, inquit, lege fieri, vt Deus, quid fieri velit, audiatur: gratia verò fieri, vt legi obediatur. Non enim auditores legis, ait Apostolus, iusti sunt apud Deum: sed factores legis iustificabuntur. Lex ergo auditores iustitia facit, gratia factores. Ac iterum alibi: Lex adducit ad fidem, fides impetrat Spiritum largiorem, diffundit Spiritus charitatem, implet charitas legem. Sed & alio in loco: Ipse qui legem venit implere, dilectionem donauit per Spiritum sanctum, vt quod antea timor implere non poterat, charitas postea impleret. Inde est & illud eiusdem Apostoli: Plenitudo autem legis charitas. Et illud: Finis autem præcepti est charitas de corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta. Atq; huc pertinet totus Augustini liber, qui de fide & operibus ita scriptus videtur, capite præsertim 14. & 15. vt contra Sectarios huius temporis, quibus nimium & Paulus de fide placet, & Iacobus de operibus displicet, vix quicquam fortius aptiusq; possit opponi.

Qua in re Augustino planè consonat Theodoretus, cum inter alia sic loquitur: Gratia hoc habet supra legem, quod hæc quidem docuit id, quod fieri aut non fieri oportet: illa autem habet etiam Spiritus adiuuantem gratiam. Nec dissentit Theodulus, in hunc modum docens: Non eadem in nouo testamento mandata, quæ veteribus legis tempore iniungebantur: verum communia noua præcepta sapientiamq; maiorem complexa Christus nobis dedit. Perinde ac dicat, vt inferuimus à Spiritu profectis mandatis. Nam veteribus iniunctum erat non occidere, nobis ne irasci quidem: illis porrò non mœchari, nobis autem ne visum quidem curiosos esse præceptum. Non enim lex porrò, sed Spiritus nobis imperat. Eandem sententiam vt vetus, ita insignis Christi Martyr Irenæus confirmat, qui inter Iudæos & Christianos ita discernit: Naturalia, inquit, omnia præcepta (quemadmodum decalogi, legisq; moralis) cõmunia sunt nobis & illis. In illis quidem initium & ortum habuerunt, in nobis autem augmentum & adimpletionem perceperunt. Consentit cum his Eusebius Cæsariensis. Quas Patrum sententias idcirco recitamus, vt perspicuè intelligatur, Euangelium à lege differre non solum gratuita promissione, sed etiam præceptorum sublimitate, & donorum spiritualium abundantia, quibus donati Christiani maiorem quam olim Iudæi, tum obediẽtiã, tum iustitiam præstare possint ac debeant. Hic enim locum habent præclara & veteres illæ promissiones, quæ ad Euangelium proprie spectant: Dabo legem meam in visceribus eorum, & in corde eorum scribam eam: & ero eis in Deum, & ipsi erunt mihi in populum. Tum alibi: Dabo vobis cornouum, & Spiritum nouum ponam in medio vestri; & faciam vt in præceptis meis ambuletis, & iudicia mea custodiatis & operemini. Quocirca illi Euangelium non intelligunt, & vehementer etiam obscurant, qui Euangelium, legem, & Christum legis latorem dici non sustinent, qui præterea operum legis, vt Paulus de iis loquitur, rationem in Christianis eandem, quam in Iudæis, statuunt, nec distinguunt inter opera, quæ præcedunt, & quæ sequuntur iustificationem, ac demum qui legem renatis impossibilem fingunt, vt in illis iustificatio legis non possit impleri.

Est aliud etiam à Centuriatoribus obseruatum in Ioanne, qui opera moralia proposuerit, cuius generis exempla quadã semel & iterum ex eius concionibus repetere voluerunt. Atq; hoc quidem vt est extra controuersiam omnem, sic illud in huius tanti Prophetæ laudem dici meretur, quod præcipuam diuinæ legis partem, quæ moralis dicitur, & præceptis decalogi continetur, non minùs diligenter quam reliqui Prophetæ omnes, exposuerit, vserit, confirmãrit. Ex qua lege porrò pendent opera, quæ moralia dici solent, & quibus Christus non minùs Christianos, quam Iudæos exerceri vult, non secus quam si cuique credentium diceret: Si vis ad vitam ingredi, serua mandata. Verum illud Ioanni affingunt Centuriatores, cum opera duntaxat moralia proposuisse: quod is, si coram adesset, credo non agnosceret, quod quæ nullum veterum de illo scripsisse, sed nouum prorsus esse commentum apparet. Cuius cõmenti hæc adferri causa potest, quod isti tacitè conentur, tanti viri auctoritate nouum dogma suum stabilire, aliamini-

Legis & Euangelij differentia secundum Augustinum.

Quid gratis vel Euangelij supra legem habeat. Lex & Euangelij in mandatis differunt, quia in auctoritate euangelij est perfectio.

Promissiones diuinae in euangelio facta.

Ioannes moralia excipit opera diligenter, sed non solum illis.

Contra dicitur epistolam Pelagii lib. 3. ca. 2. Rom. 2. Epistolam ad Ananiam in expostione quarundam propositio. Epistolam ad Romanos prop. 15. Rom. 13. 1. Tim. 2.

In 1. c. ad Rom.

In 7. c. ad Rom.

Matth. 23.

Li. 4. aduersus hereticos.

Li. 5. Eusebii de demonstr.

Hier. 31. Exech. 36.

Rom. 7. Gal. 3. Rom. 4.

Matth. 23.

nimirum non esse opera bona vel censenda, vel facienda, nisi quæ certò & expresso Dei verbo & præcepto mandantur, vel decalogo continentur. Si quid enim secus fiat, quilibet pietatis speciem præ se ferat, id volunt tantum non peruersum, superfluum atque impium videri, non autem Deo placere, hominibus prodesse. Ac de operibus omnibus, quæ sine iussu & mandato Dei vel suscipiuntur, vel peraguntur, verè dici contendunt, semperq; in ore habent illud: Frustra me colunt doctrinis & mandatis hominum.

Hic respondemus, postremum Christi dictum ad Phariseos inuisos illos Iudæorum hypocritas proprie pertinere, & nihil ex eo præsidij rectè per ad Apostolicas & Ecclesiasticas leges, ac traditiones humanas, quas vocant, conuellendas atq; labefactandas: sed nec opera quidem à piis pie instituta, licet à Deo mandata non sint, hac ipsa sententia eleuari atq; perstringi. Deinde affirmamus, quod isti nobis toties occurrunt, & apud suos velut Euangelicum axioma defendunt, opus omne bonum certo Dei verbo & mandato constare debere, tam imbecillum & caducum esse, vt si paulum obstitas, etiam per se ipsum corruat. Nam cum demonstrare non possint, hoc quod assumunt, certo Dei verbo & præcepto niti, non habent, quod ex antecedente falso extruunt, sed quicquid ex eo deducunt, suum pondus, & veritatis robur apud sapientes amittat necesse est. Ad hæc Scriptura multis in locis probat, vel à Deo ipso probata esse restatur piorum opera, quæ ex mandato diuino non perficiebantur. Laudatur certè Abel, Noë, Abraham & Iob ad altare sacrificantes: honorantur Rechabites & Nazarci prorsus abstemij: cõmendantur Dauid & Salomon in cultu diuino singulari cum pompa religiosè & sumptuosè versantes. Extollitur Anna Phanuelis filia suo sancto coelibatu, & defenditur à Christo Magdalena in illa prodiga sui preciosi vnguenti profusione. Vtraq; matrona rerum diuinarum longè magis quam humanarum curis intenta, ac velut mundo mortua, vel sanè à cõmuni hominum consuetudine remota, vera sanctitate ac iustitia pios alios excellabat. De Baptista nostro & vitæ illius sancto rigore sæpè iam diximus, & postea repetemus. Tum Augustinus & Chryostomus aperte patrocinantur anachoretis, eremitis & monachis, qui Baptistæ sequentes exemplum, vitam ab aliis procul semotà & valdè seuerà in sancto ocio transgebant. Sed vt Scripturis tantum inhæreamus, laudat Christus Eunuchos, qui sine villo Dei mandato seipso propter Dei regnum castrauerunt: semperque laudati sunt in Ecclesia, qui volentes legem coelibatus amplecterentur. Sed & Paulus absque mandato coelibes magis quam coniuges probat, qui omnes etiam in coelibatu sibi cupiebat esse conformes, quique vt ab Augustino scriptum est, supra legem & Euangelium erogabat. Huc demum pertinet discrimen, quod, velint nolint aduersarij, Hieronymus, Ambrosius, Augustinus, ac totus ferè Patrum chorus, inter consilia & præcepta scilicet, in Scripturis tradita constituit, multique clarissime probant, hoc discrimen tum Euangelicis, tum Apostolicis literis consentaneum esse. Præclara est certè Augustini sententia, quam exemplis ipse variis declarat atque confirmat: Multa sunt, inquit, facienda non iubente lege, sed libera charitate: & ea sunt in nostris officiis gratiora, quæ cum liceret nobis etiam non impendere, tamen causa dilectionis impendimus. Quid? quod Bugenhagius atrox licet Catholicorum hostis, veritate tamen ipsa coactus palam fatetur, Ecclesiæ consuetudines, quibus multa certè ac præclara instituta, sanctæque vitæ studia nobis commendantur, omnino esse seruandas. Huc autem refert dictum Ambrosij, quod Augustinus ad Ianuarium scribens vsurpauit: Ad quamcunque Ecclesiam veneris, eius mores serua. Citat & Tertullianum, qui multa de veteris Ecclesiæ tum traditione, tum consuetudine exempla producit atque confirmat, ac tandem ita concludit: Harum & aliarum huiusmodi disciplinarum si legem exoptulas Scripturarum, nullam inuenies. Traditio tibi prætenditur auctrix, consuetudo confirmatrix, & fides obseruatricis: rationem traditioni, consuetudini, fidei patrocinatorum aut ipse perspicies, aut ab aliquo qui perspexerit, disces. Ex eodem repetit illud: Consuetudo etiam in ciuilibus rebus pro lege suscipitur, cum deficit lex: nec differt, Scriptura an ratione consistat, quando & legem ratio commendat. Adducit præterea in medium sententiam Hieronymianam: Multa alia, quæ per traditionem in Ecclesiis obseruantur, auctoritatem sibi scriptæ legis vsurpa-

An opera bona in lege præcepta, bona esse non debent.

De dicto Christi: Frustra me colunt doctrinis et mandatis hominum.

Opera bona esse posse sine certo Dei mandato. Multos in Scriptura laudari ob opera sine mandato Dei facta.

Inter consilia et præcepta discrimen retinendum est.

Bugenhagij confessio de consuetudinibus Ecclesiæ.

Gen. 4. 8. 22. Iob. 1. Hieron. 35. Num. 6. 2. Reg. 6. 2. Reg. 7. 2. Luc. 2. Matth. 26. Ioan. 12.

a De morib. Ecclesie Catholice. ca. 31. b Aduersus Situperatorem. Vita monastica li. 3. Matth. 19. 1. Cor. 7. c Lib. 3. Hypog. supra medium. d Lib. 5. contra Iovinianum.

e In 1. Cor. 7. f De sancta Virginitate. c. 4.

14. c. 15. Cypri. lib. 1. epist. 11. g Lib. 5. de adulter. cõsug. ca. 14. In enarr. Ioan. de Tertulliano tradiani. Epist. 118. cap. 2. Lib. de coromamilis.

Dial. aduersus Luciferianam.

vsurpauerunt. Nec multò pòstsequitur: Multa alia quæ scripta non sunt, rationabilis sibi obseruatio vindicauit. Annectit autem idem Bugenhagius alia, quibus ne quid veteris Ecclesiæ authoritati concedat, suæque Sectæ adimat, manifestam veritatem impugnat: sed contra stimulum frustra calcitrat, & sicut ille inquit, mentita est iniquitas sibi. Neque tamen diffitemur, quin libenter etiam concedimus, quicquid à nobis rectè pieque geritur, id Dei verbo contineri, vt si generatim de operibus bonis loquendum sit, hæc ipsa communibus quidem Scripturæ sententiis, quæ sonant de pietate, charitate, iustitia, sanctimonia, obedientia & perfectione præstanda, includi videantur. At longè aliò spectant nouatores, qui nunquam nõ expressum Dei verbum de hoc illòue cultu, vt ipsi vocant, in specie postulant, & plerunq; sic opera bona cõtrahunt, quemadmodum postea monstrabimus, vt in sola proximi charitate illa ponant. Impellit plerosque Spiritus sanctus, vt nullo etiam virgète præcepto, ad multas præclaras actiones progrediantur, vt carni & mundo renuncient, diuinisq; rebus cum Ioanne nostro dies ac noctes incumbant. Quis autem Spiritus bonus istos impellat equidem nescio, qui illorum & sanctissimorum hominum instituta, nullo Dei præcepto tradita, vel damnant omnino, vel certè suspecta reddunt, quique illa etiam piorum opera, quæ Dei mandato expresse continentur, scèdè contaminant, quando de illorum virtute, vtilitate, dignitate, meritis ac præmiis indignè sentiunt, ac prorsus contra Ecclesiæ sententiam impurè loquuntur. Qua de re alibi copiosius.

Quomodo Catholicè dici possit, quòd beneficia nostra omnia verbo Dei contineantur.

Ioannem alia non moralia etiam docuisse.

Plura docuit Ioannes, quam quos scripta extant.

An populus apud Ioannem confitens peccata & petens baptismum Dei mandatum habuerit.

Docuit Ioannes suos orare & ieiunare, & certum orationis ordinem tradidit.

Nouatores doctrinam de operibus malè tractauerunt.

NUNC de Ioanne propositum est dicere, quòd opera quæ docuit, moralia tantum fuisse, sicut isti contendunt, non possit demonstrari. Primum enim hoc nobis concedant necesse est, multò plura quàm quæ scripta extant, Ioannem docuisse, & populo euangelizasse. Id quod etiam Lucas ingenuè profitetur: & confirmat Origenes, non solum alia, quæ scripta non sunt, sed maiora etiam, quàm quæ literis credi debuerint, Ioannem prædicasse. Si verò scripta extarent omnia, quæ Ioannes vel apud suos domi, vel coram aliis de fugiendis & agendis omnibus publicè docuit, nõ solum de præsentis questione certò constaret, verum etiam alia plura, quæ nunc spargit aduersarij, præsertim de iustificatione disputantes, fortasse luce illa fulgent, non secus quàm vmbra quædã euanescerent, statimq; profligarentur. Si verò petendum est iudicium ex his, quæ scribunt Euangelista, non video sanè, qua ratione censenda sint omnia moralia opera, de quibus Ioannes vnquam concionando tractauit. Venerunt ad illum accepturi baptismum, quæ nuda erat, vt diximus, cæremonia, & ante baptismum, vt est probabile, & Tertullianus asserit, sunt peccata confessi. Quæro igitur, iussi ne illi vtrunq; fecerint, an iniussi? Si iussi, quod verbum vel præceptum certum Dei illos vrgebat? Si iniussi, quale hoc illorum opus demum censeretur debet: bonumne esse potest, si sine mandato Dei, vt isti dicunt, expresso ita fecissent? Si non bonum, malum igitur, quod tamen nemo prudens existimabit: vel saltem adiaphoron, quod vix dignum videatur, vt ab Euangelista tam discretè commemoraretur. Crediderim sanè vtrumq; fieri potuisse, vt ad hoc bonum opus, Baptismi nimirum & Confessionis, excitaret eos Ioannes, illique excitati non grauatim admonenti parerent, licet nec ille mandatum diuinum obtenderet, nec hi diuino iure seu mandato, sed ad hoc opus faciendum astringi putarent. Verum enim uerò quæcumq; demum hoc illorum opus fuerit, ex Ioannis doctrina vtrunq; profectum est, quod ad opera moralia vel decalogum nemo peritus retulerit, sed ne aduersarij quidem ipsi fortasse referendum esse iudicabunt. Docuit etiam suos Ioannes discipulos, vt Euangelista testatur, frequenter orare atq; ieiunare. Acalios fortasse plures viri Dei zelo plenus ad has aliasq; pietatis exercitationes adduxit atq; assuescit: quibus etiã in rebus potuit opera nonnulla præscribere, quæ moralia non rectè dicantur. Et hinc nata videtur, Christoq; obiecta illa querimonia, Quare discipuli Ioannis ieiunant frequenter & obsecrationes faciunt: tui autem edunt & bibunt? Cui rei non exiguum præbet indicium Tertullianus, vnde cum tandem hoc accepit, cum scribit, nouum aliquem orationis ordinem à Ioanne inductum fuisse.

Act. 9. Psal. 26.

Luc. 3. In Lucam homil. 27.

Lib. de baptismo.

Matth. 9. Luca. 5.

Lib. 4. A. uerf. Martionem.

QUONIAM verò in hunc locum incidimus, qui magni est sanè momenti ad sinceram de bonis operibus doctrinam hodie cognoscendam simul & conseruandam, non abs re

abs re facturi videmur, si exortas nuper eiusdem varias corruptelas, quæ ab omni ferè pietatis exercitatione mortales plurimos auocauerunt, & in hanc ipsam, quam latè patèrem in Europa cernimus, falsam securitatè, ac nouum quendam Epicurèismum induxerunt, paulisper consideremus. Ac primum quidè satis explicari non posse censo, quantum hac in parte sibi assumerint nouatores. Etenim quæcumq; illis in buccam ferè uenirent, ad suæ fidei confirmationem & bonorum operum oppugnationem in mani quodam studio passim effutuerunt, vt non modò contra Scripturæ diuinæ auctoritatem facere, quæ quidem à malis ad bona iustaque opera omnes reuocat maximè, verum etiam cum ratione ipsa, quæ tacitis quibusdam stimulis ad honestatem homines impellit, ex instituto propemodum pugnare viderentur. Exemplo sit hærese unius nostri temporis architectus Lutherus, qui non modò sermone, sed scriptis etiam pleraque publicè prodidit ac disseminauit, quæ vel sola Christianos ad omnem pietatem segniores, ad peccandum verò propensiores efficere queant. Hinc illa præclara scilicet, & ab omni Euangelico spiritu, imò etiam à communi ferè sensu prorsus aliena Lutheri dogmata: *Omnia ex absoluta necessitate eueniunt, ad eò quòd etiam Deus non solum est causa peccati permissiue, sed effectiue. Liberum arbitrium post peccatum res est de solo titulo. Nulli est in manu sua quidpiam cogitare boni aut mali. Quomodo potest homo se ad bonum preparare, cum nec in potestate sua sit suas vias malas facere? Nam etiam mala opera in impijs Deus operatur. Quòd si hæc satis non sunt ad omnem benè operandi tum voluntatem, tum facultatem homini eripiendam, plura eiusdem axiomata, vel si mauis, uisus dogmas subiungemus: ^a Ex textu clarè habemus, inquit, quòd etiam decem præcepta ad nos non pertinent. Non enim nos, sed solos Iudeos eduxit Dominus. ^b Non est aliquod in Euangelio præceptum à Deo. ^c Erga Deum nullis operibus, sed nuda indigemus fide: Debemus enim cum solo Isaac venire, hoc est, cum fide: seruos & asinos, hoc est, opera deorsum dimittere oportet. ^d Opera Deus nihil curat, nec eis indiget. ^e Constantè dicimus orando etiam peccare iustum, iuxta illud Psalmi CVIII. Et oratio eius fiat in peccatum. ^f Omnia opera bona etiam optime facta, sunt peccata, & quidem mortalia secundum DEI iustitiam, uenialia uero secundum misericordiam. ^g Quanto sceleratior es, tanto citius Deus gratiam infundit. Si autem adornes te bonis operibus, vt te Deus acceptet, nihil efficies. Alia via non potest homo coram Deo aut conuenire aut agere quam per fidem, opera ille nihil curat. Atq; vt tandem modum faciam in his tam impijs atq; blasphemis Lutheri placitis recensendis, quibus nihil ad bonorum operum labefactionem pestilentius potest excogitari, populoq; proponi, vnum saltem adiciemus: Vide, inquit, quam diues sit homo Christianus, sine baptizatus, qui etiam uolens non potest perdere salutem suam, quantiscunq; peccatis, nisi nolit credere. Nulla enim peccata eum possunt damnare, nisi sola incredulitas: cetera omnia, si credat, vel stet fides in promissionem diuinam baptizato factam, in momento absorbentur per eandem fidem. Sunt interim, quos iam pudeat & pigeat sui magistri Lutheri, qui tam furiosas & barbaricas ediderit voces: quin & Lutherus ipse, vt in alijs pleriq; ita hinc etiam suas sæpè mutauit sententias, multoq; moderatius de absoluta necessitate, de libero arbitrio, de sola fide, de bonis operibus postmodum docuit. Exemplum porrò Lutheri secutus est Melanchthon, qui contra liberum hominis arbitrium ineptissimè scripsit, sed cecinit palinodiam. Fuit enim in scriptis etiam alijs Proteo, quod dicunt, mutabilior. Hærent tamè in multis reliquiæ priorum errorum, quos isti Sectæ principes in vulgus antea disseminarant: & audiuntur adhuc prophana impiãq; voces huiusmodi: *Deus non curat opera. Vt peccata non damnant, sic nec saluant opera. Quid nobis cum operibus, si sola fide iustificamur atq; saluamur? Noua obedientia est arbitraria, bona opera non sunt necessaria: homo habet se purè passim in malis & bonis operibus, quas voces portentosas & diabolicas uocat quoq; Melanchthon.**

In resolut. art. 36 & in assertio. art. 36. & de seruo arbitrio.

a In ser. de Moyses. b In præfat. noni Testam. c In sermone de piscatura Petri. d De capt. Babylon. e Sermo de ascensione Domini. f In assert. artic. 32. g Ser. de piscat. Petri.

De capt. Babylon.

In disputat. de iudicijs Ecclesiæ.

QUIS verò non horreat, blasphemum audire Caluinum, qui Deum summum æternumque bonum esse vel negat, vel impugnat, cum humana malitiæ causam in DEVM ipsum confert, & velut inecta manu homines à benè operando retrahit, imò tum benè, tum malè operandi facultatem liberam illis prorsus adimit. Etenim sceleratissimè docet ea, quæ Bernenses etiam, ne à concionatoribus publicè traderentur, edicto suo seuerè prohibuerunt: ne hæc videlicet tanta contumelia & multiplex impietas non solum offensionem maximam, sed & perniciem vulgo extremam conci-

Lutherus quom malè docuerit de operibus.

Lutherus & Melanchthon suas subinde mutam opinionem.

Caluinus quom rã hominis arbitrio & operibus detrahunt.

conciliaret. Sic enim habent Caluinianæ doctrinæ capita: ^a Peccata que admittuntur, fiunt non solo Dei permisso, sed eiusdem voluntate: cum vanum sit atq. ineptum, aliquod discrimen statuere inter Dei permissionem & voluntatem. Quæcumque crimina à quocumque patrata, sunt bona & iusta Dei opera. ^b Siquis adulterium, homicidium, latrocinium fecerit, non agit sola Dei permissione, sed voluntate. Quæcumque sit iniquitas, non peragitur ab hominibus ex voluntate & arbitrio aut propriis viribus, nisi per Spiritum sanctum ita dictantem. ^c Voluntas Dei est suprema causa indurationis homini. ^d Deus dat voluntatem malè agendi impiis, & suggerit peruersas & inhonestas affectiones, non solum sua permissione, sed efficaci ordinatione, operatione & voluntate, idq. propter suam gloriam. Impij & reprobj magis operantur in suis iniquitatibus opus Dei, quam proprium. ^e Si peccamus ex intentione aut fortuito, peccamus necessariò ex intentione Dei. Ego verò sic mihi persuadeo, admiraturam esse posteritatem, tantùm blasphemiarum (reliquas autem prætereo) ab vno hæresiarcha profundis, & mortalibus villis comprobari potuisse. O exulcerata verecunde deploranda tempora, quibus passim extrufi à Satana ministri & magistri hoc insanum, foedum, prophanum ac impium de benefactis genus doctrinæ sparserunt, & plurimorum animis in Europa penitus infixerunt.

Sed prætermisissis aliis, qui post Lutherum & Caluinum de bonis operibus tum insulsiſſimè, tum pestilentissimè docuerunt, sicut multorum quoq. scripta publicè comprobant, ego sat habeo de Saxonis Theologis modò dicere, qui colloquium Altenburgense annis proximis institutum, post longissimas disputationes & acerbissimas aliquot mensium contentiones, tam infeliciter ad extremum abruperunt, vt intestina illorum dissidia, qui sub vno patre Lutero in vna velut domo fratres vnanimis esse debebant, in maiores flammæ, vt arbitror, nunquam exarserint. Quæ de causâ mirum profectò, quantoperè illius Sectæ apud plurimos labefactata sit authoritas, quantamq. inuidiam noui doctores isti subierint, præsertim qui tot iam annis tam irreconciliabiles inter se pugnas, tanta virulentia exercuerunt. Ac de præcipuis quidem doctrinæ suæ capitibus conuenire nunquam possunt, quicquid etiam ipsi disputando, scribendo, cõsul-tandoq. tentent, quicquid ipsorum magistratus flagitent, quicquid populus harum digladiationũ pridem pertesus expectet, quicquid demùm de noua religionedubijsecum anxie cogitent. An verò de lana, quòd aiunt, caprina? imò de ipsiſ doctrinæ suæ fundamentis, vt antea sæpè, ita in illo etiam postremo quod dixi colloquio, cõtentione maxima concertârunt. Actum est enim de Lutheri & Philippi libris atq. sententiis, de Confessione Augustana, deq. nouis corruptelis, in negotio iustificationis apud ipsos modò natis atq. grassantibus. Nos ex multis pauca duntaxat excerpemus, vt rectius constet, quid illic alij aliis de bonis operibus obiecerint & exprobrârint. Siue autem illi Melan-chthoniani, siue Flacciani, siue Amsdorfiani, siue Antinomi, siue molles demùm, siue rigidi sint Lutherani, nihil sanè moramur: mutuis se ipsi conuiciis lacerant, vulneribusq. ita conficiunt, vt dubitari nõ possit, eos Ecclesiæ nomen frustra sibi arrogare, inter quos de necessaria fidei doctrina nulla est cõsensio. Satis est quod orbi testatum faciant, quæ apud ipsos de bonis operibus vel dogmata, vel paradoxa in hunc vsq. diem reperiantur, à quibus pia quidem mentes non possunt non abhorrere. Christiani concionatores, in-quiunt, prædicare debent merum Euangelium, & non legem. Opera bona legis & noua obedientia non ad regnum Christi, sed ad mundum pertinent. Lex non docet bona opera, nec idcirco prædicanda lex est, vt bona opera peragantur. Nihil ad nos Christianos pertinet primum, nonum & decimum præceptum decalogi. Qui credit Christianus, supra omnem est obedientiam, & supra omnem legem. Ad Satanam spectant Christiani cum omnibus operibus bonis. Sola fides sine omni opere bono efficit omnia, nõ solum quod ad meritum, sed etiam quod ad præsentiam bonorum operum at-tinet. Precari Deum oportet, vt in fide sine bonis operibus omnibus ad finem vsq. constantes perse-ueremus. Ab Apostolo Paulo non solum bonorum operum meritum, sed opera etiam nostra bona excluduntur. Paulus in seipso adeò separat opera & iustitias à salute, vt ea pro reiectamentis, atq. adeò damnis salutis deputet. Falsa est propositio: Opera bona sunt necessaria. Adeò necessaria illa non sunt, vt etiam ad salutem incommodent, sintq. pernicioſa. Omittimus reliqua id genus, quæ si verum fatendum est, Lutheri quidem scriptis rigidioribus non malè consonant, sed religiosas imò & populares profectò mentes vehementer offendunt, tantoq. maius pericu-

De colloquio Altenburgensi & dissensionem Lutheranorũ.

De doctrina sua fundamentis Lutherani disceptant.

Horrenda axiomata de bonis operibus proposita in colloquio Altenburgensi.

a Lib. 1. in. sturui. ca. 11. 16. & 17. b Ibidè, & lib. 2. cap. 4. & li. 3. cap. 23. & 24. c Ibidem & lib. de præ. doctrina. & provident. d Lib. 1. cap. 18. & lib. 2. ca. 4. & lib. 3. cap. 23. & 24. e Lib. 1. cap. 16. & lib. 3. cap. 23.

In alijs colloquijs Altenburgensi.

periculum in repub. creant, quo carnis iudicio plausibilia videntur. Hinc demùm velut ostium quoddam commodissimum aperitur, vt Christiana professio non ex diuino verbo & timore pendeat, sed pro cuiusq. arbitrio ad summam vitæ licentiam, bonorumque operum neglectioem extremam reducatur. Nam quæ laus, quæ dignitas bonis operibus cõstare potest, dum ea non adeò magni momenti, non homini necessaria, non salutifera, non meritoria esse statuuntur, imò propter quæ pij passim vt Pharisæi, superstitiosi & hypocritæ non sine vulgi ludibrio salutantur?

Quid verò, si longum inducam catalogum eorum locorum, quos Lutherus in nouo Testamento Germanica versione sua corrumpit, vt operibus bonis detraheret, ac suam de sola fide doctrinam redderet populo gratiorem? Sed nostro quidem instituto suffecerit, ex multis pauca huius rei exempla proferre, vt veritas liquidò demonstretur. Non placet Lutero, quod à Petro dictum est: Fratres magis scit agite, vt per bona opera certam vestram vocationem & electionem faciatis. Expungit igitur illud per bona opera: quin etiam in eiusdem Epistolæ præfatione disertè monet, per fidem certam nobis reddi vocationem, quamuis Petrus aperte reclamet. Non placet doctrina Iacobi, qui solus ad istos intemperantes fidei buccinatores reprimendos satis esse possit, eoq. Iacobi Epistolam, quæ tot sæculis verè Canonica fuit habita, velut Apostolo indignam, & Pauli doctrinæ contrariam, adeoque stramineam (sic enim vocat) reiiicit atque contemnit. Ab hoc Iacobo scriptum erat: Ostende mihi fidem tuam sine operibus: at cõtrario modo, cum operibus, verit hic nouus interpres. Non placet Iudæ Apostoli dictum: Qui potest vos conseruare sine peccato: transtulit igitur vt sibi commodum visum est, & tamen contra mentem Apostoli, *ſyn anstosj* / hoc est, absque offendiculo. Non placet quod legatur: vniciuque reddi secundum eius opera, quod etiam si non ausit scriptis Apostolicis prorsus eximere, tamen fraudem illo in loco facit, vbi Paulus ita scribit: Quorum finis erit secundum opera ipsorum: hæc enim verba ille penitus iugulauit, & ex suo libro remouit. Non placet à Christo prædicari, annum Domini acceptum & diem retributionis, vt de seipso Dominus apud Nazarenos in Synagoga testatur. Adhibet hinc artificium quoque suum Lutherus, & verba illa præclara, diem retributionis, præscindit, vt eò commodius persuadeat vniciuque non secundum opera, sed secundum fidem suam præmium vel supplicium reddi. Quin eò etiam impudentiæ progressus est Brentius, vt palàm negarit, quod Scriptura constanter affirmat: Christum videlicet, in extremo iudicio suo secundum præcepta decalogi pronunciatum, & vniciuque secundum opera eius redditurum esse. Iterum verò non placet Lutero, quod à Paulo circumspectè dictum est: Arbitramur iustificari hominem per fidem sine operibus legis. Hic rursus suam adhibet sacrilegam artem, & sicut alibi verbo Dei detrahit, sic hoc loco, omnibus exemplaribus tum Græcis tum Latinis repugnantibus, vocem adiicit exclusiuam: iustificari nempe hominem per solam fidem, quemadmodum Germanicè his verbis expressit: *Wir haltens darfür / daß der Mensch gerechtfertiget werde allein durch den Stauben.* Omitto, quàm malè verterit Lutherus pœnitentiæ nomen, & quomodo deprauarit locum illum insignem: Dissimulans peccata hominum propter pœnitentiam: & quod apud Ioëlem significanter dictum est: Quis scit, si conuertatur & ignoscat Deus, & relinquat post se benedictionem? Non dicam de illa eiusdem Prophetæ deprauatione in illis verbis: Dedit vobis doctorem iustitiæ: & eius, quod apud Esaiam legitur: Erit opus iustitiæ pax, & cultus iustitiæ silentium. Prætermitto id gentis alia plurima, quæ à viris doctis, imò etiam à Sectariis reprehenduntur, in quibus Lutherus contra boni fidei interpretis, non dicam chirographum principis, vel monetam auream adulterauit, sed summi æternique Dei verbum planè corrupit, & præsertim vbi aliqua operum fit commendatio, Marcioniam sibi licentiam sacrilegè vsurpauit. Proinde Bucerus non minùs verè quàm aperte scripsit, Lutheri lapsus in vertendis explanandisq. Scripturis manifestos esse, nec paucos: sicut & Mansfeldensis confessio testatur Hosiandrinus dicere, Lutherum haud sine ingenti falsitate ac dolo Scripturarum loca interpretari.

2. Pet. 1.

Iacobi 2. In epistola Iuda.

Roman. 2. Matth. 16. 2. Cor. 11.

Luca 4.

In explicat. Symboli.

Matth. 19. & 25. 2. Cor. 5. Rom. 2. Rom. 3.

Matth. 3. Marc. 1. Sapient. 11. 10. & 12.

Ibidem.

Esai. 32.

In dial. cõ. Melanch.

In Bibliorum versione corrupta Lutherus loca multa de operibus bonis traxit.

Lutherus epistolam Iacobi reſpuit.

Negat Brentius secundum opera vniciuque reddi iudicandos.

Lutherus scribit Paulus de sola fide quædam assuat.

Buceri et Hosij diuinarum de Lutheri Bibliis iudicium.

Sine falsum doctrinam de bonis operibus apud nouatores negligit.

Fides ab operibus separari potest.

Quomodo Centuriatores deprauant Scripturas loca de operibus et charitate.

Manere in Christo & charitate, plus est quam credere.

Aliud est credere quam Christum sequi, & eius seruire sermonem.

Et adhuc isti clamitant, sæpeq; conqueruntur, manifestam eorum esse calumniã & impudens mendacium, qui affirmant, doctrinam de bonis operibus in Lutheri schola, & apud ministros nouos esse neglectam. Quomodo enim illa non negliguntur, quæ tam frigidè docentur, sæpe hypocrisis ac superstitioni ascribuntur, in vanis cultibus numerantur, palàm etiam oppugnantur, velut homini parùm aut nihil conferant, atque ad eò nec per se ad salutem necessaria, nec Deo grata, sed facienti perniciofa esse videntur, & quæ demùm audacia plusquam Gigantea & perfidia intollerabili in tot mille codicibus sacris, inque ipso Dei verbo nequissimè deprauantur? Quid habent quæso isti cum Apostolica tum doctrina, tum consuetudine sibi commune, qui plenis buccis solam fidem crepant ac exigunt, illudq; falsò prorsus, fidem nimirum & opera inseparabiliter esse connexa, fingunt? Id quod cum Pauli & aliorum Apostolorum doctrina, qui de illis distinctè loquuntur, ac diuersa præcepta condunt, & fidem miraculorum etiam operatricem à charitate separant, ex diametro pugnat. Sed ò blandum & carnicum, animi verò inimicum docendi genus, quod isti Solarij, sic enim Lutherus quoq; vocat, sibi proposuerunt. Ex quo fonte tam ingens ac pestilens licentiæ impuritatisq; omnis scaturigo dimanauit, vt si antehac vnquam, nunc maximè homines à sanctæ vitæ & Christianæ pœnitentiæ disciplina prorsus deslexerint, & pessimis operibus assuefacti, & ad omne opus bonum, reprobis, maledictionisq; filij & corruptionis serui, vt loquuntur Apostoli, totam ferè Europam compleant. Nolo autem isthæc vel odiosius, vel prolixius hoc loco tractare, sed redeo ad Centuriatores, qui cum sæpe aliàs, tum in Scripturæ testimoniis, quæ ad operum confirmationem maximè faciunt, parùm fidos agunt interpretes, ac Euangelium nobis malitiosè deprauant. Quod vt nonnullis declaremus exemplis: Christi nempe verbum est: Si manseritis in me & verba mea manserint in vobis, quodcunque volueritis, petetis, & fiet vobis. Hic illi solitam adhibent fraudem, & manere in Christo sic explicant, vt sit idem quòd in Christum credere: Verba verò Christi in credente manere tantundem valeat, quòd permissionibus gratiæ potissimum inniti. Atqui Christus paulò post seipsum luculenter explicat, quòd de charitate & obedientia vera loquatur, cum ita subiungit: Manete in dilectione mea, sicut & ego patris mei præcepta seruauit, & maneo in eius dilectione. Proinde cum Cyrillus illa Christi verba tractat: Manete in me, & ego in vobis, perspicuè docet, nò esse satis ad perfectam hominis Christiani sanctificationem cum veluti palmitem viti Christo inseri fieriq; fidelem, sed maiorem quoq; curam adhibendam, vt idem per charitatem & mandatorum obseruationem Christo semper inhæreat, Christumque immaculatè sequatur. Quia in re, inquit, maximè spiritualis coniunctionis virtus seruatur.]

Peruertunt & illud Christi dictum, qui sequitur me, non ambulat in tenebris, sed habebit lumen vitæ. Et aliud: Si quis sermonem meum seruauerit, mortem non videbit in æternum. Sic enim de his verbis pronunciant: *Aquipollentes sunt cum fide aut credere, sequi Christum, aut sermonem Christi seruare.* Quis vero prudens fucum istorum non intelligat, Christi sermonem alium atque alium esse, vbi ad fidem atque ad imitationem sui, sermonemque suum seruandum credentes hortatur? Ad fidem proprie spectat illud: Creditis in DEVM, & in me credite. Non credis quia ego in Patre & Patre in me est? alioquin propter opera ipsa credite. Eòdem pertinet: Qui credit in me, nò credit in me, sed in eum qui misit me: & qui videt me, videt eum qui misit me. Ego lux in mundum veni, vt omnis qui credit in me, in tenebris non maneat. Cum verò ad imitationem sui discipulos prouocat, in hunc modum docet: Si quis vult post me venire, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me. Item: Si quis mihi ministrat, me sequatur: & vbi sum ego, illic & minister meus erit. Quis autem sic ineptiuit vnquam, vt in his aliisque Scripturæ locis pro eodem duceret, Christum vel Christo credere, & eum sequi, vel sermonem eius seruare? Quàm sunt isthæc inter se planè diuersa? & quàm rarò in Christi moribus imitandis, eiusq; sermonibus seruandis exercitati reperiuntur, qui fide vel maximè apud Sectarios gloriantur, aut etiã qui veræ fidei clarissimi professores? Testatur idem Ioannes, multos ex principibus in

Rom. 3. etii. 1. Timot. 2. 1. Corint. 11. Ephes. 6. Apoc. 2.

Tit. 1. 2. Pet. 2.

Locus Ian. 15. deprauatus. Cent. 1. pag. 123. & Cent. 2. pag. 270.

Ioan. 15. Lib. 10. in Euang. lib. cap. 16.

Alii deprauato loci Ioan. 15. ibidem.

Ioan. 14. Ioan. 12.

Matth. 16. Ioan. 11.

ibidem.

Ysa. 118. Ioan. 21.

Ioan. 1.

Matth. 19.

Marc. 10.

1. Cor. 7.

Matth. 28.

Luca 10.

Matth. 23. Ioan. 14.

1. Luca 11. 1. Mat. 23. 7. c. Rom. 2. d. Ioan. 12. c. 1. Pet. 3. f. Ysa. 127.

Ysa. 2. de vita contemp. cap. 20.

Homil. 66. in Ioan.

1. Pet. 2.

1. Ioan. 2. Lib. 4. epist. 6. & lib. de habitu Virg. Lib. 2. de vita contemp. cap. 20.

bus in Dominum credidisse, sed propter Pharisæos non esse confessos: tantum abest, vt Christum sequerentur, eiusque sermonem seruarent. Credetis autem simul & obedientis illa vox est propria: Custodiuit anima mea testimonia tua, & dilexi ea vehementer. Seruati mandata tua & testimonia tua. Nec dissimilis illa est: Domine, tu omnia nosti, tu scis, quia amo te. Tum apud eundem Ioannem sic ait Dominus: Amen amen dico vobis, si quis sermonem meum seruauerit, mortem non videbit in æternum. Esse igitur longè aliud, verbum Dei custodire, vel Christi seruare sermonem, quàm credere, cæcus sit profectò, qui ex Euangelij locis clarissimis non perspiciat & agnoscat. Rogabat ex Christo diues adolefcens: Magister bone, quid faciam, vt habeam vitam æternam? Cui mox respondit Dominus: Si vis ad vitam ingredi, serua mandata. Cum ille subiecisset: Omnia hæc custodiui à iuuentute mea, Iesus intuitus eum, vt Marcus commemorat, dilexit eum, & dixit: Vnum tibi deest: Vade, quæcunq; habes vende, & da pauperibus, & habebis thesaurum in cælo. En quo pacto Christus hîc vrget nò fidem, sed sicut Paulus vocat, obseruationem mandatorum Dei, & præter eam aliquid amplius exigit, satisque commonstrat, quòd præcepta decalogi velit in primis à credentibus ad vitam consequendam æternam obseruari. Hinc & postremum ferè Christi præceptum est, quo iubet baptizatos doceri non de fide tantum, sed de seruandis omnibus iis, quæ Apostolis suis ipse mandauisset. Tum ad legis peritum, vt præclarum clementissimi Samaritani exemplum illi commendet: Hoc fac, inquit, & viues: Absit igitur, nos in media velut luce tam turpiter cœcutire, quemadmodum isti postulant, vt verbu Dei seruare & credere idem esse omnino putemus. Illud verò constat, in Scripturis pro eodè sepe accipi, seruare & facere, quæ admodum vbi de sedentibus in cathedra Moysi præcipit Christus: Quæcunq; dixerint vobis, seruate & facite. Tum de seipso prædicat Dominus: Sicut mandatum dedit mihi Pater, sic facio. Ad discipulos verò: Qui habet mandata mea & seruat ea, ille est qui diligit me. Ac iterum: Qui non diligit me, sermones meos nò seruat. Hîc seruare Patris mandatum & Christi sermonem, vim eandem habet cum eo quod alibi dicitur, custodire verbum Dei, facere voluntatem Patris, factorè esse legis, Christum & eius vestigia sequi, ac in viis Domini ambulare. Lossius verò cum hoc Christi dictu interpretatur: Si quis vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam & sequatur me, locu refert ad profitentes Christi doctrinam, sed qui non intelligit, quid vel ipse dicat, vel Christus hîc iubeat faciendum. Germanum loci sensum de Christo quando vel imitando sic Prosper expressit: Quid est, inquit, Christum sequi, nisi præstare beneficia etiam ingratas, non retribuere secundum merita sua maleuolis, & orare pro inimicis. amare bonos, misereri peruersis, inuitare auersos, suscipere in charitate cõuersos, & æquanimiter pati subdolos ac superbos? Nec pudet tamè Brentium ita docere, Sequi Christum non est imitari virtutes eius, sed est credere, quòd ipse sit verus Christus, expiator peccatorum nostrorum, & Saluator noster. Ergone qui hoc certò de Christo sentiunt, Christum secuti esse putandi sunt, nihilq; præterea de Christo imitando curabunt? velut nihil ad eos pertineat Apostolica prædicatio: Christus passus est pro nobis, nobis relinquens exemplum, vt sequamini vestigia eius.

Differ. seruare & facere à credere in Scripturis.

Seruare & facere idem in Scriptura est.

Quid sit Christum sequi iuxta Lossium & Brentium.

Deprauatio sententia Ioan. 14.

Centuriatores contendunt in Christo esse & manere, accipi pro credere.

M sciat:

ciat: Qui seruat mandata eius, in illo manet, & ipse in eo. Et rursus: In hoc scimus quoniam cognouimus eum, si mandata eius obseruamus. Qui dicit se nosse Deum, & mandata eius non custodit, mendax est, & in hoc veritas non est. Qui autem seruat verbum eius, verè in hoc charitas Dei perfecta est. In hoc scimus, quoniã in ipso sumus. Tùm postea: Deus charitas est, & qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo. Ac rursus: Hec est charitas Dei, vt mandata eius custodiamus, & mandata eius grauiam non sunt. Nunc audi vanitatem, ne dicam castigandam malignitatem istorum interpretum: *Manere in charitate*, inquit, est fide amplecti Dei beneficium per Christum nobis oblatum. En quo pacto fidei & charitatis confundunt officia, neq; inter tres virtutes illas, Fidem, Spem & Charitatem cum Paulo distinguunt, suam verò charitati prerogatiuam adimunt, ne illa reliquis duabus maior & excellentior videatur. Nihil illis propemodum sapit, nisi fides Christi beneficium apprehendens, quam tamen veteres longè aliter explicarunt, & suum interim locum charitati, suum obedientiæ integrum reliquerunt. Eiusdem farinae est, quod adulterant Petri locum: Perfectè sperate in eam, quæ offertur vobis gratiam: vbi sperare pro credere accipi volunt. Pari malitia corrumpit nobis illam Christi sententiam: Mater mea & fratres mei hi sunt, qui verbum Dei audiunt & faciunt. Et illa: Beati qui audiunt verbum Dei, & custodiunt illud. Et aliam vehementer illustrem: Si quis diligit me, sermonem meum seruabit, id est, credit, inquit. Ita venire ad nuptias: habere vestem nuptialem: b gustare cœnam, in hunc sensum transformant, vt sint æquipollentes formulæ, & pro eodem cum fide ac credere accipiuntur. Quis verò non miretur, simulque detestetur horrendam istorum impudentiam, qui tantum sibi sumunt in sacrosanctis Euangelij verbis, quò libet, detorquendis, atque adeò in sensus à Christi mente prorsus alienos conuertendis? Vt enim nouum hoc & impurum dogma suum de sola fide iustificante stabiliant ac fulciant, pergunt audacter, quæcunq; illis obsistunt in Scripturis loca, vel quouis prætextu eludere, vel nouis interpretationibus denigrare: tantum vt errorem ascititio quodam colore obduxisset, & imperitis dixisset aliquid videantur. De quibus corruptelis nunc tantum obiter admonemus, ac idcirco Patrum sententias ad veritatem comprobendam missas facimus, vt tantæ rei tractatio, quæ huius instituti propria non est, commodiori loco seruetur.

Aliorum locorum deprauationes ad operum bonorum extenuationem.

Decalogi bonorum operum a Centuriatoribus edito.

Apostolicas traditiones veteres non possunt, quæ operum bonorum commendant.

An Apostoli præcepta omnium viderint ad Decalogum.

2 Ioan. 3.

1 Ioan. 2.

1 Ioan. 4.

1 Cor. 13.

1 Pet. 3.

Luc. 8.

Luc. 11.

Ioan. 14.

a Mat. 23.

b Luc. 14.

Centur. 1.

cap. 4. tit. 125.

a Libri 8.

constit. 5.

postol.

b Li. de tradit. 1. esse En

sebio Eccles.

lib. 1. tit. 3.

c In calisti

et Eccles.

hierar.

d Ad arbitrio

quasi

14. et 15. tit. 118.

e Aduersus

haeres. lib. 1.

ca. 1. et 4.

f 1. Tim. 4.

Cent. 1. lib. 2.

cap. 4. pag. 124.

1. Tim. 3. 4.

et 5.

Tit. 1.

1. Cor. 7.

1. Tim. 5.

1. Cor. 12.

sicut

Episto. 118. ca. 6. ad Tit. nuarium.

1. Cor. 14.

Roman. 13. Hebr. 13.

1. Timot. 1. Roman. 13.

In epistola c. 122 2. Theosal. 2.

Exod. 22. Mat. 23. 1. Cor. 6. Roman. 13. 1. Pet. 2.

Cent. 1. lib. 2. cap. 10.

sicut etiam Augustinus interpretatur. Quid verò attinet, aut quomodo cōsentaneum videri potest, huiusmodi singula, & id genus infinita, quæ pro ratione locorum & temporum Paulus ac Apostoli constituerunt, ad cœrum Decalogi reuocare præceptum? At enim subdoli homines huc spectant, vt verbo scripto nos alligatos esse colligant, adeoq; vix etiam Apostolis licuisse volunt, vt præter legem à Christo acceptam, ipsaq; præcepta decalogi quicquam vel docerent, vel traderent. Atqui Paulus pro Domini mandatis agnosci & obseruari postulat, quæ tùm ipse, tùm reliqui Apostoli, tùm Ecclesiarum præpositi ad ædificationem Ecclesiæ constituisent: nec minorem Ecclesiastico quàm politico magistratui obedientiam per omnia iubet exhibere. Tam verò quàm ineptè, quàm absurdè digerunt catalogum? vt quæcunq; ab Apostolis docentur opera bona, suum in illo locum habeant, & in aliqua decalogi parte constituentur. Scilicet propositum Apostolis fuit, tertio præcepto hæc opera, quæ sequuntur, & ab istis adferuntur, includere: attendere lectioni, incumbere sacris literis, linguis loqui, vigilare contra lupos, administrare Sacramēta, enormiter peccantes excommunicare, excommunicationem adiuuare & approbare, ab impiis & excommunicatis abstinere, lapsos poenitentiam agentes recipere & consolari, orare pro tota Ecclesia, nihil facere secundum propensionem animi, non præcipitare iudicium, nec ad gratiam hominum aliquid facere, tolerare malos, discere Catechismum, probare spiritus, tenere institutiones Apostolorum, infirmos visitare & consolari. Possunt ista alia id genus vel sexcenta cumulare, quæ, vt huius loci propria non sint, sic eadem vel arte, vel audaciâ in quoduis præceptum reiciantur. Equidem sic habendum est, in mentem nunquam Apostolis venisse, vt vel propter Decalogum omnia scriberent, vel ad certum Decalogi præceptum suam doctrinam scrupulosè vellent accommodari. Nec tamen improbamus illorum studium, qui præcipuas bonorum operum partes, & Christianæ obedientiæ quasi normam in Decalogo statuunt, & omnia tùm agēda tùm fugienda referunt ad finem præcepti, legisque plenitudinem charitatem. Ac est vtile sanè, vt secundum regulam geminæ charitatis Dei & proximi primæ & secundæ tabulæ præcepta digerantur, & se ipsum in his quisque moneat per omnem vitam à malo declinare & bonum facere. Sed alia mens est Centuriatorum, qui statim reiciunt ac floccipendunt quæuis opera ipsorum iudicio in decalogo non comprehensa, vel ex quibus nullum commodum ad proximum redit, semperque Dei verbum & decalogum in omni opere bono exigunt. Igitur vt suam insignem malitiam re ipsa testentur, inter alia opera, quæ cum decalogo pugnare, & ab Apostolis damnari fingunt, illorum quoque conatus annumerarunt, qui subteribunt Concilio Tridentino, aut dediti sunt Pont. Max. quem isti roties appellare audent Antichristum, & Babylonicam meretricem. O præclaros Decalogi interpretes, imò nefarios deprauatores, qui sic nobis quartum Decalogi præceptum explicat & obseruant. Quid hoc est aliud, quàm sicut ludas prædixit quosdam esse facturos, dominationem spernere, maiestatem blasphemare, ac illius iniqui, qui supra magistratum omnem efferet sese, & nunc in istis iniquitatis suæ mysterium operatur, satellites & præcursores strenuos agere? Adeò nec seruum Dei præceptum, nec egregium Apostoli Pauli exemplum, nec poena medicis proposita, nec ciuilibus honestatis ratio, nec debita magistratibus reuerentia vlla istos immanes Ecclesiæ hostes permouere potest, quominus principi populi Dei maledicant, ac toti Ecclesiæ qua nihil est charius Christo, petulanter insultent.

De subdolo et sauro consilio Centuriatorum.

Qua & quomodo multa operare ferant Centuriatores ad tertium præceptum Decalogi.

Quomodo ad decalogi reuocari possint opera bona.

Quam impudenter loquantur Centuriatores de Siro, magistro.

Apostoli Christi à Centuriatoribus impudenter taxantur ob opera, quæ sine mandato Dei fecerunt.

AT NIHIL ego miror, hos momos Pont. Max. summoq; Sacerdoti adeò iniquos & infensos esse, qui etiam temperare non possunt sibi, quin aduersus sanctissimos ac diuino spiritu plenos Christi Apostolos impetum faciant, suamque in illos virulentiam euomant. Reperiunt in illis opera, quæ sine Dei verbo atq; mandato, si antiquis rerum Ecclesiasticarum scriptoribus fides habenda est, & ipsi fecerunt, & a credentibus aliis exegerunt. Arguunt igitur Andrea Apostolum, qui dies ieiunij assignasse, & quibusdam hominibus proposuisse scribatur. Arguunt Thomam, quòd Diacono caput tonderit, item septem dierum ieiunia indixerit, & ad omnia crucis signum expresserit: quæ si ab eo facta sunt, res videri volunt superstitiosas. Arguunt Ioannem, quòd

nibus perinde vt Angelis constituit, aut vt obedientes verbo essent, cum ipso & acciperent beatitudinem, eaque fruerentur, aut non obedientes iudicarentur.] Accusant Hieronymum, qui asserat: Non sufficit murum habere fidei, nisi ipsa fides bonis operibus confirmetur.] Et quod rursus velut praesens istorum huiuscuspungens affirmat: Cum Daniël praescius futurorum, de sententia Domini dubitat, dicens: Forsitan ignoscet Deus delictis tuis: rem temerariam faciunt, qui audacter peccatoribus indulgentiam pollicentur.] Accusant Ambrosium, qui doceat: Non serui ad obediendum constringimur necessitate, sed voluntate arbitria siue ad virtutem propendimus, siue ad culpam inclinamur. Et ideo nos aut liber affectus ad errorem trahit, aut voluntas reuocat rationem secuta.] Et rursus: Habemus plura subsidia, quibus peccata nostra redimamus. Non venalis est Dominus, sed tu ipse venalis es: peccatis tuis venundatus es, redime te operibus tuis, redime te pecunia tua: vilis pecunia, sed preciosa est misericordia.] Accusant Chrysostomum, quod sit & ipse immodicus operum humanorum encomiastes, dum ita scribit: Vnusquisque nostrum nulla in re alia spem suam nisi post Dei misericordiam in morum sanctitate constituat.] Et rursus: Non dicimus satis esse solam fidem ad salutem, quod quae de vita saepe in Euangelis dicuntur, ostendunt. Cur enim non dixit: Ipsa est vita aeterna sola? Neque qui credit in Filium solum, habet vitam aeternam, sed in vtroque vitam esse significatur. Nam nisi mores sequantur, sequetur supplicium.] Accusant demum Augustinam à Scripturae sententiis probantem, quod mala opera condemnent, & bona vitam mereantur aeternam. 1. Cor. 6. Galat. 5. Matth. 19. Matth. 25. Tùm alibi docentem, ad regnum Dei recta fide & bonis operibus perueniri. Item quod ita loquatur: Oportet vnumquemque Christianum conscientiae suae habere iudicium, nec conuertat Deum de die in diem differat, nec satisfactionis sibi tempus in fine vitae constituat.] Aequè sunt cãdidi cẽsores Hesychij, Cyrilli, Theodoretij, Paulini, Prosperij, Cassiani, Leonis, Eucherij, Sedulij, Thalassij, Faustij, Saluiani, Primasij, Marci cremita, vt recentiores alios, qui ab istis saepe multumque flagellantur, vltro prætermitamus. Cur enim ego plures, eosque non modò vitæ sanctimonia, sed & doctrinæ præstantia, saepe miraculorum etiam gloria per celebres hoc loco Patres commemorem? quibus nostri Centuriatores, vt illis obtrectent maximè, tamen ne corrigiam quidẽ soluere digni possunt existimari. Itanc gigantes novos hac infelix alit atas? qui simul vt cœlo & terræ se reddant inuisos, aduersus ipsos etiam cœli principes, Ecclesiae lumina, fideique vindices bellum mouent, & quibuscunq; possunt machinis & copiis vndique comparatis, cœlum terramque mitcere conantur. Quid autem in optimis, grauissimis doctissimisque Patribus reprehendunt? quid? sinceram fidei doctrinam, perpetuam Ecclesiae confessionem, ac omnium demum orthodoxorum vbiq; gentium in verbo Dei consensionem. Hi certè inde ab Apostolorum aetate ita senserunt, ita docuerunt, iustificationem hominis à fide initium sumere, bonorum autem operum studio conseruari ac promoueri, tùm charitate, quae vinculum est perfectionis, absoluti: non seruum, sed liberum hominis esse arbitrium, qui nec iustus, nec saluus esse vnquam possit (infantes excipio) nisi volens huc se applicet, & oblatae Dei gratiae sedulo cooperetur, vt qui fide iustus esse coepit, magis magisque operibus per Christi gratiam factis iustificetur, donec tandem iustitiae agone confecto, iustitiae coronam, quae iustus operibus repeditur, à iusto iudice consequatur. Præclarè dictum in Concilio Arausicano: Debetur merces bonis operibus si fiant: sed gratia, quae non debetur, præcedit vt fiant.]

Qui ex posterrone ecclesia scriptores à Centuriatoribus flagellentur, & quoniam de causa.

Bucerus nulli opus bonum agnoscat, nisi charitatis impensum proximo.

VERVM hinc aliud nobis negotium exhibet Bucerus, cum in hunc modum scribit: Bona opera sunt, quae ex bono corde in rem proximi secundum verbum Domini, studio ipsi gratificandi sunt. Nam bona opera in Scripturis non vocantur, nisi quibus proximis bene fit, quaeque illis commodum aliquod adferunt. Et postea: Si corpus castiges, si Deum ores aut benedicas, vel quicquid aliud facis, si non in rem instituat proximo, non est bonum opus. Atque hoc satis quidem crasse Bucerus, qui ne parum Scripturam sacrã & mutilet & laceret, proximi charitatem sic extollit, nihil vt pensi habeat, quid præter hanc exigat Deus, & credentes debeant observare. Exigit autem apud Michæam istiusmodi: Indicabo tibi o homo, quid sit bonum, & quid Dominus requirat à te: vtique facere iudicium, & facere misericordiam, & sollicitè

Cent. 4. ca. 4 pag. 292. In Esaiam, lib. 8. cap. 21. In Daniël cap. 4.

Cent. 4. cap. 10. pag. 116. De Iacob, cap. 3.

Lib. de E. da, & iem. no. Cõ. 5. cap. 4. col. 506. & 504. Homil. 5. in Matth. Hom. 48. in Ioan.

Cent. 5. cap. 4. pag. 307. De peccat. mer. & remiss. cap. 15. Serm. 5. de 3. colossis. Serm. 2. de 2. ascen. Domini.

Cent. 5. cap. 4. pag. 307. De peccat. mer. & remiss. cap. 15. Serm. 5. de 3. colossis. Serm. 2. de 2. ascen. Domini.

Cent. 5. cap. 4. pag. 307. De peccat. mer. & remiss. cap. 15. Serm. 5. de 3. colossis. Serm. 2. de 2. ascen. Domini.

Cent. 5. cap. 4. pag. 307. De peccat. mer. & remiss. cap. 15. Serm. 5. de 3. colossis. Serm. 2. de 2. ascen. Domini.

Cent. 5. cap. 4. pag. 307. De peccat. mer. & remiss. cap. 15. Serm. 5. de 3. colossis. Serm. 2. de 2. ascen. Domini.

Cent. 5. cap. 4. pag. 307. De peccat. mer. & remiss. cap. 15. Serm. 5. de 3. colossis. Serm. 2. de 2. ascen. Domini.

Cent. 5. cap. 4. pag. 307. De peccat. mer. & remiss. cap. 15. Serm. 5. de 3. colossis. Serm. 2. de 2. ascen. Domini.

Cent. 5. cap. 4. pag. 307. De peccat. mer. & remiss. cap. 15. Serm. 5. de 3. colossis. Serm. 2. de 2. ascen. Domini.

Cent. 5. cap. 4. pag. 307. De peccat. mer. & remiss. cap. 15. Serm. 5. de 3. colossis. Serm. 2. de 2. ascen. Domini.

Cent. 5. cap. 4. pag. 307. De peccat. mer. & remiss. cap. 15. Serm. 5. de 3. colossis. Serm. 2. de 2. ascen. Domini.

Cent. 5. cap. 4. pag. 307. De peccat. mer. & remiss. cap. 15. Serm. 5. de 3. colossis. Serm. 2. de 2. ascen. Domini.

Cent. 5. cap. 4. pag. 307. De peccat. mer. & remiss. cap. 15. Serm. 5. de 3. colossis. Serm. 2. de 2. ascen. Domini.

Cent. 5. cap. 4. pag. 307. De peccat. mer. & remiss. cap. 15. Serm. 5. de 3. colossis. Serm. 2. de 2. ascen. Domini.

Matth. 6.

a De perfec. iustitia resp. 17. b In Psal. 42. c Serm. 43. d Serm. 1. de ieiun. decim. mensis. Tit. 2. e In sententiis sect. 11.

Exod. 20.

Luc. 10.

Matth. 22. Luc. 10.

Matth. 16. Eccles. 7.

f Eccl. 30. g Prover. 4. h 1. Cor. 11. i Luc. 18. k Matth. 16. l Ioel. 2. m Galat. 5. n Colos. 3. o Phil. 2. p 2. Cor. 7.

De ciuitat. Dei lib. 21. cap. 27. In Enchirid. dio cap. 70. Homil. 19.

Quaest. 227. in Leuit. lib. 4. f Homil. 10. in Matth. 1. Lib. 50. bonitatum, bon. Sir. In Epitome diuin. de cre. li. 5. c. de penitent.

sollicitè ambulare cum Deo tuo. Vides igitur tria quaedam nobis praescribi, nec solam sufficere charitatem, quae proximo exhibeatur. Quin Christus ipse, vbi de bonis operibus in monte docet, triplex illorum genus ostendit, videlicet ieiunium, eleemosynam & orationem, ac de singulis illis ordine differit, vt quae ad veram Christianamque iustitiam spectant, rectius intelligantur. Ieiunium autem hoc loco pro vniuersa corporis castigatione accipit: eleemosynis omnem benevolentiam ac beneficentiam proximo debitam: oratione demum omnes sancti desiderij regulas comprehendit. Sic enim Augustinus praeclearam illam Christi cõcionem interpretatur, ac praeterea docet, iustitiam hominis in hac vita ieiunium, eleemosynam & orationem rectè censeri. Per haec tria stat fides, constat deuotio, manet virtus, si Chrysolologo credimus: horum trium obseruatio, sicut Leo scribit, omnium virtutum comprehendit effectus: per haec etiam efficitur id quod Paulus admonet, vt sobriè, iuste & piè viuamus, & quae nobis ipsis, quae proximo, quae Deo debemus, vt etiam Bernardo visum est, officia Christiana praestemus. Quam igitur vanum ac prorsus ridiculum debet existimari, quod Bucerus nobis persuadere conatur, in bonis operibus nihil esse, nisi quod in rem proximi cedit, illique commodum adfert? Alia certè sunt opera, quae priori tabula praescribuntur, quam quae posteriore docentur, longèque perfectiora sunt, quae ad patriam propriamque Deicultum, quam quae ad solum proximi beneficium spectant. Hinc Christus Magdalena otium, quod cum veræ pietatis otio coniunctum erat, velut optimam partem commendat, multoque minus Marthae tribuit, licet haec in beneficentia egenis exhibenda penitus versaretur, & plena esset hospitalitatis. Diligendus est vtiq; proximus, sicut lex non modò diuina, sed etiam naturalis dicitur, barbarisque persuadet. Multò magis autem diligendus est Deus, & omnium hominum potius abiicienda cura, quam vt vel ille offendantur, vel vera pietas cum salute animæ deseratur. Quid enim prodest homini, si vniuersum mundum lucretur, animæ verò suae detrimentum patiat? Vnicuique Deus mandauit de proximo suo, sed haud minus etiam de seipso, vt nimirum sicut Scriptura discretè flagitat, misereatur quisque animæ suae placens Deo, vt homo cor suum omni cura custodiat, vt seipsum iudicet, humiliet, abnegetque, vt ad Dominum conuertatur in toto corde, in ieiunio, fletu & planctu, vt crucifigat carnem suam, & mortificet membra sua cum vitis & concupiscentiis, vt suam ipsius salutem cum timore & tremore operetur, vt denique mundet seipsum quisque ab omni inquinamento carnis & Spiritus, sanctificationem in timore Dei perficiens. Quis verò non intelligat haec aliaque id genus iustitiae officia, quae verbum Dei à nobis requirit, opera quidem bona sanctis que familiaria esse, sed ad charitatem proximi non pertinere? Quid an auctore Bucero vetus error, qui iam pridem sepultus erat, in lucem reuocabitur, vt credant homines, quomodocunque demum viuant, misericordiam in egenos collatam sibi esse satis ad vitam consequendam aeternam? Confutauit hunc errorem Augustinus, & ita quidem, vt simul Buceri doctrinam à pãse videatur.

Triplicem genus bonorum operum à Christo & Patribus traditur.

Opera secundum primam tabulam facta praestant alia quae respiciunt secundam tabulam.

Totumque vita & doctrina Buceri conuincit erroris.

Durior penitentia post Baptismum quam antea necessaria.

ATQUE vt ad nostrum Ioannem redeamus, qui vel solus Bucerum coarguat, quam multa is, & quam praecleara in suo deserto fecit? quibus tamen proximi utilitatibus non inferniuit, cum nempe corpus suum abstinentia maceravit, cum in precationibus & vigiliis perstitit, cum ab omni hominum conspectu remotus, sibi soli Deoque vacauit. Quid autem omnino Ioannis tùm vita, tùm doctrina magis ostendit & inculcat sapius quam illud: FACITE fructus dignos poenitentiae? Ac latè quidem hi fructus patent, pluraque continent opera, quam quae moralia dicantur, vel quae ad solam proximi charitatem referri queant. Vt enim de his propriè dicere pergamus, quid sunt digni poenitentiae fructus aliud, nisi quemadmodum Basilius docet, ac Hesychius confirmat, opposita peccato opera iustitiae, quae poenitentiam agens etiam non iustus debet exercitare; aut sicut Chrysostomus dicit, peccatis aduersa facere? Cum verò alia sit poenitentiae ratio, quae ante Baptismum catechumenis, & quae à Baptismo relapsis conuenit, sicut confirmat etiam Augustinus, durior est illa quidem, quam à baptizatis tùm diuina iustitia, tùm Ecclesiastica disciplina exigere solet. Quare sic Theodoretus scriptum est: Sunt medicabilia etiam quae post Baptismum sunt vulnera: medicabilia

autem non ut olim per solam fidem, data (in Baptismo scilicet) remissione, sed per multas lachrymas, & fletus, & luctus, & ieiunium, & orationem, & laborem commissi peccati quantitati temperatum. Qui enim non sic affecti sunt, eos nec admittere quidem didicimus, nec diuina sunt eis manu impartienda. Nolite, inquit, dare sanctum canibus, nec margaritas porcis. Has habet Ecclesia leges de poenitentia. Vt hinc recte quidam inter aquae & lachrymarum Baptismum distinguant, & quam nos poenitentiam vsitate dicimus, laboriosum Baptismum appellent, sicut post Gregorium Theologum docuit Damascenus. Quo minus admirari conuenit, quod Cyprianus in Ecclesia poenitentes saepe multumque commonefacit, vt operationibus iustis Deo satisfaciant, & delicta redimant, & vulnera lachrymis abluant, & misericordiae meritis peccata purgent, idque multis e verbo Dei repetitis sententiis confirmat & illustrat. Nec aliter e Scripturis docent Gregorius Nazianzenus, Ambrosius & Eusebius Emisenus. Vtget rem eandem Augustinus, & recte fieri testatur, vt constituantur ab his, qui Ecclesiae praesunt, tempora poenitentiae, vt fiat etiam satis Ecclesiae, in qua remittuntur ipsa peccata. Neque aliud voluit Paulus, cum istiusmodi poenitentiae genus commendaret, quod cum sollicito timore, cum ira & indignatione contra peccatum, neque solum cum spe veniae, sed etiam cum aemulatione & vindicta coniunctum esset. Quare si vim propositae sententiae, quae semper sonare debet in Ecclesia, rite consideremus, huc nempè Baptista spectat, hoc docet ac praecipit, vt homines non modò se peccatores, & ira Dei benè dignos agnoscant, verum etiam nihil intentatum relinquunt, quod ad conciliandam sibi Dei gratiam facere videatur. Atque huc pertinet, vt fidem in Deum cum primis exerceat, eumque & summè bonum, nec minùs iustum, ac aequè fidelem intueantur. Cum porro sit adeo benignus, de illius misericordia non est cur desperent, cum iustus, maiestatem tantam quae fontes meritò plectit, reuerentur ac timent: cum fidelis, quendam iustitiae zelum hominum sit propter poenitentiam dissimulaturus, ac seriò poenitentibus mala omnia condonaturus, simulque bona maxima elargiturus. Nam verè dictum est illud: Altissimus odio habet peccatores, & misertus est poenitentibus. Proinde Ioannes, vt apud suos auditores perfectum poenitentiae doctorem agat, non est contentus, Christum agnum Dei & veram pro peccatis hostiam illis commendare; sed iubet etiam quemque sua crimina secum ipso reputare, & illorum pudore suffundi, tristisque dolore affici, nullam vt ex re alia molestiam & solitudinem tantam capiat, quantam ex hac tristissima recordatione, quod in diuinæ maiestatis iniuriam toties & tam multa cogitauerit, dixerit, fecerit, eiusque sanctissimas leges tam nefarie violauerit. Caterum vt de his omnibus moneat, verosque dolores lapsis exprimat, & ferreos animos ad perfectam conuersionem inflectat, quid quae breuius & aptius dicere poterat, quam illud: Poenitentiam agite? & quod adhuc est absolutius: Facite fructus dignos poenitentiae? Vbi non qualemcunque animi mutationem, nec solam resipiscentiam intelligit, quae sine graui quidem cruciatu, ac studij tantum correctione peragi potest, vt qui errauit, saniozem sententiam amplectatur, & qui lapsus est, ad meliorem frugem sese conferat. Quam verò Scriptura μετανοειν appellat, haec non solam consilij mentisque mutationem includit, sed etiam dolorem, siue, vt Paulus dixit, tristitiam, quae secundum Deum est, velut indiuiduum comitem postulat, vt homo seipsum abneget, totusque mutetur, sicut Ambrosius docet. Nec obscure loquitur Augustinus: Poenitentia est quaedam dolentis vindicta, puniens in se quod dolo commisit. Et iterum: Poenitere est poenam tenere, vt semper in se puniat vlciscendo, quod commisit quis peccando. Recte igitur Basilius Magnus Ioannis verba sic interpretatur, vt inde concludat, poenitentibus ad salutem non esse satis, si à peccatis tantummodò recesserint, sed eis opus esse, fructus vt poenitentia dignosferant.

Quod quum ita sit, falsò & pestilenter docent noui Theologastri, commissorum criminum poenitentiam, vel vt veteres vocant, satisfactionem non esse lapsis necessariam: imò & confidenter affirmant, vulgi que sermone tritum esse fecerunt, resipiscentiam

Poenitentia Baptismus laboriosus.

Quomodo paulatim ad poenitentiam homo perducatur ex doctrina Ioannis.

Quanta sit poenitentia apud Deum.

Vt Ioannes ostendat se perfecti poenitentiae doctorem.

Nò qualifungit poenitentia postulat à Ioanne.

Quomodo μετανοειν in Scripturis accipitur.

Quid poenitentia sit proprie.

Poenitent plus esse quam resipiscentiam nominamus.

Matth. 7.

a Orat in sancta lumina. b Lib. 4. or. theodox. fidei cap. 9. c De opere & elemosina. d In orat. de fomentis pauperib. e Li. ad virginem lapsum cap. 8. f De Elia & ieiunio cap. 20. g Hom. 5. ad monachos. g In enchir. cap. 65. 2. Cor. 7.

Sapient. 11.

Ecclesi. 12.

Ioan. 2.

Matth. 3. Marc. 1.

2. Cor. 7.

Li. 2. de poenitentia. Hom. 50. in li. 50. homel. In Moralib. cap. 4.

centiam nouamque vitam, optimam poenitentiam esse. Atqui cum Ioannes & Propheta de poenitentia concionantur, integram hominis conuersionem requirunt, vt is hypocrisis & securitate falsa deposita, se coram Deo reum statuat, nec solum ab omni errore & via mala discedat, viam autem bonam ingrediatur, sed etiam videat, quam amarum sit, summum illud aeternumque bonum reliquisse: praeterea vt in amaritudine animae recogitet dies & actus suos: ad haec vt seueri iudicis, adeoque tortoris personam induat, ac poenas de seipso sumat. Cuiuscemodi poenitentiae fructus, opipidò quam luculenter si quisquam alius, certè rex Dauid ostendit, cum post peccatum admissum à diuinis iudiciis timet, cum gemens manducat panem, & cum fletu miscet poculum suum, cum lectum suum lachrymis rigat, cum humiliat in ieiunio & cilicio animam suam, cum iniustitiam suam aduersus se Domino confitetur, cum pro peccato suo sollicitè cogitat & illud aduersus se semper statuit, cum paratus est in flagella, & dolor eius ob oculos perpetuè versatur, cum denique imbres aquarum profundit ex illis oculis, qui legem Dei non custodierunt. Vnde nihil mirum, quod Patres hoc Dauidis exemplum saepe commendent, & poenitentiae illius opera iubeant obseruari, praesertim Ambrosius, Hieronymus, & Angelomus. Satis nunc erit, ex Chrystomo & Saluiano pauca quaedam repetiuisse. Sic igitur ille: Dauid postquam duplex vulnus accepit, mox ad medicum conuolauit, & diuersa medicamenta festinus apposuit, ieiunia, lachrymas, luctus, preces & indefessam peccatorum confessionem: ac sic per ista, placato Deo, veniam meruit, & ad priorem dignitatem rediit. Saluianus autem ita de Dauide docet: Agnoscit reus culpam, humiliatur, compungitur, confitetur, luget, poenitet, gemmas regias abdicat, crepantia auro textili indumentis deponit, purpura exiit, diademate exoneratur, cultu & corde mutatur, totum regem cum ornatibus suis abiicit, prouidum poenitentem cum patrocinio ambitiosi squaloris assumit, ieiunio extenuatur, ariditate siccatur, steru effunditur, solitudine carceratur. Et tamen rex tanti nominis sanctitate maior quam potestate, praerogatiuis meritorum antecedentium supereminens, cum tanto habitu supplicet, non euadit: & hic tantus, tam grandis fructus poenitentiae est, quod aeternis quidem piaculis non adiicitur, sed in praesenti tamen veniam non meretur. Nam vt idem subiungit: Secura est arumnarum longa series, atque à domo Dauidis iugis admodum malorum continuatio non recessit. Nec fieri sanè potest, quin vbi Ioannis concio diligenter auditur, & Evangelica poenitentia vim suam in corde, sicut in Dauide Propheta, explicat, illic homo post peccatum admissum onus illius grauius sentiat, & iratum iudicem Deum spectet anxius, & luctum quendam, sicut mater super mortem vnigeniti sui, assumendum sibi putet, sibi que prorsus irascens, cum filio prodigo & publicano se mirum in modum demittat, velut indignus qui caelum aspiciat, & inter Dei filios recensatur. Igitur ad quarendum Dominum totus, id est, toto corde, & tota tribulatione animae suae, simulque in ieiunio, fletu & planctu, conuertitur, quemadmodum de poenitentia Moyses & Ioel concionantur.

Quae propterea visum est pluribus explicare, partim vt vsum & effectum verae poenitentiae cognoscamus, qui hodie, proh dolor, parum intelligitur, minùs exigitur, minimeque praestatur: partim vt Ioannis concio rectius accipiat, qui tam multa breui oratione conclusit. Cum enim fructus dignos poenitentiae postulat, monet ebriosos, non solum à temulentia se continere, sed etiam abstinencia & ieiunio superioris vitae delicias castigare: monet auaros, anteaquam tenacitatem singulari quadam in pauperes liberalitate compensare: monet impudicos, domandae & macerandae carni tantò plus operae studii que tribuere, quo grauius accitius foedis libidinibus sese conspurcauerunt: monet demùm flagitiosos omnes, eò studiosius exhibere membra sua iustitiae ac sanctificationi, quò flagitiosius eadem membra seruire immunditiae & iniquitati ad iniquitatem exhibuerunt. Rectè igitur Ioannem & audiuit, & intellexit illa Paula nobilis vidua, sed in Romanis nutrita delitiis, quae vt dignos poenitentiae fructus à seipsa exigeret atque praestaret, has sibi leges praescripsit: Turpanda est facies, quam

Matth. 3. Hierem. 18. Exech. 18.

Hierem. 2. Esai. 38. 2. Cor. 11.

Psal. 118. Psal. 102. Psal. 6. Psal. 34. Psal. 37. Psal. 37. Psal. 118. Psal. 118.

a In apologia Dauidis ca. 4. & 6. b In epistaphio Fabriola. c In 2. Reg. 12. d Ad Theodorum monach. epi. 6. Li. 2. de prouidentia Dei.

Hier. 6. Luc. 15. & 18.

Deut. 4.

Ioel. 2.

Rom. 6.

Hieron. in epistaphio Paula.

Dauid dignos esse fructus poenitentiae.

De Dauidis miranda poenitentia.

Quomodo ex concione Ioannis ostenditur verus poenitentia conueniatur.

Quos comprehendat sententia generalis: Facite fructus dignos poenitentiae.

Paula Romana fructus poenitentiae dignos fecit.

lum interioris poenitentiae symbolum edant, nullam faciant Sacerdoti exomologesin, fructus poenitentiae dignos nullos proferant, nullumque absolutionis beneficium in vera Ecclesia vel petant unquam, vel impetrent. Contritionem vero nescio ad quos pavores & terrores intolerabiles conscientis incusos referunt, timorem vero servilem intelligunt, eosque terrores tam piis optimè sibi consciis, quam impiis immani peccatorum mole grauatim tribuunt, & aequalem propemodum poenitentiae rationem ab utrisque postulant, nec Evangelicam poenitentiam ab ea, quae fuit olim in veteri Synagoga, distinguunt. Alicubi retinent umbram veteris quidem exomologesin, aut potius cuiusdam catechesis imaginem representant, & simulant poenitentiam, cum novi ministri per quaestiuiculas aliquot explorant accedentes, eosque duntaxat simpliciores, quibus manus imponunt, & nescio quibus verbis absolutionem, siue ut vocant, euangelij annunciationem impertiunt. Mirum verò, quanto opere hoc absolutionis genus isti iactent, quantumque pacis & tranquillitatis exactioe illa promittant conscientis, cum credunt scilicet homines, vocem Euangelij & gratiae promissionem ad se pertinere, certoque statuunt se à peccatis omnibus coram Deo absolutos esse. At humana haec est cogitatio sine verbo Dei, ut rectè iudicauit Bucerus: nec fieri potest, ut potestas clauu Ecclesiae, quam in hunc modum nunquam adhibuit antiquitas, illis opituletur, qui nec agnoscunt quidem vel ordinis, vel poenitentiae Sacramentum. Grauitè sanè monet Cyprianus, & obseruat etiam Ecclesia, ut pax illis detur vel absolutio, qui de Ecclesia Domini non recesserunt, ac poenitentiam non solum interiorem, sed etiam exteriorè agere non detrectant. Tùm idem alibi docet, ad communionem admittendos non esse nisi poenitentes, qui fecerint exomologesin, illisque manus à Sacerdotibus imposita fuerit: id quod etiam circa morientes iubet obseruari: eos verò dicit frustra sibi blandiri, qui pacem cum Sacerdotibus non habentes, ad sacram communionem irrumpunt. Verùm de his plura dicere ut longum sanè foret, ita hoc loco minùs esse necessarium arbitramur.

IAM VERÒ sicut arbor differt à fructibus, sic poenitentiam à fructibus eius bonis & dignis differre necesse est. Ioannes quia non contentus est arbore sola, certoque intelligit, in horto Ecclesiae arbores plerasque steriles inueniri, idcirco fructus arbore dignos & coelesti agricolae gratos exigit, exteriorèque poenitentiam cum interiore, hoc est, fructus bonos & integros cum arbore non mala, coniunctim reddi iubet ab his, qui Deum grauitè offenderunt. Quare non fat habet monuisse, ut omnis arbor bona, si aigne gehenne se velit liberam conferuare, fructum bonum faciat: quod satis quidem videri poterat, si fructus Spiritus, & virtutum quarundam officia, seu praecipua duntaxat moralia iniungere voluisset. Hoc verò prudenter adiunxit, & necessariò quidem: Poenitentiam agite, & quod maioris adhuc est ponderis, Facite fructus dignos poenitentiae. Ut enim nõdum regeneratis ad remissionem peccatorum Dei gratiam consequendam Baptismus est necessarius, sic post Baptismum lapsi egent prorsus poenitentia, frustra que virtutibus aliis vacant, nisi primùm per poenitentiam, veluti secundam post naufragium perditae gratiae tabulam, ut Tertullianus, Pacianus, & Hieronymus vocant, Deo & Ecclesiae reconcilientur. Sunt fructus quidam Spiritus, quos Paulus recenset, sed hi nihil ad fructus poenitentiae, quos idem Paulus à Corinthiis, & Petrus à Simone Mago postulabant. Fructus Spiritus, qui Galatis traduntur, mirabiliter in illis apparent, qui post Christum ad caelos assumptum primitias Spiritus acceperant, & nascentem primùm Ecclesiam suae virtutis & inculpatae conuersationis odore suauiissimo reficiebant. His opus non erat conuisione Ioannis: Facite fructus dignos poenitentiae, cum ex illorum iustorum essent numero, de quibus dixit Manasses, quòd illis non posuerit poenitentiam Deus, & quos Christus ipse nominat iustos poenitentia non indigentes. His necessarium non est corda scindere, ad poenitentiam contritari, & opera poenitentiae digna facere, sicut Ioel & Paulus postulant: sufficit autem illis haec adhortatio generalis: Estote imitatores Dei, sicut filij charissimi, & ambulate in dilectione. Tùm illa: Bonum facientes non deficiamus, tempore enim suo metemus. Et quod ab eodem Paulo alibi dictum est: Veritatem facientes in charitate, crescimus in illo per omnia, qui est caput Christus. Falluntur ergo &

Dei exterioris poenitentiae apud Sacerdotes.

Fallax est confessio, quam notatores ex absolutione sibi et suis pollicentur.

Ad veram absolutionem obtinendam necessaria.

Ioannes non solum bonos fructus arboris, sed et dignos poenitentiae fructus exigit.

Prorsusque Sacramentum Baptismi et poenitentiae necessarium.

Poenitentia est altera post Baptismum tabula. Alii fructus poenitentiae quam Spiritus.

Iusti non indigent poenitentia.

In 3. c. Matt.

Lib. 1. ep. 2. ad Cornel.

Lib. 3. ep. 16. et 17.

Lib. 4. ep. 9.

Matth. 3.

a. Li. de poenitent.

b. Epist. 3. ad Sympristianum.

c. In cap. 3. Esai.

Galat. 5.

2. Cor. 7.

Actor. 8.

Rom. 8.

In oratione.

Luc. 15.

Joel 2.

2. Cor. 7.

Actor. 26.

Ephes. 5.

Galat. 3.

Ephes. 4.

go & fallunt isti, quòd loquentes de poenitentiae fructibus, contra Scripturam morem Patrumque sententiam, misceant cum illis fructus iustitiae ac operum, quae tam iustis quam iniquis sunt necessaria, quodque inter poenitentes fructus, & vitae nouitatem, quae virtutes omnes continet, siue nouam, ut illi vocant, obedientiam, nihil omninò discriminis ponant.

NIMIRVM si reuocamus in mentem, quod semper tradidit Ecclesia, hoc sibi proprium habent poenitentiae fructus, ut initium sumant ex grauioris peccati iam antè commissi odio ac detestatione, quoniam summum illud ac sempiternum bonum Deus fuit offensus, quem offendisse summa hominis iactura, summum periculum, ipsaque damnatio est: quam obrem summus dolor in peccantis animo iure concipitur & retinetur. In eum verò respiciunt finem hi fructus, ut qui peccauit, ad conciliandam sibi Dei offensi gratiam seipsum iudicet, & poenas de seipso sumat, tantò seipsum castigas seuerius, quò maiore & saepius repetito crimine maiestatem illam diuinam offendit, seque damnatione digniorem reddidit. Meminit enim Paulinae sententiae: Si nos ipsos diiudicemus, non utique diiudicemur. Tùm Augustini dictum sequitur: Maiorem quisque in se seueritatem debet exercere, ut à se ipso iudicatus non iudicetur à Deo. JA quo non est alienum, quod Chrysologus dixit: Pro modo vulneris, modus est adhibendus medicina. J Quodque ante illum docuit Tertullianus: In quantum non peperceris tibi, in tantum tibi Deus, crede, parcat. J Aut si quis mauult audire Ambrosiũ: Grandi plagae alta & prolixa opus est medicina: grande scelus grandem habet necessariam satisfactionem. Peccator si sibi non pepercit, à Deo illi parciatur. J Ceterum aliae virtutes, ut fides, charitas, obedientia, neque hoc initium, neque similem exitum fortiuntur: nõ sicut poenitentia, circa peccati detestationem ac excisionem abolitionemque versantur, non tam acerbos dolores expriment, nec eiusmodi carnis castigationes requirunt, & fines longè alios habent sibi praefixos atque circumscriptos. Quis ergo non videat, huc propriè non posse referri nouam obedientiam, quam Centuriatores per dignos poenitentiae fructus explicant, ut accepta nimirum libertate (sic enim loquuntur) postea opera Deo grata facere incipiamus. Fortasse quòd Ioannes peccatoribus dixit, etiã ad sanctos angelos referri voluit, ut qui opera semper Deo grata faciunt, etiam poenitentiam agere, & fructus poenitentiae dignos producere simul videantur. An verò Ioannes ipse, quantumuis innocens, & Spiritu sancto inde à matris utero plenus, idemque in gratia confirmatus, ut Theologi docent, an inquam, cum nulla esset peccati labe contaminatus, ut antea probauimus, ad agendam poenitentiam astringebatur? Quid porro de Apostolis dicam? ridiculum erit planè, si illos, postquam in Spiritu sancto baptizati, vocationi suae pro dignitate respondere coeperunt, & suaue Domini iugum alacritate magna portandum susceperunt, ad poenitentiae laborem reuocandos fuisse putemus. Quis demùm peritus unquam in Scripturis legit, vel à Patribus accepit, vel rationi ac veritati consentaneum esse duxit, iustis & sanctis qui ambulat in via Domini immaculati, suntque bonus Dei odor in omni loco, coram Deo & hominibus bona prouidentes, poenitentiae legem imponendam, & eius opera à talibus exigenda esse? Piorum quidem hoc omnium est, & semper esse debet proprium, ut spiritu mentis magis magisque renouentur, ut in vitae nouitate ambulent, ut de virtute in virtutem progrediantur, ut in anteriora seipsum extendant, ut excellentiora charismata petant, quarant, æmulentur. Hic illorum quotidianus est cursus, hic assiduus perpetuusque labor, haec summa contentio: nec possunt hinc modum vel finem facere, sed sine modo, sine fine amant, petunt, quaerunt, pulsan, quoad Christum sponsum, qui ipsis est omnia in omnibus, integrè tandem comprehendant. Quis verò sic desipiat, ut haec piorum & sanctorum studia, desideriaque cum illis conferat laboribus & doloribus, quos meritò ferre debent flagitiosi, superbi, inobedientes, & quos Paulus^a voluntariè peccantes nominat, quorum sortem miserabilem & ipse^b deplorat, & quibus alius Apostolus dixit: ^c Miseri estote, & lugete, & plorate: risus vester in luctum conuertatur, & gaudium in moerorem. Ut enim Deo & Ecclesiae reconcilientur, qui Deum & Ecclesiam enormiter publiceque offenderunt, certa quaedam poenitentiae disciplina sanctaque seueritas necessariò constituenda est. Igitur longè aliud est poenitentia, quae pro admisis criminibus non solum à

Quid propriè ad poenitentiam eiusque fructus pertineat.

Quomodo Patres de satisfactione loquantur.

Poenitentia fructus, non obedientia fructibus non rectè explicantur.

Non confundenda officia iustorum & poenitentium.

Apostoli & Seruasti ad opera poenitentiae non astringuntur.

Spiritalis profectus à praeuentione non poenitentia.

Durior causa est relapsorum poenitentium, quam iustorum profectuum.

1. Cor. 11. Hom. 50.

Li. de poenit. Ad Virg. lap. sam. ca. 8. Ser. 176.

Cent. 1. lib. 3. pag. 123.

Matth. 11.

Psal. 118. 2. Cor. 2.

Ephes. 4. Rom. 6. Psal. 33. Philip. 3. 1. Cor. 12.

Matth. 7. Luc. 11.

a. Hebr. 10. b. Philip. 3. c. Iacob. 4.

Ioanne, sed ab Ecclesia quoq; docetur & exigitur, vt fructibus dignis cōprobetur: aliud autem noua vita & obedientia, quam iusti etiam sine crimine & sine querela viuentes, quotidie meditantur, & præstare vltro student, vt suæ nimirum vocationi satisfaciât, & acceptam gratiam augeant, ac demùm ex iustis iustiores Deoq; gratiores fiant.

NEQVE aliter sanè Patres hoc Ioannis dictum intellexerunt, vt verbis illorū adductis planum facere non est operosum. Gregorius Magnus, quem sequitur Beda, Ioannis dictum sic explicat: Notandum est, inquit, quod amicus sponsi non solum fructus pœnitentiæ faciendos admonet. Aliud namq; est fructum facere pœnitentiæ, aliud dignū pœnitentiæ fructum facere. Vt enim de pœnitentiæ dignis fructibus loquamur, sciendū est, quod quisquis illicita non cōmisit, huic iure conceditur, vt licitis vtatur, sicq; opera pietatis faciat, vt tamen si voluerit, ea quæ mundi sunt, non relinquat. At si quis in fornicationis culpā, vel fortassis quod grauius est, in adulterium lapsus est, tantò à se licita debet abscindere, quantò se meminit & illicita perpetrāsse. Neq; enim par fructus boni operis esse debet eius qui minùs, & eius qui amplius deliquit: aut eius qui in nullis, & eius qui in quibusdā facinoribus cecidit, & eius qui in multis est lapsus. Per hoc ergo quod dicitur: Facite fructus dignos pœnitentię, vniuscuiusq; conscientia cōuenitur, vt tantò maiora querat bonorū operū lucra per pœnitentiā, quantò grauiora sibi intulit damna per culpam. Ac idem Gregorius alibi docet, tria esse in homine pœnitente cōsideranda, mentis conuersionē, oris confessionem & peccati vindictā. Hanc verò tertiam pœnitentiæ partem, quasi medicinā necessariam esse dicit, vt apostema reatus, quod conuersione compungitur, & confitendo purgatur, afflictionis medicina sanetur: signūq; veræ conuersionis non esse in ore confessionis solum, sed etiā in afflictione pœnitentię. Tunc namq; inquit, benè conuersum peccatorē cernimus, cū digna afflictionis austeritate delere nititur, quod loquendo confitetur. Atq; hūc applicat superiorē Ioannis sententiā, eamq; pluribus explicat, docens nimirum cōfessionem peccatorū sine dignis pœnitentię fructibus homini pœnitenti ad salutem haud satis esse posse. Nec aliter sanè Ioannis verba intelligit Augustinus, cū in hunc modū scribit: Sunt digni fructus virtutū, qui non sufficiunt pœnitentibus: pœnitentia enim grauiora postulat. Vbi affirmat, pœnitentē à multis licitis abstinere oportere, qui per arbritij libertatē pleraq; commisit illicita. In quam sententiā dixit etiam Angelomus: Cogitandum summopere est, vt qui se illicita meminit cōmisisse, à quibusdam etiam licitis studeat abstinere, quatenus per hoc cōditori suo satisfaciât, vt qui cōmisit prohibita, sibi metipso abscindere debeat etiam commissa: & se reprehendat in minimis, qui se meminit in maximis deliquisse. Tractat & Ambrosius, quale sit medicamentū pœnitentiæ, & qualiter conficiatur: peccatum videlicet exculpando, vt ille loquitur, per cōfessionem, ac deinde multa humilitate plangendo peccata, fructusq; dignos faciendo pœnitentię. Tūc alibi pronunciat: Qui pœnitentiā agit, offerre se debet ad pœnā, vt hūc puniatur à Domino, nō ad supplicia futura seruetur: nec expectare tempus, sed occurrere diuinæ indignationi. Suffragatur Christianus Druthmarus, non ita recens autor, præsentem locum sic explicans: Fructum dignum pœnitentiæ facere, est præterita mala fletibus punire, & bona è contrario agere, & malè commissa eleemosynis redimere. Eodem spectat quod Cyprianus affirmat, pœnitentiā non peragi, si suis fructibus spoliatur. Eiusmodi fructus esse dicit impensius rogare, diem luctu transigere, vigiliis noctes ac fletibus ducere, tempus omne lachrymosis lamentationibus occupare, stratos solo adhærere cineri, in cilicio & sordibus volutari, iustis operibus incumbere, quibus peccata purgantur. His Pacianus & Hesy chius planè consonant.

PRVDENS interim omitto, quæ hūc spectant exempla publicè pœnitentium, vt Theodosij apud Ambrosium, Fabiolæ apud Hieronymum, & eorum qui veram fidei confessionem deseruerant apud Cyprianum & Pacianum. De modo huius pœnitentiæ, quàm vetus Ecclesia seuerè postulabat, & magno multorum commodo in vtu frequenti habebat, passim meminerunt Canones Conciliorum: admoget etiam præter alios Petrus Alexandrinus, Gregorius Neocæsariensis & Sozomenus. Eodemq; pertinet exomologesis illa Ecclesiæ perquam vsitata, cui luculentum testi-

Patrum interpretatio de dicitur: Facite fructus dignos pœnitentiæ.

Aliud est facere fructum, aliud dignū pœnitentiæ fructum facere.

Pœnitentia modus ante actis peccatis debet responderi.

In homine pœnitente tria cōsideranda intra Gregorium.

Satisfactio quæ habetur officium pœnitentiæ.

Pœnitentia fructus virtutis quæ sunt aliorum virtutum.

Hom. 20. in Euangelia. V. in Lucam li. 1. ca. 2.

In. Reg. lib. 6.

De Verbo fidei pœnitentiæ cap. 23.

In. Reg. cap. 23.

In cap. 4. Epistolæ ad Titum. In Psal. 77. circamiserunt.

In 3. cap. Marth. Lib. 4. Epistolæ ad Romanos de lapsu. 2. Epistolæ ad Symphonium.

* Li. 1. in Leuitico c. 5. & 2. c. 16. c. Li. de delictis Theodosij Imperatoris. d. in Epistolâ Phis Fabiola.

c. Li. de lapsu.

c. Li. de pœnitentiâ & confessione. In canonibus.

h. in Epistolâ canonica, i. Epistolâ. li. 9. ca. 35.

testimonium præbent cū alij veteres, tum Tertullianus, Origenes & Leo: aperteque docent, vt pœnitentes ingenuè seipso accusent, & peccati virus confitendo euomant, suosq; morbos Sacerdoti medico fidenter exponant, si satisfactionem & peccatorum remissionem sibi cupiant esse salutarem. Vnde illud etiam intelligi potest, nouatores à vero Euangelij sensu, veraque & salutari pœnitentiæ doctrina plurimum aberrare, qui non solum publicæ, sed & priuatæ, vt sic dicam, pœnitentiæ vsum & fructum è medio tollunt. Nec sunt isti dissimiles quidem, quinimò deteriores Audianis, qui cōfessionem peccatorum exigebant à pœnitentibus, & confessis remissionem peccatorū donabant, sed sinebant tamen in confessione præcipua peccata celari, & minora tantum recitari, nec leges Ecclesiasticas in satisfactione obseruabant, quæ confitentibus solent iniungi, sicut indicat Theodoretus.

VBI NE cuiquam tergiuerfandi vel calumniandi pateat locus, ita nos de satisfactione cum Patribus loquimur, ita intelligi volumus, certum vt semper firmumque maneat, commissam culpam, & sicuti vocant, æternæ damnationis reatum, operibus nostris, vel qualicunq; hominum etiam sanctissimorum satisfactione neutiquam aboleri. Tantum enim gratiæ non nisi Dei misericordiæ, qui propter se humanas delet iniquitates, & Christi meritis, qui est pro peccatis nostris ac totius mundi propitiatio, semper & vnicè fert acceptum Ecclesiæ, nec sustinet vllis operum nostrorum meritis remissionem peccatorum adscribi, aut vt culpa & mors æterna his redimi censatur. Igitur quod Ioannes dixit: Sanguis Iesu filij eius mundat nos ab omni peccato, tam in confessione Baptismatis, quàm in clementia pœnitentis, id est, in pœnitentiæ Sacramento, accipiendum esse, quotquot gratia Dei sumus Catholici, cum Hieronymo constanter asseueramus. Verum Dei gratiam, qui iustificat, & Christi sanguinem, qui mundi est precium, sic illustrari dicimus, cū grauioris peccati sibi conscius homo, Christi amore & peccati odio adductus, illatam Deo iniuriam in seipso vindicat, cū Christi ieiunantis, & multiplicem crucem vltro subeuntis sectatur exemplum, cū Sacramentorum ministris secundum disciplinam Ecclesiasticam se iudicandum subiicit, cū priorem superbiam interiore simul & exteriori humilitate castigat, cū intermissum Dei cultum zelo quodam iustitiæ sibi velut iratus instaurat, cū neglectū pietatis officium contrario serioq; studio pensat, cū amissas animi dotes noua sedulitate recuperare contendit, cū inflata conscientia vulnera medico etiam acrioribus quibusdam pharmacis curada permittit, cū meritas peccatorum pœnas (de temporariis loquimur) seipsum iudicando & puniendo deuirat ac amolitur, cū deniq; diuino spiritu & duce & impulsore sibi, & carni, & mundo, & cupiditatibus omnibus acre bellum indicit, corpusq; & animum simul ad omnem patientiam & humilitatem componit atq; assuefacit. Vtique satisfecit pro nobis Christus, cuius sanguine sacrosancto conscientia labes omnes ablui & expiari necesse sit: estq; solus ille agnus immaculatus, qui mundum Deo reconciliat. Cæterum vt huius tūc satisfactionis, tūc reconciliationis fructum necessarium assequamur, nō modò fidem, sed & pœnitentiā ille nostram & Sacramentorum vsum debitum exigit, nec citra ordinem in Ecclesia institutū suam gratiā solet elargiri. De qua pœnitentiā sine satisfactione, (nam pro eodē sepe accipiuntur) tam disertè loquitur Ioannes, quū eos proponit, qui neq; de operibus manū suarū, neq; ab homicidiis, neq; veneficiis, neq; furtis suis, neq; de fornicatione cōmissa pœnitentiā egerunt, nimirum vt sua crimina expiant. Vanus igitur istorum timor, falsaque querela est, doctrinam de satisfactione sic vrgeri in Ecclesia, vt inde Christi beneficium immortalī memoria celebrandum obscuretur ac extenuetur. Vt enim non obscuratur, sed ornatur potius atque commendatur Christi crux, cū membra Christi suam carnem crucifigunt; & passio, cū Christiani capiti suo compatiuntur; & mors, cū homines peccatis mortui iustitiæ viuunt: sic de Christi quoque satisfactione statuendum est per illam non obscurari, sed illustrari potius hanc qualemcunq; fidelium satisfactionem, vindicatoriam scilicet atque emendatorem, qua pœnitentes, Christi merito, virtute ac spiritu semper præcunte, ad fructus pœnitentiæ dignos exhibendos vtuntur, semperq; vti leguntur in Ecclesia Dei. Id verò illi faciunt partim gratitudinis ergò, vt sublata cruce, se Christi Domini tūc

d. Esai. 43. c. 1. Ioan. 2.

1. Ioan. 1.

Li. 2. aduersus Pelagianos. Rom. 8. 1. Cor. 6. & 7.

Rom. 5. Tit. 2. Galat. 1. Apoc. 1. 1. Pet. 1. 2. Cor. 5. Apoc. 9.

Galat. 5. Rom. 8. 2. Cor. 1. 2. Tim. 2. 1. Pet. 2.

Nonatores deteriores Audianis in oppugnando pœnitentiæ Sacramento.

Doctrina de satisfactione illustrata, non obscuratur Christi beneficium, sed accipitur.

Solus Christi est meritis satisfactionem peccatorum expiare perpetua.

Quibus modis Christi satisfactio nobis ad salutem applicatur.

verbo, tùm exemplo conforment: partim iustitiæ causa, vt quas merentur pœnas, de seipſis aliqua ex parte sumant, quod est facere iudicium^a & iustitiam: partim ad morem gerendum Ecclesiæ, quæ de peccati lepra sibi suisque ministris iudicium meritò seruat: partim ob virtutis & pietatis exercitationem, vel ad maiorem demùm Christi gratiam promerendam. Quamobrem è Scripturis Gregorius Magnus scitè docet: Christus per crucem quidem suam omnes redemit, sed remansit, vt qui redimi & regnare cum eo nititur, crucifigatur. Hoc profectò residuum viderat, qui dicebat: Si compatimur, & conregnabimus: quasi dicat, quod expleuit Christus, non valet nisi ei, qui id quod remansit, adimplet. Hinc beatus Petrus Apostolus dicit: Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum, vt sequamini vestigia eius. Hinc Paulus ait: Adimpleo ea quæ defunt passioni Christi in corpore meo. J Et Basiliius ante Gregorium Magnum grauitè ita scripsit: Deus pro remissione peccatorum nostrorum demisso vni-genito filio suo, quantum in ipso est, ea antè iam omnibus condonauit. Quoniam autem misericordiam & iudicium sanctus vir canit, & testatur Deum misericordem esse & iustum, necesse est, vt quæ & à Prophetis, & ab Apostolis suis locis de pœnitentia dicta sunt, ea à nobis præsententur, vt appareant iudicia iustitiæ Dei, & misericordia eius consummetur ad condonationem peccatorum. J Quibus de rebus plura nunc dicere, præsertim cum tam multa sint ab aliis in eandem sententiam disputata, præsentem non conuenit instituto.

CAETERUM vt ad nouatores redeam, tolerabilior inter hos videri potest Melanchthon, quoniam aliquantò propius ad veritatem accedit, & in hunc modum scribit: *Nulla est interior pœnitentia, nisi foris etiam pariat castigationes carnis. Et hanc dicimus esse sententiam Ioannis, cum ait: Facite fructus dignos pœnitentiæ. Item Pauli: Exhibete membra vestra seruire iustitiæ: sicut alibi dicit, Exhibete corpora vestra hostiam viuam, sanctam.* Tùm in locis communibus: *Sciendum est, inquit, pœnas mitigari nostra pœnitentia, aut prorsus remitti, vt testatur hystoria Ionæ: idq; multis aliis exemplis è Scriptura productis asruit.* Viderint autem discipuli Melanchthoniani, an has præceptoris sui sententias probent, præsertim cum Flacciani tam multa improbent, eaq; palam cum auctore ipso insectentur ac damnent. Fallitur tamen Philippus, & neq; paucos, neque leues vnâ cum sociis de doctrina pœnitentiæ defendit errores. Error est, quod Patres de satisfactione loquentes, tantùm de ritibus pœnitentiæ publicæ, & externæ disciplinæ, vel satisfactionis canonicæ, quæ illis temporibus erat vsitata, velit intelligi. Nam qui Patrum loca iam antè citata discussit, planè cognoscer, veteres de illa etiam satisfactione docuisse, quæ ad pœnitentiæ Sacramentum spectat, & non solum Ecclesiastici, sed diuini quoq; iuris esse censetur, & ab ipsa exomologesi non est disiungenda. Quid verò mirum, cum alios nouatores omnes, tùm Philippum & rem & nomen satisfactionis odisse, quod præceptor istorum Lutherus ad eò inuium habuit, vt sublatum etiam prorsus optaret? Totius Ecclesiæ vsus hoc rriuit vocabulum, agnouit antiquitas, retinuerunt scholæ, res nomini conuenit, soli Ecclesiæ hostes obstrepunt. Ergone de iure nostro & huius vocabuli tùm veteri, tùm legitima possessione detruendi nos patiemur? Error est, quòd doctrinam de satisfactione rem esse commentitiam, & sine auctoritate Scripturæ, veterumq; Scriptorum Ecclesiasticorum recens omninò cõfictam affirmat. Secus verò sensit Calvinus, qui veteres de satisfactione, hanc autem Euangelicam intelligit, scripsisse fatetur quidem, sed censuram omnium impudentissimâ assuit, veteres eos vniuersos, quorum libri extant, aut hac in parte lapsos esse, aut nimis asperè ac durè locutos. Error est certo præcepto pios ad omne opus bonũ, quod orando, ieiunando ac eleemosynas erogando faciunt, alligatos esse oportere: vera porro ieiunia, veras eleemosynas hic non posse tribui, qui vel sponte, vel ex maiorum præscripto ea subeunt opera: quæ si faciant, non solum traditiones eas humanas, sed & satisfactiones hypocriticas, homo lepidus audet appellare.

IAM VERÒ vt intelligas, Philippum etiam à seipso dissidère, vide quid inter alia scribat: *Cruciatas, inquit, vltro accersiti pertinent ad regulam: Frustra me colunt mandatis hominum. Item pugnant cum his præceptis: Non occides. Item: Habeto honorem corpori.* Addit & illud: *Sufficit diet malitia sua. id est, non accersite vobis maiores calamitates.* Et hæc illa suauis minimeque

Gregorius & Basiliius docet, pœnitentiæ crucem nobis post Christum esse ferendum.

Philippus de pœnitentiâ sentitè comodius quam ceteros nouatores.

Communes Philippus & aliorum errores de pœnitentiâ.

Nomen satisfactionis inuisum seclariis.

a. Ezech. 18. Hier. 22. Michea.

In ca. 9. primi Regum. 2. Tim. 2.

1. Pet. 2. Coloss. 3.

Quæst. 11. in regulâ breuior. Psal. 100.

In apologia cõfess. Aug. Matt. 3. Rom. 6. Rom. 12.

Ion. 3.

2.

11.

Institut. lib. cap. 4.

111.

nimeque dura Philippi doctrina est, quam non in Christi vel Ioannis, sed in Epicuri schola esse natam meritò dixeris. Ea nos à cruce carnisque molestia vltro subeunda prorsus liberat: ea continentia, abstinentia & vitæ asperioris disciplinam certamque legem quibusuis non solum arbitrariam, sed etiam per se illicitam esse confingit: ea demùm nullum non pœnitentiæ studium cultumque bonis & malis reddit exosum. Quo docendi genere quid aliud quæso facit Philippus, quàm quòd pro suo scilicet candore, tanquam hypocritas damnat vniuersos, quos à cruciatibus vltro sibi accersitis & inflictis cum Ecclesiastica historia, tùm diuina quoq; Scriptura persæpè commèdat? Non enim ignorabant sapientissimi viri, quantum præsidij & vtilitatis caperent ad purioris vitæ profectum, ad maiorem sui ipsorum despicientiam, ad sanctiorem diuini numinis venerationem, atque ad virtutum commodiorem exercitationem, si ieiunia, vigiliæ, chameunias, peregrinationes aliosq; id genus corporis cruciatu vltro accerferent, duramq; & asperam potiùs, quàm suauem ac mollem vitam piè amplecterentur. Quibus de rebus multa & sæpè scribit Tertullianus, eumq; sequitur planè Pacianus, qui huiusmodi confitentium actus & pœnitentiæ remedia commemorat: *flere nimirum in conspectu Ecclesiæ, perditam vitam fordida veste lugere, tenere pauperum manus, viduas obsecrare, presbyteris aduolui, cineri incubare, deiicere mœroribus animum, sacco corpus inuoluerè, & ieiunio macerari.* Hesychius breuiter dixit: *Pœnitentia sacco, & ieiunium, & lachrymas, & orationem continuam, & vigiliæ exigit, aliaq; similia.* J Nec dubitari sanè potest, quin hæc pœnitentiæ officia, & piorum instituta vt testimoniu habent in Scriptura diuina, quæ toties ad ieiunia, cineres, fletum & planctum hortatur, in eisq; rebus homines valde religiosos libenter esse versatos tradit, sic multis etiam seculis viguerint in Ecclesia Christiana, quemadmodum ex Patrum lectione liquidò constat, & aduersarij nisi prorsus amentes & impudentes non possunt diffiteri. Quin etiam in eo secum pugnat Philippus, quod cum cruciatus à pœnitentibus vltro accersitos improbet, laudat tamen pœnitentiam Niniuitarum, & inde confirmat pœnas peccatis debitas nostra pœnitentia mitigari. An enim spontanei non erant cruciatus, quos Niniuitæ triduanti celebrantes ieiunium, & sibi, & pueris infantibus, a deoq; bestijs indicabant? idcirco etiam à Christo laudati, quòd veram egerint pœnitentiam ex Ionæ prædicatione. De his ita Chryostomus: *Vbiq; saccus, vbiq; cinis, vbiq; lachrymæ, vbiq; gemitus.* Nam & ipse qui tenebat imperij potestatem, excelsa sede derelicta, regali pompa renunciata, indutus cilicio & sacco cinerem capiti imposuit, & sic valuit ciuitas liberari. J Tùm alio in loco: *Quod prætexta non valebat, hoc poterat saccus: quod diadema non est affecutum, hoc cinis obtinuit.* J Verùm nos de Niniuita sibi quoq; discruimus.

Quàm verò ineptè Philippus huc Christi verbum applicat: *Frustra me colunt mandatis hominum: quod cum isti toties repetunt, nihil aliud mihi facere videntur, quàm ex vna fidelia multos parietes dealbare, ac vno collyrio multorum oculis mederi velle, sicut vulgò dictitant.* Quò etenim hoc Christi dictum non abripiunt ac detorquent? quod^a Victorino seruit ad legem cœlibatus damnandam in Ecclesia, ^b Chytræo satis est ad traditionem de iniunio delectuque ciborum euertendam: ^c Vrbanò Regio valet ad totum vitæ monasticæ statum abrogandum: ^d Illyrico sufficit ad Purgatorium, Missæ sacrificium, Eucharistiæ adorationem cultumque sanctorum simul exterminandum: gratum est & ^e Brentio ad confessionem secretam in Ecclesia dissipandam: commodum etiam videtur ^f Kennicio ad potestatem omnem præpositis Ecclesiæ, quo minùs leges ferre possint, eripiendam: placet demùm ^g Philippo & Centuriatoribus ad quælibet opera in verbo Dei non præcepta reiicienda atque conuellenda. Ex hoc ipso velut communi Sectariorum armamentario, quæ illi arma non capiunt? ex hoc propugnaculo quæ non bella mouent ad Ecclesiasticas constitutiones, ad sacras cæremomas, ad receptas consuetudines, imò ad Apostolicas etiam traditiones oppugnandas, funditusque si modò possint, subruendas? Adeò sibi blandiuntur isti præsentem Christi sententia, quæ vt breuiter dicam, paratum illis velut telum est, quod in omnem partem & aduersus omnes hostes pro suo arbitrio ei aculètur. Quid verò coactius & violentius, quàm dictum hoc Propheticũ in sensu tam remotos & alienos cõuertere, quod

Improbat malè Philippus, quòd pœnitentiæ vltro sibi cruciatu accersunt.

Qui olim fructus & que opera fuerint pœnitentium.

De serua pœnitentiæ Niniuitarum.

Quomodo depurati nouatores Christi doctrinam: Frustra me colunt mandatis hominum.

Lib. de pœnit. Lib. de pœnit. & cõfess.

Lib. 3. in Leuit. cap. 9.

Ioel. 2. Iudith. 4. 1. Reg. 21. 2. Esdra. 8.

Matth. 12. Luc. 12. Ad popul. Antioch. hom. 80.

Super Ionæ.

Matth. 15. a In 15. cap. Matth.

b Ibidem.

c Lt. contra Notariâ monasticen.

d In apolog. cõfess. Antuerp.

e In 15. cap. Matth.

f In exam. concil. Trid. de Baptis.

g In 15. Mat. h Cent. 1. ca. 4. pag. 124. & 208.

Esaiâ 29.

Nonatorum in-
terpretationem
de traditionibus
humana prohiberi
a Christo,
non posse con-
sistere.

Christus illis hypocritis rectè proprieque obiicit, qui clarissimum Dei præceptum, quo suis parentibus honos asseritur, per suas tum impias, tum perniciosas traditiones rescindebant, irritumque prorsus faciebant? Quid malitiosius, quam ad magistratum Christianum proscindendum, eiusque decreta simul eludenda his diuinis verbis abuti? Quid petulantius, quam hac vna sententia totius Ecclesiæ sensum atque consensum in aliquo doctrinæ vel institutionis capite tam leuiter insectari, adeoque atrociter vanitatis atque impietatis damnare? Quid perniciosius, quam hoc prætextu cuius arbitrium facere, vt Ecclesiæ rectores pro Pharisæis iudicet, eorum verò sanctiones, si quicquam præter Dei verbum præscribant vel exigant, suspectas habeat atque floccipendat, imò hinc etiam suæ rebellionis & contumaciæ, quoddam operculum & patrociniū per summam licentiam perat? Quid denique tum imperitius, tum impudentius contra Christi mentem hoc loco potest adferri, quam quod is velit, opus bonum ex viua fide profectum, & in Scripturis tamen non expressè mandatum, pro vano impioque cultu existimari, vel traditionem aut superstitionem Pharisæicam appellari? Quis obsecro hos ferat Criticos, & non cum Christo contra illos exclamet? Hypocritæ primùm de vestris oculis eiicite trabem, & tum perspicietis, quæ ad matris morbos curandos, atque ad festucas è fratrum oculis eximendas faciunt. Sed quas ego festucas dico? De nocte surgat quispiam ad preces, & siue doloris, siue amoris sancti lachrymis suum riger lectulum: gratis in verbo ministrat Ecclesiæ, quotidianis ieiuniis vacet, veste cilicina corpus castigat atque domet, dimidiam suorum bonorum partem, imò facultates omnes simul pauperibus eroget, vitam denique pauperem, cœlibem & seueram exigat. Hæc sunt scilicet, quæ istos offendunt festucæ, hi vani cultus, hæc opera electitia, hæc quas vocant, humanæ traditionis, propter quas irascitur homini Christus, & Dei verbum irritum redditur, & Christiana libertas violatur, & per fermentum Pharisæicum vitiantur. Sed enim si hæc opera, quoniam in Dei verbo præcepta non sunt, improbamus, eos etiam qui olim ita fecerunt, nimirum Dauidem, Paulum, Zachæum, Annam, Iudith, Ioannem, Apostolos ac innumerales alios coarguere oportebit. Quod si rectè ab illis hæc ipsa gesta sunt, vt impium sit dubitare, cur eadem nobis facere non liceat, deceat, expediat? Nemo sanæ mentis vnquam existimabit, quod illis laudem immortalem peperit, id vlli Christiano probro vnquam esse vertendum. Quam forriter istos retundit, ac vno velut fulmine prostermit doctor ille gentium Paulus, qui tam multa non iussus & fecit, & scripsit, & suasis: qui traditiones non scriptas ab omnibus teneri postulauit: qui Apostolorum & seniorum præcepta docuit custodiri: qui præterea iussit omnem animam potestatis sublimioribus, tanquam Dei ministris, non solum propter iram, sed etiam propter conscientiam obtemperare, illorumque iussis parere: qui demum inter Dei mandata nominauit ea, quæ rectores Ecclesiæ obseruanda decernunt, nec in his sustinuit vllam contentiosi hominis tergiversationem. Vides igitur, quisquis non omninò cæcutis, quam reuerenter Scripturas tradentis illi doctores, quam legitimè illas interpretentur: imò verò quam accuratè Ariano contra nos in ore argumententur. Fuir enim ex Arianis non ignobilis pugil Maximinus, idemque Catholicis vehementer insectus, qui cum Augustino congressurus, hanc ei disputandi legem præscripsit: *Si quid, inquit, de diuinis Scripturis protuleris, quod commune est cum omnibus, necesse est vt audiamus. Hæc verò voces, quæ extra Scripturam sunt, nullo casu à nobis suscipiuntur, cum ipse Dominus moneat nos & dicat: Sine causa colunt me, docentes mandata & præcepta hominum.* Ita pulchrè istis conuenit cum Maximino, cum Pascètio, Ario denique ipso, & impietatis eius a seclis omnibus: vna est vtriusque religio, præter Scripturas expressas nihil admittere: cætera verò quantumuis præclara & probata instituta, quæ scripto Dei verbo expressa non sunt, ad traditiones & doctrinas hominum relegare, omni que ratione auerfari, id quidem proprium istorum, ac plura quam Arianicum dogma est.

Non posse diuini operis, quæ sine Dei mandata non possunt institui.

A Paulo commendari traditiones.

Nonatores, Arianicum argumentum ad genus sequuntur.

De traditionibus per se nonatores quam Ariani sentiant.

De quibus traditionibus loquitur Christus: quæ item recipiende, quæ reicienda sint.

Lucæ 4.

a Psal. 111. v. 6.
b 1. Cor. 9. v. 17.
c Luc. 11. v. 21.
d Iudith. c. 16. v. 17.
e Luc. 11. v. 21.
f Matt. 23. v. 23.
g Luc. 11. v. 21.
h 1. Cor. 7. v. 12.
i Heb. 11. v. 32.

1. Cor. 7. v. 12.
11. v. 32.
1. 2. Thess. v. 1.
1. Cor. 11. v. 1.
k Act. 15. v. 28.
1 Rom. 12. v. 1.
Heb. 13. v. 1.
m 1. Cor. 14. v. 34.

Aug. lib. 1. contra Manichæos. c. 26. Epist. 181.

n Advers. hæreses. lib. 1. cap. 26. o L. contra Iudeos. p L. 1. epist. q. ad plerumque.

Proverb. 9. Matth. 23. Lucæ super dicitur.

1. Thess. 4.

Matth. 23. Roman. 13.

Ecclesi. 10. Lucæ 2.

Hebr. 13.

Roman. 12.

In 12. cap. epist. ad Roman. Ibidem.

Lib. 2. super Ezechiel. hom. 22. De resurrex. carnis. 2. in Amos cap. 5. b in cap. 50. Esai. Psal. 4. Et ibidem August.

Dei reiciunt, & traditionem suam statuere conantur, fortiter à nobis & firmiter respuantur. Non reicit autem Dominus quasuis doctrinas, per quem & legum conditores iusta decernunt: neque traditiones hominum quaslibet damnat, qui iubet in Moyse cathedra sedentes audire, & illorum obseruare præcepta siue constitutiones. Multoque minùs hinc improbat Christus: imò verò per Paulum approbat atque confirmat genus hoc traditionum, quod autore Spiritu sancto per Apostolicos viros & Ecclesiæ præpositos inducendum simul & retinendum esse haud dubiè prospiciebat. Has enim siue traditiones, siue constitutiones, siue doctrinas qui contemnit, non hominem, sed Ecclesiam vniuersam, sed Christum ipsum in suis Vicariis loquentem contemnit, sibi que damnationem acquirit, & hostis publicus Ecclesiæ, adeoque pro Ethnico & impio haberi meretur, vt Christus simul & Paulus pronunciarunt. Hic verò isti ad suum vetus asylum confugiunt, atque vt in Satanico persistant artificio, Catholicis opinionem cultus obieciunt. Sed quæ sermonis prophani nouitas, quæ iudicij temerarij peruerfitas in istis hæret Euangelicis, qui propter suas persuasiones de aliis malè conceptas, nullum locum traditionibus & operibus à Deo non mandatis reliquum esse sinunt? Nimirum Ecclesiæ desertores, vt defectiois suæ prætextum aliquem habeant, de sanctissimæ matris institutis benè loqui non possunt, sed quæ sancti Patres Ecclesiæ Catholice principes ne per somnium quidem cogitarunt, ei ipsi frequenter affingunt. Tum peruertunt piorum animos, & institutos denigrant, iniqui iudices conscientiarum: qui ad suam doctrinam insolentè regendam & ornandam, cum aliis artibus tum Christianis libertatis titulo nequiter abutuntur. Quantò minùs aut obedientiæ magistratibus & decretis Ecclesiasticis debita largiuntur, tantò magis vulgari licentiæ laxant habenas, & ad omnem viniæ fidei & pietatis exercitationem seigniores reddunt plurimos. Quam verò præposterè metuunt, ne labores immodicos suscipiamus, neque cultus inutiles exhibeamus, si hoc illud ne factum necessarium esse tum religionis, tum voti, tum obedientiæ, tum penitentiæ causa nobis persuaserimus. Quid aut vel immodicū, vel inutile potest existimari, quod pius animus ad eternam illam maiestatem, quæ nunquam satis honorati ac diligi potest, colendam, vel ad salutem animæ, qua nihil est in mundo præstantius, comparandam instituit atque molitur? Habent suum quoque cultum & sacrificium Deo gratum, quæcunque fiunt ex fide & charitate opera bona, quoniam sacrificium iusti acceptum est, & memoriam eius non obliuiscetur Dominus, vè sapiens dixit: Certè scriptor Euangelij Lucas, vt Annam viduam prædicaret, hoc prætermittendum non putauit, quod illa ieiuniis & obsecrationibus nocte ac die seruaret, hoc est, quod cultum & latrariam opere ipso præstaret. Sic enim Græcè loquitur, *νυσθαις η̄ δεισσοις λατρευουσα.* Paulus verò vt hospitalitatis & beneficentiæ opera nobis gratiora redderet, hostias illas esse dixit, quibus promeretur, vel vt alij vertit, placetur, propitiatur ac oblectetur Deus: *τοιαύταις καρδίας εὐαγγελιστῆς ὁ θεός.* Alibi Paulus ita scribit: *Obsecro vos per misericordiam Dei, vt exhibeatis corpora vestra Deo hostiam viuentem, sanctam, Deo placentem: rationale obsequium vestrum, siue vt est in Græco significantius, τὸ λογικὸν λατρεῖον ὑμῶν.* Quod plerique cultum rationalem vestrum, interpretantur. Nam & Sedulius monet, obsequium hinc pro cultu accipi, qui in corpore rationalis hominis Deo debeat offerri, sicut etiam Origenes annotauit. Vult planè Paulus, vt præstent Christiani corpora sua viuentem hostiam, quod fieri docet Chrysostomus, si veterem hominem sustulerimus, si membra nostra quæ sunt super terram mortificauerimus, si mundum nobis ipsis crucifixerimus. Hostia viuens, vt Gregorius Magnus explanat, est corpus Domino afflictum, & mundo à prauis actibus mortuum, quod cuncta quæ præualent, bona operatur. Tertullianus insuper sacrificia Deo grata esse dicit conflictationes animæ, ieiunia, seras, aridasque escas, tum virginitatem & viduitatem: quæ sacrificia de bonis carnis, vt ille sapienter inquit, Deo adolètur. Hieronymus holocausta vera nominat ieiunare, dare eleemosynas & pudicitiam: Eunuchus autè, qui totos se cōsecrat Deo, offerre holocausta testatur. Sacrificate sacrificium iustitiæ, inquit Propheta: Id verò per penitentiā fieri monet Augustinus. Quid enim iustius, inquit, quam vt suis vnusquisque peccatis, quam alienis potius irascatur, seque ipsum puniens maeter

De opinione cultus, quam Catholicis nouatores affingunt.

Frustrè timere laborem immodicum, & cultum inutilem Catholicorum.

Cultus in Scripturis tribuitur etiam operibus bonis.

Quomodo corpus hostia sua Deo præstetur.

Sacrificium vel cultus est omne opus bonum ad Deum rectè relatum.

Deo: Et ne multis: verum sacrificium est omne opus quod agitur, vt sancta societas inhæreamus Deo, relatum scilicet ad illum finem boni, quo veraciter beati esse possimus. Vt præclare ac eruditè admodum scripsit idem Augustinus. Quare nihil absurdi est, imò Apostolorum Patrumq; sententiis congruit, quod dicimus, opus bonum, qualecunq; facit fidelis, ad Dei cultum & spirituale sacrificium pertinere, & cum opinione cultus posse consistere, dum is qui vel corporale, vel spirituale opus agit, ad Deum ipsum refert quod agit, & propter illum agit omnia. Prohibet autem instituti nostri ratio, quo minus de corruptelis aliis plura dicamus, quas isti quidem eo consilio adhibere solent, vt quacunq; ratione partim bonorum operum, quæ in verbo Dei non exprimuntur, exercitationem, & pœnitentiæ fructus, partim obedientiam traditionibus & legibus Ecclesiasticis tribuendam, labefactent atque tollant. Perpetuò autem retinendum est illud: Pietas ad omnia utilis est: vel sicut Augustinus dixit: Verus veri Dei cultus ad omnia prodest. Hæc porro pietas, hicque cultus Dei amore omnium maximè continetur, ac tam latè patet, vt omnia piorum omnium benefacta comprehendat, quæ illi vnquam ad maiorem Dei gratiam promerendam exercent, vel ad dignos pœnitentiæ fructus edendos assumunt. Hoc demùm qui negant aut improbant, nã illi primum & præcipuum religionis nostræ caput petere & conqussare videntur, vt nempè non credant homines, Deum existere, & inquirentibus se remuneratorem esse velle. Sed pluribus hæc ego fortasse, quàm sit opus, persequor, ac vnum idemque iterum repeto, quando me aduersariorum improbitas ita cogit, vt vbi vanæ victoriæ fiduciam illi maximam sibi defixerunt, illic à nobis maiora veritatis præsidia constituantur atque stabiliantur.

Præceptum: Nō occides, à nonatoribus depravatam.

Exemplo Pauli & Sanctorum licet ac expedit corpus affligere.

Noni Dei præceptum à Philippo conditum.

De loco Pauli Coloss. 2. quem Seditarij ad præceptum Apostolicum trahunt.

Quantam ergo Philippi petulantiam esse dicemus? ad hunc enim redit oratio, qui totum veteris Ecclesiæ rigorem orationetam vana dissoluit, ac hypocrisis nota decorat, qui que præ se cõtemnit, & suggillat sanctissimos viros, quantalibet illi tum vitæ seueritate, tum abstinentiæ & pœnitentiæ vltro susceptæ gloria inclaruerint. Nunquam ille sanè probabit, Sanctorum exempla, & probata pœnitentium instituta non alio numero & loco, quàm Pharisaorum δευτερωσεις & impias traditiones, haberi oportere. Quæ porro vel inscitia est, vel insania, quod legis præceptum: Non occides, ad hanc suam detorquet opinionem, qua voluntarios pœnitentium cruciatus reiicit ac prohibet? Interdicitur non minùs naturali, quàm diuina lege cædes: nihil eo quidem apertius: ergone prohibitum esse dicemus, ne animã quis oderit suam, neue corpus vi quadam subigat, & impositis ei laboribus ac illatis cruciatibus domet? Quasi verò Paulus contra hoc præceptum agat, & seipsum occidat, qui legem cœlibatus obseruat, qui que castigat, siue vt Paulinus crebrò legit, liuidum reddit corpus suum, & in seruitutem per vim redigit, seq; multis tum vigiliis, tum ieiuniis macerat & affligit, ne fortè si secus faciat, reprobis inueniatur. Nec est isthoc occidere, vel animam perdere, sed vt Christus loquitur, eam seruare, propter Christum scilicet, Christi que regnum, & propriam sui abnegationem vim sibi facere, veterem mactare hominem, hostiam de carne viuam offerre Deo, quæuis corporis vitæque; ferre incommoda, labores & dolores omnes contemnere, angustam calcare viam, siue vt Propheta loquitur, vias duras custodire, & mundo sibi que crucifigi, ac mori penitus: sed ita tamen, vt secundùm Paulinam regulam, rationabile nō desit obsequium, & finis, imò & plenitudo legis perfectionis que; vinculum charitas, exercitationibus omnibus corporeis anteponat, sicut & Cassianus præclare docet. Illud planè ridiculum, quod Philippus idem aduersus hypocraticas, quas vocat, satisfactiones disputans, præceptum Dei nouum & inauditum nobis condit: Habete honorem corpori. Epicuræum sanè præceptum, quod non Christi Ioannis que; discipulis, sed omnibus carnis libertatem & voluptatem amantibus non potest non iucundissimum videri. Et libet tamen Centuriatoribus, ex hoc Philippico etiam diuinum præceptum facere, quo monastica vitæ rigorem, & quorundam sanctorum in vita seueritatem impudenter oppugnant.

Scimus quidem à Paulo scriptum esse Colossensibus: Non ad parcendum corpori, non in honore aliquo ad saturitatem carnis. Verùm si reliquam Paulinæ orationis seriem

De virtute Dei lib. 10. cap. 6.

1. Timot. 4. Epist. 5. ad Macedoniam.

Hebr. 11.

Matth. 15. Exod. 20.

1 Cor. 7. 11.

1 Cor. 9.

Luca 9. Ioan. 12.

Rom. 12. Matth. 7. Psalm. 16. Gal. 5. 6. Roman. 12.

Collat. 2. de discretione.

Matth. 15.

In reg. breuior interrog. 260.

1. Cor. 9. Galat. 5.

Coloss. 3.

Li. 2. de Vita contempti Plat. ca. 22.

Matth. 6.

In loc. communib. cap. de mortificat. carnis. In Catechismo.

seriem inspiciamus, Apostolus his verbis Iudæos ac plerosque alios suo seculo Iudæizantes percutit, qui legem cum Euangelio studiosè miscebant, & varios gentis Iudæicæ ritus ac Pharisæicas δευτερωσεις superstitionis plenas, & ad ostentationem comparatas, nulla verò ex parte vel corpori vel animo vtilis non solum retinebant mordicus, sed à Christianis etiam aliis veluti magnoperè conducibiles exigebant. Ac inter cætera quidem tum præcepta, tum instituta, quæ Christus etiam in Pharisæis reprehendit, hoc erat inductum, multisque persuasum, vt miserè corpus multi affligerent, inedia macerent, luctum atque tristitiam præ se ferrent, facies exterminarent, & singulari quadam vitæ austeritate alij alios præire contenderent. Paulus igitur vt Christianam vindicet libertatem, huiusmodi fictam & simul Ecclesiæ illius temporis perniciosam religionem improbat, istorumque humilitatem suæ demissionem cum hypocrisis planè coniunctam, & Christi spiritu destitutam meritò improbat. Etenim præterquam quod offendebant infirmos, oleum & operum in hac vitæ ratione perdebant, vt Paulus ostendit, quoniam susceptus ab illis austerioris vitæ rigor non modò nihil ad animi profectum adferebat, sed etiam corpus offendeat, quod dum necessaria sustentatione fraudabatur, suas functiones honestas & debitas explere non poterat. Cæterum honoris nomen, quod noster interpres posuit, cum aliàs sæpè, tum hoc etiam loco ex Hebræorum more dictum est, pro rerum scilicet necessariarum subministracione. Basiliius hinc Manichæorum & aliorum, qui in sua sæuirent corpora, superstitosam immanitatem coarguit. Quis verò, nisi vesanus, hinc colligat, Apostolicum esse præceptum: Habeto honorem corpori, ac tale quidem præceptum, quo laxior viuendi ratio confirmetur, statæ autem ieiunationes Ecclesiæ, ciborumque delectus, vel abstinentia Christiana, & omnis vitæ austeritas, à piis religiosè suscepta labefactetur atque improbetur? Nisi fortè Paulus tam fuit ineptus improvidusque magister, qui aliter scriberet Colossensibus, quàm ipse faceret, aliosque doceret. Sic nimirum honorauit suum ille corpus, vt vigiliis, ieiuniis, laboribus idem seuerè domuerit atque castigãrit, vt que se ipse aliis in hoc exemplo statuerit, quò carnem & ipsi suam castigarent atque crucifigerent. Hoc enim illorum, qui Christianum nomen gerunt, proprium institutum esse testatur, vt carnem suam cum vitiis & concupiscentiis vltro crucifigant. An Pauli non est sententia, & Apostolicus verè Canon: Mortificate membra vestra, quæ sunt super terram? Atqui membra sua quæ sunt super terram, mortificant, sicut Prosper interpretatur, qui corpus in dolens ieiuniorum continuatione castigant, qui nec solum se à delicatioribus cibis moderata districtione suspendunt, sed etiam in ipsis communibus nihil carni suæ pro desiderio, sed pro sustentandæ vitæ necessitate permittunt. Si enim ea quæ prohibita non sunt, desideranti carni vsquequaq; præstamus, periculum est, ne cum liberius illi licita concedere cœperimus, illa etiam potest illicita, & sibi obsequentes in minimis, in flagitia puniendâ compellat, vt eiusdem Prosperi verbis vtamur. Paulus haud dubiè Christum sequi voluit præceptorem, qui ieiunium spiritu destitutum & hypocrisis plenum publicè reprehendit, sed interea verum etiam & salutarem homini Deoque gratum ieiunandi modum verbo & exemplo tradidit, nobisque commendaui. Faciãt autem rigidioris vitæ disciplina, quam Pharisæicum fermentum hypocrisis vitiat, quàmue ambitio stulta introducit atque confirmat. Nos in piis veram abstinentiæ virtutem carnisque macerationem cum spiritu coniunctam moderateque susceptam defendimus, illam nimirum, quam fides commendat charitasque; consummat, vt caro velut stimulis quibusdam & frenis adacta, spiritui & virtuti promtius ancilletur, ac internus homo ad verum cultum Deo præstandum vegetior fiat.

ERRAT ergo Philippus grauius, qui carnis mortificationem in Apostolicis literis commendatam nihil aliud significare docet, quàm patientiam in cruce siue temperantiam, & hanc vtramque à Deo mandatam. Fallit etiam ac fallitur Brentius, cum in hunc modum scribit: Alij cum liceret ipsis agere vitam politicam, eligunt sibi vitam eremiticam, in qua sectantur χημεινους, & γρητινους, triduana & quatruduana ieiunia & multa alia, quibus se carnem suam crucifigere affirmant. Quid ergo dicemus? Num hæc sunt cruce, quas accipere debemus, & quibus caro verè crucifigitur, & quæ Deo verè placent? Nihil minus. Hæ enim cruce,

Paulus piorum abstinentiæ & Ecclesiæ austeritas confirmatur, nō improbat.

Errores Philippi, Brentij & Ceterorum detestari.

crucis, quas nobis ipsis nostro arbitrio sine verbo, sine mandato DEI imponimus, non placent DEO, nec vere crucifigunt carnem nostram. Ita demum Brentio libet, totum eremitarum seu monachorum institutum oratione vana conuellere, & venerandos eius authores atq; professores tot modis in Ecclesia celebratos, tantum non despicabiles reddere, ac vanissimam cuiusdam superstitionis incusare. Non intelligebant illi scilicet, varias esse vocationes credentium, multosq; ad meliorem & perfectiorem vitam quam sit politica, cum Ioanne a Deo destinari: Tam erant hebetes fortasse, vt non discernere inter cruces, quas extrinsecus pij subire coguntur, & alias ab ipsis ad Christi & Apostolorum imitationem sponte susceptas, praesertim ad conferuandam disciplinam, ad testandam obedientiam, ad coercendam libidinem, ad corpus edomandum, ad abstinentiam & poenitentiam exercitandam, & ad alios multiplicis pietatis fructus colligendos. At istuc non Christianum, sed Brentianum, sed Epicuramum verè praecipuum est: Nullus vt propter Christum ac virtutis salutisq; gratia crucem sibi vllam imponat ac eligat; sed quocunque modo carnem quis suam crucifigat, maceret ac subigat volens ac prudens, id verbo & mandato Dei contrarium, id Christo ingratum, ac planè frustraneum esse censetur. Sed nos Basilium grauissimè differentem audiamus. In summa, inquit, totum corpus contemnendum est ei, qui nolit in voluptatibus ipsius, ac in sterquilinio quodam volitari: aut vsque eò duntaxat ei seruiendum, quatenus, vt inquit Plato, ministrum se nobis ad Philosophiam praebet, haud dissimile dicès Paulo, qui monet nos, ne aliquam curam corporis habeamus ad concupiscentiarum occasiõnem. ¶ Acalibi rursus docet, corpori non esse seruiendum, nisi quatenus summa nos cogat necessitas.

COECCVTIVNT ergo & Centuriatores, qui praeposterè iudicant & morosè contemnunt sanctissimos homines, vt ostendimus, offensi nimirum inusitato vitae veterum illorum Patrum rigore & seuerissimo instituto. Damnant igitur & Eliam Prophetam & Ioannem Baptistam, horumque Sectatores alios, quorum incredibilis penè in cibis fuit abstinentia, & in vita coelestis potiùs, quam terrestri conuersatio. Non decet profectò, nec licet diuinos illos homines humanis legibus astringere, carnisque iudicio facta illorum stupenda metiri, ne si sublimiora illa, quae nostrum captum excedunt, arroganter reprehendimus, habitantem & operantem in suis templis Spiritum sanctum simul reprehendere, ac Deum ipsum in suis sanctis mirabilem accusare velle videamur. Firmum igitur manet, quod semper docuit antiquitas, multa in sanctis proponi nõ imitanda quidem posteris, sed admiranda venerandaque, vt sanctus ille sanctorum, cuius sapientiae non est numerus, & cuius potentia nullis potest finibus circumscribi, super omnia, & in electis suis maximè glorificetur.

QVAM verò petulans est Vermilius, qui se Petrum Martyrem vocat, dum è Catholicis Sacerdotes Baalitis in eo facit, quod minimè curent corpus, nec eius rationem habeant, sed χαμενίαις & ερησφαγίαις vtantur. Accusat & Basilium Magnum, & Gregorium Nazianzenum, nunquam satis laudata Ecclesiae lumina, quod corpora sua durè tractarint, & fortasse valerudinem offenderint. Est ita quidem, virtutem omnem in medio consistere, illud in primis obseruari oportere, quod iam tritum est vulgi sermone prouerbium: Ne quid nimis. Verum in eam partem magnoperè peccant. nouatores, quod sibi aliisque viam & disciplinam laxiorem semper eligant atque commendent, quod nemini ad seueritatem, ad edomandam carnem, & ad maiorem pietatem duces, vel hortatores sese praebant, quod demum veterum abstinentiam & vitae austeritatem ad eò non æmulentur, vt etiam suspectam, imò & nostro huic seculo, quod omni luxu diffuit, atque in omnem intemperantiam praecipit ruit, inuisam prorsusque contemtibilem reddant. Optandum erat sanè, multos ita peccare, sicut Timotheus Pauli discipulus, qui se longa abstinentiae districtione iam fregerat, & stomachum suum aquae perceptione corruerat, vt i Prosper annotauit. Optandum inquam erat, multos ita peccare, quemadmodum Basilius, Gregorius, Hieronymus, Antonius istorum opinione peccauerunt: & longè rectius, quam in hac summa vitae dissolutione, haberet Ecclesia, si veterum hominum tum pietatem, tum seueritatem, de qua tam multa & praecleara scripsit Epiphanius, & nos antea meminimus, multi hodie aliqua ex parte

Corpus nõ tam honorandum quam contemnendum.

Non iudicare conuenit de sanctis sicut de communis ordinis credentium, in his quae admittenda sunt.

Petrus Martyr quos Baalitis conseruat.

Orat. de temperant.

Roman. Orat. 22. de anima.

In cap. 16. 2. reg. libri Regum.

1. Timot. 5. Lib. de vita contemp. cap. 22.

parte imitarentur. Quid verò piis commune est cum impiis illis Baalitis, vt Pseudomartyr hoc loco calumniatur: qui cum putarent suos Deos cultorum pasci vulneribus, & humano cruore delectari, lacerabant corpora, & sicut Sacerdotes Cybeles in sacris suis, ita cultris & lanceolis se vulnerabant, carnesque incidebant, vt sanguine vndique perfunderentur, velut hac ratione sui Baalis misericordiam elicere possent. Bellè autem huic Martyri cum Philippo conuenit haecenus, quòd vterque moneat, pro sua scilicet Euangelica libertate, corpus in honore habendum esse, hoc est, ne quis carnem suam aut crucifigat, aut paulò seuerius tractet, aut iuxta veterum exemplum affligat, vt isti quidem & volunt, & scribunt, & faciunt. Profectò si verum fatendum est, vetus Adam nec istis suauiores Euangelistas, nec gratiores Sirenum cantus, nec magis blandiloquos concionauit.

PARI verò licentia Philippus Christi corrumpit sententiam: Sufficit diei malitia sua: quae tamen clarior est, quam vt Philippico artificio deprauari obscurariq; possit, cum Christus seipsum his verbis explicet: Nolite ergo solliciti esse in castinum, de victu scilicet: castinus enim dies sollicitus erit sibi ipsi. Sufficit diei malitia sua, hoc est, qui de castino sollicitè & anxie cogitatis, vt corporis sustentationi nihil desit, ne vestros angores vano studio conduplicetis. Habet sibi quisque dies destinatas propriasque curas & afflictiones, sine quibus vita mortalis non degitur. Atque ita ferè Hieronymus: Vitam verò rectius obseruasset Philippus, quod sapientissimè monuit Augustinus, Satanae auscultandum non esse, cum haec sua consilia homini suggerit: Quid facis quia ieiunas? defraudas animam tuam, non ei das quod delectat: tibi ipse ingeris poenam, tuus ipse tortor & cruciator existis. Deo ergo placet, quia te crucias? ergo crudelis est, qui delectatur poenis tuis. ¶ Nuncaudi porrò, quid his consiliis Satanicis respondeat, ac responderi velit idem Augustinus. Excrucio me planè, vt ille parcat: do de me poenas, vt ille subueniat, vt placeam oculis eius, vt delectem suauitatem eius. Nam & victima excruciat, vt in aram imponatur: minus premet mentem meam caro mea. ¶ Et iterum: Si iumento fortè insideres, si equo vtereris, qui te gestiendo possit praecipitare, nõne vt securus iter ageres, cibaria ferocienti subtraheres, & fame domares, quem freno non posses? Caro mea iumentum est: iter ago in Hierusalem, quae plerunque me rapit, & de via conatur excludere: via autem mea Christus est. ¶ Proinde non modò falsa, sed & pestilens Dei que verbo repugnans haec Philippi doctrina est, qua praeterquam quod Scripturas deprauat, credentes etiam à ieiuniis retrahit, & in omnibus poenitentiae operibus sponte suscipiendis tardiores reddit, cum illos quidem cultus vanos & merè hypocriticos faciat. Praeterimus alias Philippi hallucinationes, quas sicut ille de poenitentia suis scriptis passim immiscuit, ita eas inter alios probè satisq; cõsultauit, felix memoria vir D. Ruardus Enchusianus, inter primarios quidem sui aui Theologos meritò numerandus, cui & gratiam debet hoc nomine posteritas, quòd aduersus communes easq; pestilentes nouatorum cauillationes, veterem & orthodoxam doctrinam disputando fortissimè vindicauit. Ex quibus omnibus illud etiam facillè sit iudicare, vanam ac falsam Philippi esse iactationem, cum ita de sua Secta gloriatur: *In Ecclesiis nostris Dei beneficio praecipue extat illustris explicatio doctrinae de poenitentia.*

Matth. 6.

In cap. 6. Matth. Tract. de virtut. ieiunij.

D. Ruardus Tupperus.

Libello de poenitentia.

In cap. 4. Luca.

Luca 13. Matth. 19.

Qui Strò corpe affligunt pietatis ergo, nihil habent commune cum Baalitis. Inter Philippum & Petrum Martyrè quatenus conueniat.

Alius Enchusianus locus à Philippo citatur.

Non est inueniendum ieiunium obmundi, carnis aut Satanae tentationem.

Sacerium inimicus crucis, quam à nullo vult eligere, & Strò assumi.

ÆQVE insulsus Sarcenius, ne à praepatore Philippo discedat, hoc nobis paradoxon effutit: *Damnatu hic crux imposititia & electitia.* Quis verò sic vnquam est in schola Christiana locutus? quis talia verborum monstra peperit? Crucem nominat crucis inimicus, qui certè verbum crucis non intelligit, aut ne vult quidem intelligere, & veteri Adam, qui à cruce semper abhorret, tam blandè patrocinatur. Si damnanda crux est atq; molestia, quam sibi quis vltro vel imponit, vel eligit, vt carnales isti doctores fieri postulant, & Epicuræ omnes facillè assentiuntur, etiam Euangelica promissio his facta damnetur, qui contentis & relictis omnibus, paupertatem (onus plerisque Æthna grauius) vltro amplectuntur: quæ, vt spadones seu Eunuchi Euangelici efficiantur, qua res perpetuum inter carnem spiritumq; certamen excitat, propter DEI regnum se ipsi castrant: & qui praeterea religiosum asperumque illud vitae genus deligunt, in quo Ioannes, Antonius aliique complures duriter & austerè viuentes, laudem apud DEVM & Eccle-

Crucem sibi commendantam habere debent Christiani.

Quid sit seipsum abnegare, et crucem tollere.

Antonius Magnus qualem sibi crucem elegerit.

Quid Antonius docuerit de cruce electum.

Spontanea servitia cum primis Deo placet.

Defensio Patrum in eremo, quos accusant Centuriatores diuina legis seruata.

Ecclesiam sibi maximam pepererunt. Augustinus hoc perspicue dixit: Castiget quisq; corpus suum poenitentia & ieiuniis, vt ipsum sic suspendens, seruituti animi subiiciat.] Vtri ergo assentiendum, Augustino ne cunctos ad electitiam crucem hortanti, an Sarcerio ab illa nos reuocanti? Iubet Christus ipse, vt seipsum quisque abneget, suamque crucem tollat. Tollitur autem crux, vt Gregorius docet, cum aut per abstinentiam afficitur corpus, aut per compassionem proximi affligitur animus. Ad quam rem Pauli adducit exemplum, qui in afflictione corporis tulerit crucem carnis, eoq; dixerit: Castigo corpus meum & in seruitutem redigo. Quod si Theophylactum sequimur, seipsum abnegat, qui nullam cum corpore communionem habet ac amicitiam, sicut Paulus quum diceret: Vivo autem iam non ego, viuit autem in me Christus. Tollit autem crucem, qui mortificauit & crucifixit seipsum mundo.] Na igitur isti verbum crucis, & virtutem eius non intelligunt, quam illi potissimum experiuntur, quibus est mundus per Christum crucifixus, quiq; in corpore suo Christi portant stigmata, dum carnem suam cum viciis & concupiscentiis crucifigunt, & mortificationem Christi circumferunt in corpore suo. Sic enim Paulus crucem non modò predicauit, sed etiam in ea gloriatus, Christoq; confixus fuit, quod sedulus esset crucis amator, Christi q; crucifixi vestigiis cum perfecto sui carnisque contemptu fortiter inhæreret. Vbi de Antonio tantum obiter meminero, cuius vitam ab Athanasio conscriptam, etiam si hoc inficiatur Centuriatores, a Gregorius Nazianzenus, b Hieronymus, c Chrysostomus & d Augustinus nobis commendant, quiq; apud Christianos summa semper existimatione floruit, & Magni cognomine tot iam seculis est condecoratus. An hunc quoque damnabit Sarcerius, quod vitam ille suam sic instruxerit, vt crucem sibi nec vnam, nec leuem imponeret, adeoque ad decrepitam vsque sustineret ætatem? Annum enim centesimum ferè quintum exegit, non monachus tantum, sed & monachorum sui temporis princeps.

Is verò inedia & vigiliarum in tantum patiens erat, vt credulitatem viribus superaret: pernoctabat in oratione sæpissimè: edebat semel in die post solis occasum, nonnunquam biduo triduoq; sic permanens, quarto demum die reficiebatur: Sumebat verò panem & sal, potumq; aqua perparuum: quieti autem membra concedens, iunco con-
 texto atque cilicio utebatur: nonnunquam etiam super nudam humum iacebat, ieiuniis vigiliisq; haud rarò acrioribus sese conficiebat, vestimento etiam cilicino intrinsecus, desuper autem pellice utebatur.] An verò Antonij doctrina cum eius vita non egregiè consentiebat? Pulchrè prorsus, vt hinc diceret, oportere asperos carni labores imperare, secundum Apostoli præceptum dicentis: Quando infirmor, tunc fortior sum.

Asserebat etiam, sensum sic animi posse reuiuiscere, si corporis fuisset impetus fatigatus siue repressus. Magna, inquit, dilectissimi aduersum demones arma sunt, vita sincera & intemerata ad Deum fides. Credite mihi experto: pertimescit Satanæ rectè viuentium vigiliis, orationes, ieiunia, mansuetudinem, voluntariam paupertatem, vanæ gloriæ contemptum, humilitatem, misericordiam, iræ dominatum, & præcipuè purum cor erga Christi amorem.] Hæc Antonij simul & Athanasij verba, vt cætera studio breuitatis omittam, an non Christianum verè spiritum redolent, ac istorum simul retundunt stultitiam, qui libertatis amantes, crucem, vt vocant, electitiam, tanta cum nausea fastidioq; & ipsi auersantur, & ab eadè cæteros abducere ac deterere summis conatibus laborant? Sed parum esset sanctissimorum hominum exempla ab illis negligi, nisi Euangelica quoque verba depraurent, quibus Christus ipse suos de ferenda cruce, de anima odio habenda, de sui abnegatione, & vt seruus Dominum suum crucifixum sequatur, tam serio commonefacit. Hæc aliq; id genus Scripturæ loca vel in iocum isti vertunt, vel ad crucem ab aliis duntaxat illatam, non autem sponte susceptam tam peruersè, quam inscitè detorquent. Nec animaduertunt interim, spontanea etiam seruitia Deo gratiora esse, quam quæ aut vi obruduntur, aut necessitate imponuntur: & maioris esse gratiæ offerre quod non debeas, quam reddere, quod exigaris, Hieronymo teste.

Serua. 2. ad Catech. Marth. 16.

Hom. 32. in Euangelia.

1. Cor. 9. In cap. 16. Marth.

Galat. 1.

Gal. 6. 2. Cor. 4.

1. Petri.

Cet. 4. c. 10. pag. 1306. a. Orat. de laudib. Athanasij. b. In catalogo scriptor. Eccles. c. Hom. 2. in Marth. d. Lib. 8. c. 6. fess. cap. 6. Athanasij Vita Antonij Magni.

1. Cor. 12.

Matt. 16. Luca. 9. 14. Iou. 12.

Lib. 1. contra Iouinianum.

QVANTA igitur est petulantia & in iudicando temeritas Centuriatorum, qui candoris & æquitatis omni obliti, sanctissimos homines ab antiquis rerum scriptoribus apprimè laudatos, & in monastica, dicam & Euangelica vita perfectos, partim scdæ, in

facris

Centuriatorum cap. 10. pag. 3297.

1. Timot. 4.

Lib. 4. cap. 28.

Hebr. 10.

Galat. 5.

Soz. om. li. 6. cap. 34. Niceph. lib. 11. cap. 40. 1. Tim. 4.

Li. 2. de vita cont. cap. 22.

Lib. 6. cap. 29.

Matt. 10. Luca 14. Marth. 8. Luca 9. Marth. 4. 9. Genes. 12.

Matt. 19.

facris literis ignorantia, partim nefaria superstitionis & damnandæ impietatis reos peragere student? Errat illis Malchus à Hieronymo tantoperè commendatus, quod fecedens à parentibus, in vita monastica coluerit Deum, & cum foemina contrahere matrimonium recusarit. Istorum enim iudicio obedientiam ille parentibus contra Dei præceptum non detulit, quia summo parenti colendo se totum vnice tradidit: & quoniam oblatas nuptias refutauit, demoniorum scilicet doctrinam, vt Paulus vocat, amplexus est. Quis verò tam est hebes, vt non videat, ab istis censoribus hoc in homine sancto damnari, quod in Ioanne nostro, & in vtroq; Zebedei filio pij omnes predicant, quandoquidem relictis & illi parentibus, castè semper & supra vulgi morem religiosè vixerunt? Ommitto viros penè innumerabiles & conspicua sanctitate præditos, qui vel ad tempus, vel in multos annos ab hominum conspectu atque consortio sese disunxerunt, & in optata solitudine suas postuere sedes, diuinis vt rebus perfectam operam darent. Errat illis Acepsemas à Theodoro laudatus, qui monasticen in solitudine Cyri vrbs exercuit, atque annos penè sexaginta in conclaui abditus latuit, cum nemine colloquens, neque alicui se conspiciendum offerens. Hoc pugnare dicunt cum Paulino præcepto: Aduemus nos mutuo ad prouocandam charitatem & bona opera, non deserentes collectionem nostri, sicut consuetudo est quibusdam. Atqui hoc non est citare, sed depraquare Pauli sententiam, qua Hebræi ad præstandum Christianæ vnitate atque charitatis officium reuocantur, propterea quod essent illi plus æquo cæremoniis & legibus patriis addicti, & cum aliis ex ethnicismo conuersis tam agrè coalescerent, quam nunc cum Catholicis Sectarij, quibus difficillimum videri solet, vno eodemque societatis Ecclesiasticæ vinculo colligari. Quomodo enim illi olim, sic etiam noua tores in vno cum Ecclesia corpore, spiritu & dogmate manere non possunt, & hinc coetus nouos instituunt, nouam doctrinam disseminant, nouosque ritus passim inducunt. Tales Ecclesiæ perturbatores atque dissectores hinc Paulus verberat, quales & alibi cupit abscindi: nihil verò contra veteris & noui Testamenti monachos, aut pios solitudinis habitatores differit. Errat illis Hallas Syrus monachus, tantæ quidem abstinentiæ vir, sicut Sozomenus & Nicephorus docent, vt per annos totos septuaginta panem non attigerit. Eum igitur fuisse dicunt ignarum verbi Apostolici: Omnis creatura Dei bona est, & nihil reiciendum quod cum gratiarum actione accipiarur. Cur autem eandem ignorantiam notam Baptistæ nostro, qui à pane prorsus abstinuit, vt diximus, non eodem iure tentant inurere? Quod ad Pauli sententiam attinet, iam sæpè responsum est, impiam Simonis Magi familiam, vt Encriritas, Manichæos aliosque veræ pietatis hostes, ab illo confutari, quod perniciosè docerent, carnes ipsas natura immundas, & propterea fugiendas esse, sicut & Origenes annotauit. Præclare autem à Prospero dictum est, quod vtraciter abstinentes eorum non naturas, sed concupiscentias damnent.

Malchus aduersus Centuriatores defensus.

Acepsemas excusatus.

Halla monachi abstinentia propugnata.

Pior non peccauit in parentes, quos propter monasticen deseruit.

ERRAT illis Pior in eremo Schetica Ægypti monachus, quod adolescens paternas ades deseruerit, atque ad professionem monasticen sese contulerit, adeoque voverit se ad suos nunquam rediturum. Qui post annos quinquaginta cum à sorore sua videndi eius cupida sollicitaretur, atq; à monachorum præfecto in patriam reuerti iuberetur, venit eò quidem, sed astans clausis oculis ad fores, & cum se paululum sorori contemplantum obtulisset, & oratiunculam recitasset, rursus in solitudinem properauit, sicut Sozomenus affirmat. Oblatrant autem hinc Centuriatores, & hanc censuram atqueunt: *Examinanda & iudicanda est hæc monstrositas iuxta præceptum: Honora patrem tuum & matrem tuam. Et 1. Tim. 5. Si quis suorum, & maximè domesticorum curam non habet, fidem negauit, & est infideli deterior.* O acutos examinatores, qui si Euangelicæ doctrinæ normam sequerentur, ad veram perfectamque pieratem referrent, quod aliquando filij parentes negligunt, imò & odio prosequantur, & patri mortuo extremum etiam sepulturæ officium negent. Euangelicum est, in salutatis amicis, & relictis rebus, rebusq; charissimis repudiatis, cunctigio diuinam sequi vocationem. Igitur magnus Patriarcha ille Abraham, quamuis opulentus esset, tamen domum, patriam, cognatos & facultates omnes deseruit, ac regionem prorsus incognitam adiit, vt diuinis iussis obtemperaret. Quam multi verò & eximie pietatis viri, præclaris Euangelij promissis illecti, non solum af-

sectu,

fectu, sed re ipsa etiam cum Petro reliquerunt omnia, ut Christum pauperem, cœlibem simul & obedientem rectius imitarentur? Accusent factum Sectarij, suis nimirum opibus, sæpè & abreptis Ecclesiæ facultatibus suaviter incubantes: sed ideòne illorum incredulitas & iuncta simul cupiditas fidem Dei & promissionem Euangelij euacuabit? Est igitur distinguendum inter officia pietatis, quæ à filiis Deo parentibusq; debentur: nec dubium, quin sine parentum iniuria, sine illorum voluntate atque consensu filij summo parenti Deo diuinoq; seruitio rectè se mancipient. Probat hoc multis^a Augustinus, confirmat^b Basilius, defendit quoq; ^c Bernardus: nos vnam tantum Augustini sententiam, secundum quam iudicauit semper Ecclesia, proferemus. Manifestum est, ^d inquit, & honorem parentum in gradu suo esse seruandum, & costamen in diuini amoris comparatione, præsertim si impedimento sunt, absque vlla dubitatione oportere contemni. Fugit in desertum quoque Ioannes noster, & se puer patriæ amicisq; subduxit, ut multis probauimus: ideòne fidem negauit, ac infideli deterior haberi meretur? Paulus de cura suorum habenda viduas monet, eas videlicet, quæ viuentes in deliciis, nullam vel suorum, vel pauperum curam gerbant, charitatis nimirum & hospitalitatis omnis expertes. Quare sic præsentem locum alij vertunt: Si qua suorum, & maximè domesticorum, &c. quemadmodum & Ambrosius, & Theophylactus interpretantur. Atque ut maximè sit generalis hæc Pauli sententia, de communi hominum genere, qui rem familiarem administrant, loquitur, nec adstringit æquè singulos, ut Apostolos, Ioannem, Antonium, ad propinquos & domesticos nutriendos, neq; auocat quenquam à sua vocatione. Errat illis Hilarion magnum sui seculi decus & lumen monachorum, qui senex cum videret se corpore defatigatum, & propinquam putaret imminere mortem, à sexagesimo quarto anno vsque ad septuagesimum pane abstinuit, incredibili feruore mentis, ut eo tempore quasi nouus accederet ad seruitutem Domini, quo cæteri solent remissius viuere. Hanc seruitutem, ut Hieronymus vocat, rident isti delicatuli, ac stultam superstiosamq; videri volunt. Repetunt igitur Pauli sententiam: Honorem corpori non habentes, velut sancti viri austeritas præceptum Apostolicum violârunt: imò totam Hieronymi & Sozomeni de dicto Hilarione narrationem suspectam nobis & fabulosam reddere moluntur. Ac de Pauli quidem dicto iam antè respondiimus: reliquam verò censuram, illorum impudentiæ tribuimus, qui summis etiam certissimisq; rebus & probatissimis historiis fidem adimunt, quoties adlubescit, pro sua videlicet incredibili arrogantia impudentiaq;ue. Errat illis Paulus in Ægypto monachus, qui nihil operis præter preces faceret, nihil ab aliquo nisi quod ad victum diurnum satis esset, acciperet, & quasi pro dimenso suo exercitio per dies singulos trecentas preces recitaret, teste Sozomeno. *Hæc iudicanda sunt, inquit, secundum Christi mandatum, Matthæi 6. Orantes nolite multum loqui, sicut Ethnici faciunt: putant enim quod in multiloquio suo exaudiantur.* Sic Euangelici homines contra Euangelium iudicant fratrem, & virum religiosissimum, tantum non ethnicum facere velle videntur, quod Christi fortasse secutus exemplum, oret prolixius, quodque non dissimilis Euangelicæ viduæ, multum ac diu precationibus vacet. Valeant autem cum sua βαρβαρολογία Ethnici, & si qui sunt illis comparandi, propterea quod sine fide, sine spiritu sacras demurmurent preces, fructumq; orationis non cordis affectu, sed diuturnitate temporis metiantur. A quo vitio Paulus quem diximus, alijque pij procul absunt, cum in spiritu & veritate Deum adorant, multumque temporis ardenti preceatione consumunt, siue in oratione cum Christo ipso pernoctent, siue cum Dauide septies, multoq; sapius in die preces ordinarias continuando persoluant. Errat illis Alexius Romanus tot seculis in Ecclesia celebratus, qui relictis domi parentibus nobilibus ac opulentis, vitam obscuram ac pauperem peregrinus elegit, ac tota ferè vita miser mundo videri, quam beatus domi florere maluit. Cui sanctissimo viro multiplicem isti & atrocem accusationem intendunt, velut offenderit scilicet in primum, quartum, sextum & septimum Decalogi præceptum. O seueros actionum iudices, qui tantum sui similes mirantur & probant: & quia spirituales non sunt, animales nò audeo dicere, de spiritualibus æquum ferre iudicium neutiquam, possunt. Quæ autem ista in iudicando æquitas, ut quæ ipsi non intelli-

*Monastice adie
re sicut licet, m-
nitio etiam pa-
rentibus.*

*Hilarion libe-
ratus calumnia
Centuriatorum.*

*Paulus mona-
chus ob precan-
di studium ve-
prebensis de-
fenditur.*

*S. Alexium arro-
citer accusatum
à Centuriatori-
bus.*

Romanus.

*a Episto ad
ad Lathin.
b In regulis
disput. c. 11.
c Epist. 107.
108 109.
d Contra
Adimant.
cap. 6.*

*Luca 22.
et 2.*

*Luca 6.
Psalm. 118.*

*Centuriatorum
pag. 145.*

1. Cor. 2.

intelligunt, aut suæ sectæ placitis repugnare cernunt, cuiusmodi in Hilarione, Malcho, Alexio, Euphrasia plurima sunt, mox atro quod aiunt, carbone notent atque contaminent, historiasque Sanctorum monstrositatis & impietatis plenas, imò & fabulas esse pronunciant? Quidnam veteris Ecclesiæ odio obcœcati, & nouæ doctrinæ præstigijs fascinati homines, quid inquam, nobis integrum tandem relinquunt? quid in historia tum Græca, tum Latina in dubium non reuocant? soli ut ipsi post omnes historicos sapere, & vera iamprimùm orbi commemorare videantur. Errant illis demùm, ut cæteros omnes præteream, superiorum præceptores, ac totius vel monasticæ, vel eremiticæ vitæ institutores primariique custodes, adeoque præstantes illi doctores quarti seculi, de quibus hoc palam affirmare non verentur, quòd eiusmodi genera vitæ, quæ à Deo non sunt instituta, non modò approbârunt, sed etiam ipsi instituerint. Quæ ipsorum confessio multum præ se fert impudentiæ & improbitatis, quòd Antonium, Macharium, Basilium, Hieronymum & eiusdem ordinis alios probatissimos viros tam petulantè impetant, publiceque proscindant. Superstitiosi scilicet hi, & de Ecclesia malè meriti fuerunt, quòd non modò scriptis, sed & factis sese ad benè beateq; viuendum duces optimos plurimis præbuerunt, quod præclaras piarum institutionum & actionum formulas è diuinis Scripturis sibi & alijs collegerunt, quòd multos religiosorum hominum cœtus ad perfectiorem vitam Euangelicis literis & exemplis consentaneam traduxerunt, quòd demùm verbo simul & opere, Prophetarum & Apostolorum, potissimum verò Christi & Ioannis imitatores esse voluerunt. Quæ pro sua nimirum in Deum charitate & in Ecclesiam studio singulari rectè approbârunt, adeoque instituerunt varia huiusmodi vitæ instituta, quæ licet in exteriori disciplina & ritibus quibusdam religiosos alios ab alijs discrepantes ostendant, tamen hætenus inter se pulchrè congruunt, quòd eandem fidei regulam, & consentientem doctrinæ confessionem ab omnibus exigant, neque solum in vna Ecclesiæ Catholicæ domo cunctos includant, sed etiam eiusdem Christi Domini vitam & doctrinam sibi maximè propositam habeant, & ad eundem sacra Scripturæ scopum & præceptorum omnium finem charitatem nihil non referant, dirigantq;. Fuit enim hoc illis omnino curæ, qui varias religiosæ vitæ formas præscripserunt, non ut quenquam à præceptore Christo abstraherent, sed ut multos & diligentes illi discipulos adiungerent, velut magno Apostolo se conformarent, suisque discipulis dicerent: Imitatores mei estote, sicut & ego Christi. Laborârunt illi sanè, nò ut à Dei verbo, quod summus charissimusq; thesaurus illis perpetuò fuit, vel vnguem latè discederent, sed ut multos eius obseruatores & Euangelicæ Philosophiæ cultores perfectos redderent. Non sua ipsi inuenta fastuose iactârunt, quod solent hæretici, sed quæ diuinitus in Scripturis extant tradita, sapienter illi ac piè ad certam commodamq; methodum reuocârunt, ac hominum profectui accommodârunt. Neq; laqueos cōscientiis iniicere veluerunt, sed infirmis multorum animis paranda salutaris rationem ut expeditiorem, ita securiorem vt iliter demonstrârunt: & qui veræ pietatis essent amâtes, hos conuenientibus militiæ spiritualis armis instruere studuerunt. Quis igitur illis vitio vertat, ac non laudi potius tribuendum putet, quòd diuino haud dubiè spiritu affati, & longo rerum spiritualium vsu edocti, quasdam religiosæ sanctæq; disciplina formulas præscripserint, aut præscriptas confirmârunt? Vnde factum esse cernimus, quòd passim historiæ produnt, ut ex omnibus ferè hominum ordinibus nò pauci Christiani ad diuinæ Scripturæ Christianæq; perfectionis normam propius accesserint, & ex bonis meliores, atq; sicut sæpenumerò res ipsa docuit, optimi simul & religiosissimi doctissimiq; viri cuaferint: ut prætereà multos habuerit Ecclesia Ioannis in deserto similes, hoc est, sedulos perfectionis Euangelicæ sectatores. At propè infinitum esset singula persequi, quibus nostri Centuriatores, nescio qua immanitate efferati, sanctissimos & innocentissimos viros dirè flagellant & conspuunt, partim ut suam ni fallor, in carpendo libidinem expleant, partim ut vetus aduersus monasticen conceptum odium exaturent. Habent autè hi quos diximus, præclari nominis & admiranda virtutis monachi cum Ioanne nostro multa sibi communia, ut illius profecti sectatores & discipuli possint meritò existimari: Qui si adhuc in mortali vita manerent, equidem dubitare non possum, eos hoc nomine

*Centuriatorum
cap. 6. pag.
464.*

1. Cor. 11.

*Institutores &
approbatores
monasticæ &
Centuriatoribus
improbantur.*

*Cur laudandi
fundatores &
auctores primi
monasteriorum.*

*Cur Centuria-
torum in iudi-
candis Sectarum
monachorum mo-
ribus supercilii
sit asserendum.*

sibi gratulatos esse, quod digni forent tam procacium aduersariorum fannis excipi, quodq; viderent suam vitam institutum illorum patere calumniis, quorum in maledicendo petulantem audaciam nullus ferere Patrum, quantalibet is doctrina, virtute & auctoritate vnquam floruerit, subterfugere queat. Verum enimvero erit aliquando tempus, & breui fortasse, quo isti Hagiomastiges suo magno incommodo sentiant, quale quantumq; sit crimen, Spiritum sanctum in suis electis organis contristasse, & inuictis Ecclesie athletis, qui Christo duce mundum, carnem, Satanam fortissimè subegerunt, procaciter insultasse, illorumque magnitudinem & praestantiam canino velut more allarrasse. Quam vereor, ne serò sapiant Phryges, quando cōspecta demum incredibili sanctorum gloria, inuidi hostes isti timore terribili turbabuntur, & pra' angustia Spiritus gementes, in tristes voces erumpent, vt mutatis rerum vicibus non solum à maledicendo superfedant, sed admirabundi etiam ac attoniti clamitent, publicè confessuri: Hi sunt, quos habuimus aliquando in derisum: nos insensati vitam illorum aestimabamus insaniam: Ecce quomodo computati sunt inter filios Dei, & inter sanctos fors illorum est? Hæc satis fuerit de operibus bonorum, vt vocant, electiis attigisse, quæ hostes Ecclesie nunc maximè insectantur, & quod multo est indignius, diuinæ Scripturæ testimoniis sine iudicio & fraudulenter adductis, sic eleuant & obsecrant, vt rude vulgus è sanctis non sanctos faciat, ac probatas illorum historias partim in dubium, partim in ludibrium vertat. Summū Deum ego precor, vt rectè secū reputent aduersarij, quàm nō remerè scriptū sit illud: Noli prohibere bene facere eum, qui potest: si vales, & ipse benefac. Abominatio Dñi est omnis illusor, & cum simplicibus sermocinatio eius.

ET HACTENVS quidem probatum sit, Ioannem de operibus bonis docuisse, neque tantum proposuisse moralia, sicut visum est Centuriatoribus affirmare. Fuit ille procul dubio, quem admodum Christus ipse testatur, lucerna verè ardens & lucens non solum quidem sermone, verum etiam vita & in omni actione, quam in illo electo & praestanti Dei organo maiorem in modum fulgere decebat, vbi communes hominum animi, densis velut tenebris & infinitis ferè corruptelis occupabantur. Docet itaque Chrysológus, Dei prouidentia factum esse, vt Ioannes genitoribus, & ipsi naturæ, & vniuersitati, & seculis populisque delegaretur atque donaretur, qui esset vox Christi, & præco iudicis. Nec alij sanè longa & seria oratione suadere possent efficacius, quàm suo Ioannes exemplo commendabat, & plerisque citra controuersiam ea persuadebat, quæ ad benè beatèque viuendum pertinerent. Quem verò nisi salutis suæ prorsus negligentem, illius tam diuinè philosophantis non moueret exemplum? qui etiam si nihil concionaretur, tamen re ipsa iam excitabat homines ad spontaneam corporis afflictationem, ad singularem vitam austeritatem, ad simplicitatis & paupertatis amorem atque cultum, ad voluptatis demum omnium præcisionem. Cernebat homines in illo tam nobili viro hæc alia, ne id genus siue corporalia, siue spiritalia exercitia, & intelligebant etiam, quod Ioannes non sine diuini spiritus impulsu, vt est iam antè probatum, hoc vitam genus vltro suscepisset, ac rota ferè vita excoluisset, sibi que valde familiare, nec minus quoque, vt opinor, iucundum reddidisset. Quæ sic à nobis dicuntur, nihil vt summo numini & eius honori detrahamus: quin Christi gratiam, de cuius plenitudine sancti omnes acceperunt, hoc pacto in Ioanne laudamus, tantamque fuisse dicimus, vt quicquid ille ageret, quasunque virtutes exerceret, quodlibet pietatis & sanctitatis exhiberet specimen, id spectantibus & audientibus mirificè prodesset, & ad comprobandum eius de Christo testimonium ingens pondus adferret. Sic enim visum est munificentie Spiritus, qui in illo velut sancto templo, amplè & tranquillè quiescebat, talem tantumque Messie præconem, postremumque Prophetam illustrare, & per vnum multis opitulari, nec solum illius ore, sed & opere, totoque habitu exteriori cum in admirationem, tum ad imitationem viri rapere intuentes. Fulgentissima lux Christus oriebatur; sed mundus ita suis immersus tenebris iacebat, vt lucerna longè lateque splendente, quæ tanti regis ortum præcederet, haud parum indiguerit. Talis autem Ioannes præ omnibus Prophetis & Messie prænunciis fuit, de quo Patris æterni decretum hac voce multò antè dicta confirmabatur: Parauit lucernam Christo

Sanctorum Imperatores, seu Deo iudicio reuerent.

Ioannem non solum voce, sed & opere multum docuisse.

Ioannes Ecclesie datus ad adificationem & seruiciū exemplar.

Sap. 3.

Prover. 3.

Ioan. 5.

Serm. 30.

Ioan. 1.

Psal. 131.

Christo meo. Breuiter sicut Bernardus de illo testatur, sic ab ortu vitæ suæ vsque ad occasum conuersatus est cum hominibus, vt forma vitæ, informatio morum habeatur. Vocat eum igitur virginitatis insigne speculū, martyrum lumen, anachoretarum principium, orbis exemplum, iustitiæ principatum. Hinc Cyrillus Hierosolymitanus rectè dixit, Ioannem exercitationis typum in seipso monstrasse. Hinc Basilij Magni frater Gregorius Nissenus prodidit: Nulla in re Ioannes diuina minus præstitit, quàm cæteri, qui in exercitio virtutis ante illum extiterunt. Quid quod Christus ipse cum Iudæis differens, Ioannis in deserto domicilium horridum, eiusque vestitum minimè delicatum illis considerandum proponit? vt nimirum hinc homines molles à luxu & voluptatum studio ad seueriorem vitæ disciplinam reuocarentur. Cur ergo istis credamus, qui fingunt, Ioannem nihil aliud quàm opera moralia docuisse?

EX QUIBUS non sit difficile iudicare, quanto perè suos fallat Lutherus, priorum Sectariorum, quos indicauimus, antesignanus, dum affirmat, Ioannem tanquam doctorem considerare, vitam verò eius & mores minus curare oportere. Deum ait, non adeò magni facere, quomodo viuant homines, sed potius eorum spectare doctrinam: vitam quippè omnium mortalium, & opera ipso peccato vitari, æternæque mortis ac gehennæ supplicio digna esse. Ita verò declarat orbi Lutherus, quàm sit non solum in Ioannem, sed in vniuersam simul Ecclesiam, imò etiam in Deum ac Dei verbū contumeliōsus. Errant Lutherò scilicet, sacri Euangelistæ, qui Ioannis vitam & opera non minus quàm doctrinam eius sedulo perscripserunt, & à nobis nō solum ad fidem ab eo discendam, sed ad vitam quoque; corrigendam considerari maximè voluerūt. Errat Lutherò itidem Paulus, qui omnes memores esse vult præpositorū & fidorum interpretum verbi Dei, vt non solum illorum fidem imitentur, sed & conuersationis exitum intueantur. Qualem verò doctorem nobis ex Ioanne conflat Lutherus? An magnum, & Euāgelicum, & perfectum fuisse inficiabitur? Huiusmodi verò iubet Christus ea nota inter nosci, si faciat & doceat, hoc est, si vitam cum doctrina consentientem ostendat, vt certè Ioannes ostendit, non minus opere quàm sermone perfectæ iustitiæ viam clarissimè docens. Vnde hoc à Christo testimoniū tulit: Venit ad vos Ioannes in via iustitiæ. Et illud: Ille erat lucerna ardens & lucens. Curigitur, quem Christus tantoperè laudat, & Iudæis alibi etiam à vitæ austeritate atq; sanctitate commendat, vt iam diximus, nobis etiam perinde ac vnum quoddam virtutis speculū & exemplar, ob oculos positum esse nō existimemus? Est ita quidem, vt sincera fidei doctrina, tanquàm basis & fundamentū humana salutis, ædificari & construi primū in animis hominum debeat: sed fides ac doctrina non iustificat, imò grauius etiam damnat eum, qui quod rectè credit & docet, vita & moribus non exprimit, aut saluari doctrinæ factis contradicit, eorum nempe socius, qui vt Paulus asserit, consentunt se nosse Deum, factis autem negant. Ac sanè qui rectè docet, maleque viuit, inter eos habendus est meritò, de quibus à Petro dicitur, melius illis esse viam iustitiæ non cognouisse. Præterea hic Scripturæ mos est familiaris, vt sanctos à vita innocenter sancteque gesta commendat, eorumque opera nobis consideranda imitandaque proponat. Sic Iacobus tolerantiam Iob, Petrus iustitiam Loth, & Paulus Moyse zelum, Patrumque veterum exempla, qui per fidem operati sunt iustitiam, in medium protulerunt. Cur igitur quod aliis concedimus, Ioanni sanctissimo adimamus? præsertim qui non solum Ioannis & Pauli, sed & quod longè est difficilius atque sublimius, Christi & Dei Patris imitatores esse iubemur. Hinc Apostolicus ille Canon: Estote imitatores Dei, sicut filij charissimi: & ambulate in dilectione, sicut & Christus dilexit nos. An non seruum Christi præceptum est: Estote ergo vos perfecti, sicut & Pater vester cœlestis perfectus est? Non igitur otiosa, paruique momenti est narratio, quam de Ioannis vita & operibus repetunt Euangelistæ, sed ad nos etiam totamque posteritatem pertinet: etsi multa illic admiranda potius, quàm pro dignitate imitanda nobis esse videantur. Verum enimvero antiquum Lutherus obtinet, qui quo magis vulgi aures animosque; ad se conuertat, blandissimum hoc sequitur doctrinæ genus, vt credant homines, quod ille cupit videri quàm verissimū, Deum non magnoperè de Christiani hominis vita & operibus bonis curare, vt qui fidem fideique; doctrinam vel solum,

Sermo de excell. Ioan. Baptista.

Catech. 3. ad illuminatos.

Orat. in laudem Basilij Magni fratris.

Ser. de nazariust. Ioan. Baptista.

Matth. 3. Marc. 1. Luc. 3.

Hebr. 13.

Matth. 5.

Matth. 23. Ioan. 5.

Matth. 11. Luc. 7.

Ad Titum. 2. Pet. 2.

Iacob. 5. 2. Pet. 2. Hebr. 12.

Philipp. 3. Matth. 5.

Falsò indicat Lutherus, doctrinam Ioannis tantum, & non vitam obseruandam esse.

vel maximè exigat & requirat. Qui demùm eò etiam dementiã prolabitur, vt quæ à Ioanne aliisq; sanctis præclare sancteq; peracta, atq; à piis omnibus perpetuò & prædicanda & imitanda sunt, ea in peccatis numeret, tamque impura & fordida faciat, vt poena potius, quam præmio digna velit haberi. Verùm de his tetrìs erroribus alibi diximus, & ante nos etiam viri sapientes & docti monuerunt.

Quomodo Ioannis vita inferat moralia & vita sollicitudinibus.

POSTREMÒ non erit abs re, vt mihi sanè persuadeo, paucis commonstrare, quam vtilitatem Ioannis vita nobis adferat, si præclaram tanti viri historiam ad nos nostraque tempora sincerè accomodemus. Habent in primis monachi & religiosa vitæ professores, cur de Ioanne duce suo gloriantur, quem & iure prædicet, suumq; principem voeent. Duxit enim ille vitam eremiticam, imò & anachoreticam, quod & Rupertus Tuitientis admonet: adeoq; sicut Sacerdotum principes Apostoli extiterunt, sic Monachorum Principem se Ioannes ostendit, vt Chrysostomus luculenter affirmat, & nos antea confirmauimus. Habent præterea monachi, quod in Ioanne non modò suspiciant, sed & imitentur, utpote secessum ab hominum turba, à mundi negotiis vacationem cultum silentij, curam edomandæ carnis, & exercitandæ die ac nocte poenitentia, studium sacra meditando & contemplando, piè precando contentionem, demùm flagrantem in Deam Deiq; regnum pietatis affectum. Habent quoq; in Ioanne pastores, doctores & ministri omnes Ecclesiæ, quod velut in clarissimo speculo intueantur & sequantur exemplum, nimirum vt benè præparati & legitime missi, sua munia sincerè obeant, ac in his accuratè versentur: vtq; non solum clamantes Dei voces in deserto esse laborent, sed etiam coelibatum integrè casteq; colant, & moribus sint inculpati, vt suo tum verbo, tum exemplo & zelo singulari plebem Domino perfectam parent, neq; bonis tantum amabiles, quin improbis quoq; acres ac formidabiles se præbeant, ac demùm illorum quilibet pro suo gradu & ordine, quem tenet in Ecclesiâ, coram Deo & hominibus fidelem ac idoneum se ministrum esse declaret, suumq; ornet ministerium.

Ioannes in exemplum Ecclesiæ pastoribus & ministris proponitur.

Christianis omnibus Ioannes prodest exemplum.

Ioannis doctrina compendio explicatur.

Nec solum Ecclesiastici, sed & Christiani omnes cuiuscunq; sint ordinis, habent in Ioanne quod probent ac sequantur sedulo, modò velint, sicut velle omnes debent, verè & Christianè philosophari. Igitur Origenes & Chrysostomus cum sui temporis hominibus concionantur, Ioannis vrgent exemplum, & proposito vitæ eius rigore, vulgi delicias vanasq; hominum cupiditates reprehendunt atq; castigant. Nec dubium, quin Ioannes hoc quod Paulus faciebat, meritò sibi sumere possit, vt nunc etiam officiantibus, & secundum carnem viuentibus Christianis occinat illud: Imitatores mei estote. Item: Quæ didicistis & accepistis, & vidistis in me, hæc agite: & Deus pacis erit vobiscum. Vidistis autem Christiani, dicat suo iure Ioannes, & ex Euangelio sæpè didicistis opera in lege præcepta, itemq; non præcepta, quibus me Deus voluit mundo præluccere, & Euangelium cohonestare. Tenetis ciborum abstinentiam, poenitentia studium, laudioris vitæ contemptum animi submissionem, fidei & doctrina constantiam, iustitia zelum, charitatis ardorem, omnisque virtutis sedulam exercitationem. Audistis præterea meam de Christo & vera Christi fide confessionem: accepistis & doctrinam à me publicanis, militibus, populo traditam, quæ poenitentia, charitatis & iustitia opera contineret. Hæc opera, vt alia prætermittam, vobis commendo, quos ad opera bona creauit Deus, vt in illis ambuletis: quæ quidem ego non probanda solum, sed & imitanda vobis relinquo, si Euangelio Christi dignè viuere, & viam Domino parare, fructusque poenitentia dignos facere, vt sanè par est, decretum & constitutum habetis. Alioquin frustra, mihi credite, frustra fidem & fidei confessionem iactatis: frustra vos Abrahamæ filios facitis, frustra Dei promissis & misericordia fiditis, quamdiu dignis poenitentia fructibus vacui, & operibus bonis estis destituti. Iustum & horrendum Dei iudicium, quod peccantibus & ingratis omnibus impendet, est sanè cunctis extimescendum. Quod si coelestis agricola, qui suam securim & falcem ad manum habet, & citò experiri statuit, vos velut steriles & infrugiferas arbores, aut tanquam noxias herbas in agro suo inuenerit, manus iudiciumque eius seuerissimum non poteritis vllò modo declinare. Aut igitur triticum in area Domini estote, vt in coeleste horreo colligamini: aut si manetis velut inutiles palca, eundem vestrum exitum fore ne dubitate, quin est omnium

Hom. 16. ad pop. An. 110ch.

Hom. 13. in Lucam. Hom. 10. in Matth.

1. Cor. 11. Philip. 4.

Matth. 21. 11. Luc. 3. Marc. 1.

Ioan. 1. 1. 1. Luc. 3.

Ephes. 3.

Matth. 3.

omnium fructus bonos in hac vita non proferentium, ignem videlicet inextinguibilem ac sempiternum. Hæc præcipua doctrina & philosophia est, vt mihi videtur, quam de viuendi ratione Ioannes omnibus in huius mundi deserto viuentibus tradit: hæc salutis illa scientia, de qua illum concionaturum Zacharias pater est vaticinatus: hæc Christiana solidaq; sapientia, Iudæis, gentibus, omnibusq; in Christum credentibus & credituris in primis necessaria, nec solum ore, sed & omni vita Ioannis maximè confirmata. Fuit enim ille non solum redemptoris præcursor, sed & alter Elias, ac præco iudicis, qui (velit nolit Herodes ac Herodias cum nefario impioq; sodalicio) munus suum ad mundi vsq; finem obire perget, vt præcedat antefaciem Domini parare vias eius, vtq; & praua in directa, & aspera in vias planas conuertat.

Luc. 1.

Matth. 11. Marc. 6. Luc. 1. 1. 1. Ioan. 1.

OTER felices, qui suum Ioanni munus integrum relinquunt, eiusq; doctrina & exemplo conuenienter vtuntur, vt se dignos tanto magistro discipulos præbeant. Quam libenter, quamque suauiter illos Christus inuisit, quanta illos prosequitur liberalitate, quanta gratia locupletat, qui se in Ioannis disciplinam ex animo tradiderunt, vt positus sub illo timoris diuini fundamentis, & arreptis poenitentia armis, viam Domino parent, amiciq; spongi fideles efficiantur. Nullus verò ex his, qui mundum amant, in Ioannis schola ritè versabitur: nullus per illum Christo poterit commendari, nisi seipsum planè cognouerit atq; despexerit. Quam ad re haud parum iuuabit eius admonitionis sedulo meminisse, quam Chrysostomus, velut alter Ioannes, grauissimè scriptam reliquit in hunc modum: Si Ioannes in omni vitæ ratione mundissimus, celoq; ipso clarior, & Prophetis cellior, quo nullus hominum maior fuit, quicq; tanta apud Deum familiaritate gaudebat, ad omnem tamen patientiam durabat laborum, satis altè deliciarum fluxa despiciens, atq; ad omnem se vitæ rigorem coarctans: quam nos satisfactionem adferre poterimus, quibus post tot Christi beneficia, postq; mille nostrorum onera peccatorum, ne minimam quidem partem illius castigationis imitamur: sed comestrationibus & potationibus dediti, ac peregrino odore fragrantés, vel potius fœrentes, nihilq; à theatralibus fœminis discrepantes, ac nosmet ipsos eneruantes vndiq; ac vndiq; relaxantes, in prædam diaboli præparamur? Tum paulò post: Absistamus, inquit, ab hac fluida dissolutaq; vita. Nequeunt enim omnino, nequeunt aliquando in vnum, & confessiois lachryma & corporis conuenire voluptates. Et hæc vos doceat beatus Ioannes & cibo suo, & habitu, & habitaculo. Quid igitur? inquit: ad huius tu vitæ asperitatem nos imperas coarctari? Nò impero planè, sed suadeo: quod si facitis, etiã laudo. Sin verò istud vobis impossibile iudicatis, saltem in vrbibus constituti, poenitentia opera monstremus. Etenim iam iudicium assitit in ianuis: quod si adhuc esset procul, nec sic quidem oportebat agere securi: si quidem generalem illum mundi finem vnus cuiusq; nostrum vitæ finis imitatur. Sed quoniam satis non est aduersariis, Ioannem conuictis suis insectari, nisi religiosisimos eius parentes malè quoq; accipiant, non grauabimur illatam iniuriam ab illis propulsare, & sanctis coniugibus suam restituere dignitatem conabimur.

Qui serui & felices Baptista discipuli.

Chrysostomi adhortatio ad Ioannem vultum.

Hom. 10. in Matth.

Iacob. 3.

CAPVT DVODECIMVM.

Erant autem iusti ambo (Zacharias & Elizabeth) ante Deum, incedentes in omnibus mandatis & iustificationibus Domini sine querela. Luc. 1. Qui credit in filium, habet vitam aternam. Ioan. 3.

MAGDEBURGENSES.



Reverentes Ioannis iusti ante Deum, hoc est, vera notitia DEI ac luce fidei in Messiam præditi fuerunt, nec aluerunt falsas persuasiones de operum iustitia, quales tum in Pharisæis, & in reliquo vulgo grassata sunt. Cent. 1. li. 1. c. 10. col. 355. Et li. eod. c. 4. col. 95. Erant ambo iusti ante DEVM, hoc est, ab accusatione legis pronüciati liberi,

0 + imputata

imputata iustitia propter Messiam habebant propitium Deum. Deinde & effectum exprimit Lucas, quod Deo in cultibus ordinatis obsequium presterunt.

C E N S U R A.

Ioannes iustorum parentum iustus dignusq; filius.

P RIMA EST IOANNIS LAUS ET COMMENDATIO, à QVA SVVM EVANGELIUM orditur Lucas, quod parentes habuerit non solum generis nobilitate claros, & ex tribu sacerdotali, sed & virtute, & pietate coram DEO & hominibus in primis illustres. Iustus quippe parentibus erat genitus, vt eò confidentius iustitiæ præcepta populis daret, quo hæc ipse non nouitia didicisset, sed velut hæreditario iure à progenitoribus accepta seruaret. Jvt rectè monuit Beda. Excussit hunc locum egregiè Paulinus, vt verba eius subiungere, non sit præter institutum, quæ parentum Ioannis nobilitatem maiorem in modum illustrent: Doctissimus Lucas, inquit, Baptistæ beati meritum ab originis claritate detexit: & ne tantum historiam gratiam eum commemorasse existimes, nobilem Dominici præcursoris parentem, veneranda prisca nobilitatis insignia, & suum cuiq; stemma connectit, dicens sacerdotem Zachariam de vice Abia. Credo, vt eo ipso dignitatem meriti eius ostenderet, adiiciens nomen ex insubulis, quod procul dubio in Hebræis esset insigne, de cuius vice honoratum sortitus sacerdotium fungeretur. Deniq; addidit: Et vxor eius de filiabus Aaron. Vides Euangelistam de commemoratione natalium Sancti, dictionem fecisse meritorum, vt iis quos erat de propriis meritis prædicaturus, nomina auita præferret: Et vxor, inquit, illi erat de filiabus Aaron: auxit meritum Sacerdotis commemorata nobilitate coniugij: & laudaturus vitam, genus ante laudauit, vt venerabilior existeret, qui sanctis parentibus responderet sanctitate ingenita, quasi quadam iustitiæ hæreditate, qui illud principale in Sacerdotibus nomen Aaron & honoris in muncere, & generis in vxore successor referret, atq; illa quæ concors in itinere iugum veritatis cum marito trahebat, ad pariendum eligenda angelum, de quo scriptum est: Ecce mittam angelum ante faciem tuam, dignior & viro Sacerdote & filio Prophetis præferendo existeret, quàm diuinis idoneis dotibus, non solum vitæ iustitia, sed & familiæ prærogatiua fecisset. J Sed vt propositis Euangelistæ verbis, quæ parentes Ioannis à iustitia summè prædicant, inhæreamus: rectè notaui Origenes, perfectam hinc eorum laudem describi, & propterea Lucam non sine certa causa tam multa coniungere, vt sciamus, non solum illos fuisse laudabiles, sed vt nos etiam horum exemplo laude vera dignos efficiamus. Primum enim fieri potest, sæpè que solet, vt aliquis reuera totus coram Deo iniquus atque peruersus, in conspectu tamen hominum iustus habeatur. Deinde vt quis maximè diuinis mandatis pareat, & in illis inoffensio cursu progrediatur, tamen sit sæpè numero, vt in aliorum factis iudicandis aberret. Aut si probum de aliis iudicium homini verè pio contingat, vix tamen publicam reprehensionem cuitabit, aut certè quorundam querelas & accusationes audire cogetur. Eoq; magis Zachariæ & Elizabethæ virtus elucet, in quibus ne ad sanctimoniam laudem decesset quicquam, tam industriè & exactè Lucas, sicut Origenes, Ambrosius & Beda annotarunt, ordine quodam hæc commemorauit: Erant iusti ambo ante Deum, vel in conspectu Dei, incedentes in omnibus mandatis & iustificationibus Domini sine querela.

Ioannes pariter quomodo à Luca commendatur.

A generis nobilitate bonos fieri commendat.

Parentes Ioannis præcipue iustitia commendari.

Emphasim habet, quæ narrat Lucas de Baptistæ parentibus.

Grande quiddam est coram Deo iustum esse.

Sine graui peccato iustum posse viuere.

PRIMA EST IOANNIS LAUS ET COMMENDATIO, à QVA SVVM EVANGELIUM orditur Lucas, quod parentes habuerit non solum generis nobilitate claros, & ex tribu sacerdotali, sed & virtute, & pietate coram DEO & hominibus in primis illustres. Iustus quippe parentibus erat genitus, vt eò confidentius iustitiæ præcepta populis daret, quo hæc ipse non nouitia didicisset, sed velut hæreditario iure à progenitoribus accepta seruaret. Jvt rectè monuit Beda. Excussit hunc locum egregiè Paulinus, vt verba eius subiungere, non sit præter institutum, quæ parentum Ioannis nobilitatem maiorem in modum illustrent: Doctissimus Lucas, inquit, Baptistæ beati meritum ab originis claritate detexit: & ne tantum historiam gratiam eum commemorasse existimes, nobilem Dominici præcursoris parentem, veneranda prisca nobilitatis insignia, & suum cuiq; stemma connectit, dicens sacerdotem Zachariam de vice Abia. Credo, vt eo ipso dignitatem meriti eius ostenderet, adiiciens nomen ex insubulis, quod procul dubio in Hebræis esset insigne, de cuius vice honoratum sortitus sacerdotium fungeretur. Deniq; addidit: Et vxor eius de filiabus Aaron. Vides Euangelistam de commemoratione natalium Sancti, dictionem fecisse meritorum, vt iis quos erat de propriis meritis prædicaturus, nomina auita præferret: Et vxor, inquit, illi erat de filiabus Aaron: auxit meritum Sacerdotis commemorata nobilitate coniugij: & laudaturus vitam, genus ante laudauit, vt venerabilior existeret, qui sanctis parentibus responderet sanctitate ingenita, quasi quadam iustitiæ hæreditate, qui illud principale in Sacerdotibus nomen Aaron & honoris in muncere, & generis in vxore successor referret, atq; illa quæ concors in itinere iugum veritatis cum marito trahebat, ad pariendum eligenda angelum, de quo scriptum est: Ecce mittam angelum ante faciem tuam, dignior & viro Sacerdote & filio Prophetis præferendo existeret, quàm diuinis idoneis dotibus, non solum vitæ iustitia, sed & familiæ prærogatiua fecisset. J Sed vt propositis Euangelistæ verbis, quæ parentes Ioannis à iustitia summè prædicant, inhæreamus: rectè notaui Origenes, perfectam hinc eorum laudem describi, & propterea Lucam non sine certa causa tam multa coniungere, vt sciamus, non solum illos fuisse laudabiles, sed vt nos etiam horum exemplo laude vera dignos efficiamus. Primum enim fieri potest, sæpè que solet, vt aliquis reuera totus coram Deo iniquus atque peruersus, in conspectu tamen hominum iustus habeatur. Deinde vt quis maximè diuinis mandatis pareat, & in illis inoffensio cursu progrediatur, tamen sit sæpè numero, vt in aliorum factis iudicandis aberret. Aut si probum de aliis iudicium homini verè pio contingat, vix tamen publicam reprehensionem cuitabit, aut certè quorundam querelas & accusationes audire cogetur. Eoq; magis Zachariæ & Elizabethæ virtus elucet, in quibus ne ad sanctimoniam laudem decesset quicquam, tam industriè & exactè Lucas, sicut Origenes, Ambrosius & Beda annotarunt, ordine quodam hæc commemorauit: Erant iusti ambo ante Deum, vel in conspectu Dei, incedentes in omnibus mandatis & iustificationibus Domini sine querela.

ILLVD autem potissimum ac præcipuum est, quod ante Deum iusti fuisse dicuntur. Difficilis res est, inquit Origenes, in conspectu Dei iustum esse, vt non ad aliã causam quid boni facias, nisi propter ipsum bonum, & Deum tantum quæras boni operis retributorè. Tale quid & Apostolus loquitur: Cuius laus nõ ex hominibus, sed ex Deo est: beatus qui in conspectu Dei iustus est atq; laudabilis. J Origenem sequitur Ambrosius, pariq; studio cum illo refellit eorum errorem, qui docent, Christianum absq; peccato, mortali scilicet, non posse viuere, vt sit, sicut Scriptura loquitur, immaculatus, vel sine crimine, quemadmodum Paulus requirit. Cuius rei luculentum exemplum Zacharias & vxor eius præbent, qui sunt irreprehensibiles, obediens, iusti & sancti, atq; sicut Paulus loquitur, coram

In 1. c. Lucæ.

Epist. 10 ad Sever.

In Lucam hom. 3.

Hom. 2. in Luc.

Rom. 2. In Luc. li. 1. cap. 1. Psal. 17. 36. 118.

Tit. 1. & 1. Cor. 1. Rom. 12.

coram Deo & hominibus bona prouidentes. Ambrosius hinc ita loquitur: Perfecta laus est, ante Deum iustum esse. Beatus planè ille, qui in conspectu Dei iustus est. Beatus ille, de quo Dominus dignatur dicere: Ecce verè Israëlita, in quo dolus non est. Solus perfectior, qui ab eo probatur, qui non potest falli. J Augustinus de his ipsis (Zacharia & Elizabeth) scribens, beatos illos appellat, velut quos in seculo isto aliqua culpa non percussisset, nullumq; vulnerauerit crimen, nec querela vlla tetigerit, quoniam in omnibus mandatis & iustificationibus Domini sine querela inceserunt. J Tum de consilio & scopo Luca istos egregiè commendantis hoc admonet: Euangelista virtutes patris matrisque describit, vt generantium meritis dignitas germinis nosceretur. J Cum verò sit duplex iustitia, specialis & generalis, à qua iustus homo rectè dicitur, obseruauit Chrysostomus, hoc quidem loco iustos generatim accipi, & secundum eam Scripturæ phrasin, quæ iustitiæ nomine virtutes omnes complectitur. Sic igitur Zacharias & Elizabeth, sicut Ioseph Mariæ sponsus, in Euangelio iusti celebrantur, quãdo quidem in omni virtute perfecti, & excellenti quadam iustitia, eodem Chrysostomo teste, præditi extiterunt. Hinc idem alibi quoq; docet: Iustitia est omnium mandatorum plena custodia. J Cui cõsonat Ambrosius: Vbi iustitia, inquit, ibi concordia virtutum est ceterarum. Nõ enim pars est iustitia, sed quasi mater est omnium. J Et luculentius adhuc Gregorius Nissenus, cum Christi sententiam: Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam, explicat, omnem virtutis speciem hinc nomine iustitiæ designari restatur. Demùm sicut Augustinus præclare notat vniuersa iustitiæ ratio vnico innocentia vocabulo cõtinetur. An verò in Scripturis est iustitatum, ab operibus ipsis iustitiam definiat atq; describat: Ioannes Apostolus disertè pronunciat: Omnis qui facit iustitiam, iustus est. Et apud Ezechielem extat operum descriptio, à quibus iustum oporteat æstimare, nimirum, si in præceptis Dei ambulauerit, & iudicia eius custodierit, veritatemque fecerit: & additur demùm in epilogo: Hic iustus est, vita viuet, ait Dominus Deus. Tum alibi legimus: Qui sequitur iustitiam, diligitur à Domino. Et rursum: Ante iudicium para iustitiam tibi. Paulus verò in hunc modum: Factores legis iustificabuntur. Demùm iustus Christus pronunciat eos, qui habebunt opera in iudicio celebranda, & æternis præmiis afficienda.

In 1. c. Lucæ.

Ioan. 1. De sanctis ser. 22.

Hom. 4. in Math.

Math. 1.

Hom. 12. in Math. a L. de Prædicatoribus c. 3.

Lib. de beatitudinibus. Math. 5. In Psal. 100.

1. Ioan. 3. & 2. Ezech. 18.

Prover. 15. Eccl. 18. Rom. 2. Math. 25.

Li. 1. aduers. Pelag.

Annotat. in 1. cap. Lucæ.

In 1. c. Lucæ. Schol. in Lucam. Hom. 3. in Lucam.

Iustitia nomen bifariam accipi.

Iustitia generalis est virtus, quæ nullis in Scriptura tribuitur.

Iusti ab operibus in Scriptura dicuntur.

Qualis iustitia parentibus Ioannis tribuitur nomen.

Quæ omnia præfari, & vtcunque stabilire volumus, non solum vt iustitiæ nomen rectius pro vero & germano Scripturæ sensu accipiatur, verùm etiam ob novos istos Euangelij non tam interpretes, quàm deprauatores, quibus visum non est, vel in Ioannis gratiam, vel propter veritatis confessionem tantum Zachariæ & vxori eius tribuere, quantum perspicua Lucæ verba illis tribui postulant, & Patres tribuendum esse censuerunt. Ioanni certè detrahunt, qui singulari parentum eius virtuti detrahunt, cum etiam, Hieronymo teste, constet, hunc filium suis parentibus iustiorum ac meliorem extitisse. Quàm verò exiguam partem tum iustitiæ, tum sanctitatis illius parentibus relinquunt, qui iustos duntaxat eatenus agnoscunt, quatenus illis à patre æterno Christi iustitia imputetur, & quatenus veram Deinotitiam & fidei lucem habeant, sicut suis verbis, quæ proposuimus, Magdeburgici Scriptores exponunt. Eodem concedunt reliqui nouæ religionis assertores, inter quos Lossius: Erant, inquit, iusti ambo coram Deo, id est, placentes Deo per fidem, quia crediderunt in promissum & venturum semen Abrahæ, statuentes se propter ipsum, id est, Iesum Christum habere remissionem peccatorum, & reputari iustos coram Deo, etiamsi legem non perfectè impleant, propter reliquias peccati herentis in natura corrupta. Strigelius rem vno verbo expedit: Erant iusti fide, inquit, non operibus. Ità verò Sarcerius: Hic loquitur de iustitia fidei per imputationem: nam hac iustitia sola ante Deum sumus verè ac propriè iusti. De hac disputat & Brentius, solamque iustitiam eam esse dicit, qua iusti reputati sunt Patriarchæ, Prophetæ, Apostoli, Martyres, adeoque quotquot vnquam pij fuerunt. Proinde cum Scriptura testetur, Zachariam & uxorem eius iustos fuisse coram Deo, manifestè significat credidisse eos, quod habebant benedictionem per semen Abrahæ promissum: hoc est, quod habeant remissionem peccatorum per Iesum Christum, & quod propter hunc reputentur coram Deo iusti. Nullus verò ex nouis istis Theologis, quod quidem sciam, vno Beza vel est procacior, vel arrogantior, qui ne parum sapere videatur, indoctos & blasphemos omnes esse pronunciat, qui ex hoc loco & similibus conan-

tur iustitiam operum stabilire, quorum meritis salus nostra vel in solidum, vel ex aliqua partenitur.

EN QUANTVM istorum est supercilium, vt non solum Zachariæ & Elizabethæ laudem obsecrent, sed etiam in Lucæ verba impetum quendam faciant, ac vel inuitum eum cogant, non aliter quàm de imputatiua, vt ipsi vocant, iustitia loqui. Secus verò qui sentiunt, vt adducti modò Patres sentiunt, & iustitiam operum hinc astruunt, partim indoctos partim blasphemos eos habet Beza, cum in eo ipso, in quo alios tanto conuitio insectatur, se indoctum esse atque blasphemum ostendit, & magistrum suum Caluinum eadem censura verberat. Sic enim Caluinus loquitur: Qui simpliciter exponunt, Zachariam & Elizabethæ iustos fuisse, quia gratis Deo propter mediatorem placuerunt, in alienum sensum torquent Lucæ verba. Deinde subiicit, Dominum quia illis peccata non imputauit, sanctam illorum vitam licet imperfectam, iustitiæ titulo dignatum esse. Quare si Caluinum sequimur non modo Beza, sed & alij quos produximus, aduersarij coarguendi sunt, velut qui sensum alienum inducant, cum locum præsentem ad solam fidei iustitiam audent detorquere. Præterea licet ac decet per Caluinum sic Lucam interpretari, vt iustitiæ titulus ob vitam piè & sanctè gestam his duobus coniugibus donetur præ cæteris, qui tametsi communem de Messia fidem in Synagoga retinerent, tamen minus Dei præceptis obediens, minusque iusti coram Deo extiterent. Quod verò Caluinus admiscet de imputatione & imperfectiōe, quàm in vita & iustitia illorum coniugum contempletur, de illo postea viderimus. Neque solum Caluinus, verum & Zvinglius istos, qui solam fidei iustitiam hinc agnoscunt & statuunt, palam oppugnat. Adducit enim Hebraicæ locutionis formulam, que Liphne Adonai, id est, coram Domino, eos iustos dicit, qui metu Dei & amore iustitiæ, innocentie & sanctitati student, qui bona conscientia & sincera quasi in conspectu Dei omnia videntis versantur. Sic Deus Abraham dicit: Ambula coram me & esto perfectus seu integer: Sic Enoch dicitur ambulasse, & Noè iustus fuisse coram Domino: hoc est metuentes & reuerentes Dei fuerunt. Coram Deo ergo iustum esse, est timorem Dei habere. Erant ambo iusti coram Domino, id est, omnibus que Deus in lege sua præceperat, diligenter & magnopere studebant, horrebant quicquid Deus vetuerat, componebant vitam & mores ad normam diuine voluntatis, id est, à teneris iam annis. Hæc propterea repeto, non vt testimonium veritatis à Caluino & Zvinglio vel petendum, vel accipiendum existimem: sed vt doceam, nouatores non solum cum Ecclesia, sed inter se quodque ipsos haud leuiter dissidere, sibi que repugnantes tueri sententias, vt neque cum Patribus, neque cum Catholicis, neque cum suis in doctrina sociis & satellitibus conuenire possint, sed noua semper bella meditari videantur. Mirum verò, quàm turpiter idem Zvinglius eodem loco iustitiam humanam & Christianam misceat atque confundat, postea nihil non fidei tribuens, ad eò vt fidere Deo per Christum, quod se in primis facere Scætarum omnes videri volunt, religionis nostræ summam esse testetur.

CAETERUM quàm vanè isti tum de Ioannis parentibus, tum de iustis omnibus sentiant, facile apparebit, si paulò diligentius, qui verè iusti in verbo Dei nominentur atque describantur, consideremus. Iusti prædicantur Abel, Noè, Abraham, Isaac, Iacob, Iob, Loth, quibus annumerare licet Prophetas, vt potè sanctos Dei homines, vt eos Petrus vocat, multosq; alios à Paulo enumeratos, qui vt ipse inquit, per fidem vicerunt regna, operati sunt iustitiam & adepti re promissiones. Ad horum præterea numerum pertinent, quos in nouo testamento iustos legimus appellari, vt sunt cum Ioanne Baptista eius parentes, a Mariæ sponsus Ioseph, b Simcon, c Ioseph ab Arimathia, & præsertim Apostoli omnes, de quorum eximia quidem iustitia & sanctitate, postquam Spiritu sancto repleti fuerunt, nefas sit subdubitare. De his omnibus ita sentiendum est, non modò iustoseos rectè proprieq; dici, sed etiam se hoc nomine dignos præstitisse, quando quidem propositas à Deo iustitiæ leges obseruauerint, Deumq; suæ iustitiæ & testem habuerint simul & remuneratorem. Sunt enim de quibus ipse Deus per Prophetam dixit: Dedi eis præcepta mea, & iudicia mea ostendi eis, quæ faciens homo viuere in eis. Fecit ea citra controuersiam Noè, qui propterea quòd voluntati diuinæ per omnia conformis esset, cum Deo ambulasse dicitur, viriq; iusti & perfecti ac præconis iustitiæ nomen est consecutus. Fecit mag-

Confutatur Beza & Caluinus.

Caluinus & Zvinglius ab aliis discrepant nouatoribus in nomine iustitiæ.

Zvinglii sententia de iustitiæ parentum Ioanni.

Qui nominentur & habentur verè iusti in Scriptura.

In Harmonia Euangel.

In 1. c. Luca.

Gen. 17. 1. & 7.

Matt. 23. Gen. 6. & 7. In orat. Marniff. Iob. 13. 2. Pet. 1. Heb. 11. Matth. 21. Luc. 1. a Matth. 1. b Luc. 2. c Luc. 21.

Ez. 26. 20.

Gen. 6. Eccl. 44. 2. Pet. 2.

nu s

Gen. 26. Iob. 1. 4. Reg. 14.

Ab. 13. Esai. 38.

4. Reg. 18. 2. Paral. 19. 4. Reg. 23.

Iacob. 3. Proverb. 24. Can. 6. 7. 8. Ad Rustic. De octo Dulcibus quæstionibus.

Li. 2. aduers. Pelagian.

De natur. et grat. c. 26. Li. 2. de pecc. mer. & remiss. c. 13. Epist. ad Rustic. Li. 2. aduers. Pelag.

nus credentium pater Abraham, quem idcirco Deus ipse commendat, quòd præcepta & mandata sua custodiuit. Fecit Iob vir ille simplex, & rectus ac timens Deum, & recedens à malo, diuina & ipse voce laudatus. Fecit Propheta regius, qui custodiuit mandata Dei, & secutus est eum in toto corde suo, faciens quod placitum esset in conspectu eius. Et de quo rursum hoc affirmavit Deus: Inueni Dauid filium Iesse, virum secundum cor meum, qui faciet omnes voluntates meas. Fecit Ezechias, qui coram Deo se in veritate & perfecto corde ambulasse non falsò testatur: imò etiam cui hanc Scriptura laudem tribuit, quòd fecerit bonum coram Domino, quòdque placitum erat in conspectu Domini iuxta omnia quæ Dauid pater eius fecerat. Fecit Iosias, qui hoc præclarum retulit elogium: Similis non fuit ante eum rex, qui reuerteretur ad Dominum in omni corde suo, & in tota anima sua, & in vniuersa virtute sua iuxta omnem legem Moyse, neque post eum, surrexit similis illi. Et ne multis agam, diuina etiam præcepta cum Ioanne nostro eiusque parentibus religiosè seruauerunt, quoscumque Spiritus sanctus siue iustos, siue sanctos, perfectos, vel immaculatos, aut rectos corde in Scripturis voluit appellari. Neque nunc de illo agitur, an iusti absque vilo peccato suam iustitiam retineant semper, quod nemo prudens affirmauerit, præsertim cum scriptum habeamus, In multis offendimus omnes. Et, Septies in die cadet iustus & resurget, quemadmodum pluribus etiam testimoniis hoc ipsum Synodus Mileuitana confirmat. At scitè dixit Hieronymus, Iusti vocabulum non amittit, qui per poenitentiam semper resurgit. Vnde Augustinus de rege Dauide hoc præclare scripsit: Cum præsciret Deus illum peccaturum, & peccata sua pia humilitate & poenitentia deleturum, cur non diceret: Inueni Dauid secundum cor meum? cui non erat imputaturus peccatum tam multa bona facienti, & cum tanta pietate viuente, & ipsa pietate pro peccatis suis sacrificium contriti spiritus offerenti. Propter hæc omnia verissimè dictum est: Inueni Dauid secundum cor meum, quia licet secundum cor Dei non esset quod ille peccauit, tamen secundum cor Dei fuit, quòd pro peccatis suis congrua poenitentia satisfecit. Sic & Hieronymus cum de peccato Ezechie tractasset: Non, inquit, ex eo quòd praua peccauit, iustitiæ nomen amisit, sed ex eo quòd multa bona fecit, iusti vocabulum possidet. Vbi hoc etiam subiungit, Scripturarum sanctarum testimoniis comprobari, non eo peccatores esse iustos, quòd aliquando peccauerunt, sed ex eo iustos permanere, quòd multis virtutibus floreat, quemadmodum exemplo regis Iosie monstrat. Proinde nihil impedit, sicut & Augustinus sæpè docet, eximie iustos in Scripturis prædicari eos, qui absque peccato non vixerunt, vt potè quo neque prodemtas, neque Apostolos caruisse Hieronymus docet. Quare hoc eleganter ab eodem dictum est: Absque vitio quod græcè κακία dicitur, hominem posse esse aio: ἀναμάρτητον, id est, sine peccato esse nego. Quid multis? Est iustitia quædam perfecta, quæ virtute sua omne peccatum excludit, & ad vitam hanc minimè pertinet. Est iustitia huic vitæ competens, quæ lethale peccatum non admittit, & sine qua nemo seruatur.

Diuinis ergò Scripturis est consentaneum, & in illis perspicuè legitur, iustitiæ titulum hisce hominibus competere, qui quod iustorum est proprium, pro sua virili præstare curant, hoc est, qui iustitiam & iudicium faciunt, & in via regia iustitiæ, vt neque ad dexteram, neque ad sinistram declinent, rectà progrediuntur. Nam & ratio ipsa conuincit & postulat, vt de homine, qui iustus legitur, idem intelligamus, quod de sapiente, forti, mansueti ac zeloso, Scriptura ipsa duce, intelligi par est. An non Salomonem sapientem dicimus à sapientia, Samsonem fortem à fortitudine, Moysen mansuetum à mansuetudine, zelosum Eliam à zelo suo peculiari, quemadmodum è diuina Scriptura didicimus? Vnde fatentur omnes, qui iudicio polent, veram & excellentem in his, quos diximus, virtutem inhæsisse, illisque tum laudem, tum rem ipsam sapientiæ, fortitudinis, mansuetudinis atque zeli sancti merito tributam esse. Cur igitur eodem modo non censeamus de his, qui vel simpliciter iusti, vel quod est expressius, apud Deum, vel in Dei conspectu iusti in Scriptura dicuntur? Vtique non illi fide tantum, quæ omnis iustitiæ fundamentum est, claruerunt, sed cum vera fide multas & præclaras in sua vocatione virtutes cõiunxerunt, ac diuinæ gratiæ cooperatores effecti,

Iusti consentaneum licet peccato non caveant.

cd

cc

De Dauide iustitia licet non fuerit sine peccato.

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

Resti iustos iustitiam dico.

vexæ

veræ sanctimonie fructus amplissimos, suæque iustitiæ præmia maxima sunt consecuti. Non illis iustitiæ nomen ac professio satis fuit, rem ipsam factis & moribus expresserunt, digni etiã à Deo habiti, quorû fides laboribus promissâ & decreta iustitię corona redderet. Hinc ille sententiæ & dulcissimæ cõsolationes, quibus pij omnes in summis etiã laboribus & periculis meritò se recreant atque consolantur. Dicite iusto, quoniam benè quoniam fructum ad inventionum suarum comedit. Iustitia iusti super eum erit, & impietas impij super eum erit. Iusti in perpetuum viuent, & apud Dominum est merces eorum. Seminanti iustitiam merces fidelis. Reddet Deus iustis mercedem laborum suorû. Dominus retribuet vnicuique secundum iustitiam suam & fidem. Ita verò sapius legas, ne dubium esse possit, inter fidem & iustitiam rectè distingui, & plures quidem fideles quàm iustos esse; eos verò qui sunt fide præditi, semper egerè commotione Scripturę, vt sacrificent sacrificium iustitiæ, vt iudicium & iustitiam faciant, vt seminent in iustitia, vt ingrediantur sine macula & iustitiam operentur, vt in iustitia & sanctitate omnibus vitæ suæ diebus Deo seruiant, demùm vt peccatis mortui, iustitiæ viuant, magisq; indies iustificentur.

Testimonia Scriptura de iustorum præmiis.

Scriptura inter fidem & iustitiam aperitò distinguit.

Quomodo Christus doceat de iustitia Christiana. Christiana iustitia unrefert Christus ad tria capitula. Que præmia iustis à Christo proponantur.

Quomodo Christus iustitiam nomen soleat accipere.

Quomodo Centuriatores male tractet Baptistia parentes & eorum iustitiam.

Lucas diligens in laudanda iustitia.

Quid porrò de Christo dicam, qui se iustitiæ doctorem, sicut à Ioële dicitur, in monte præbuit, & credentes omnes de Christiana iustitia, à qua iusti rectè dicentur & essent, instruxit? Eam verò à suo populo, quàm à Iudaico perfectiorem, & in obseruandis decalogi præceptis exactiorem postulauit, eandemque coram hominibus ad ostentationem fieri vetuit, & demùm tria illa bonorum operum genera, de quibus ex instituto tractat, elemosynam, ieiunium & orationem ad illam ipsam reuocauit. Promittit iusti quoq; mercedem iis, qui iustum, hoc est, bonum, probatum, religiosum Dei cultorem, nomine iusti accepissent. Præterea cum futuri iudicij veluti imaginem depingit, ab operibus misericordiæ præstitis iustos vocat, eosque coram omnibus in iudicio suo prædicat, & secundum enumerata illorum opera mercedem illis iam antè promissam reddit æternam. Rursus beatos pronunciat eos, qui pauperatis, mansuetudinis, iustus, misericordiæ & patientiæ operibus incumbunt, & illorum gratia beatitudinem æternã pollicetur, si in bonis illis operibus perseverent. An non iustos eosdem agnoscit, quos pro beatissimis prædicat? cum sine iustitia beatus esse nullus possit. Proinde si Christi verba sententiæque accuratè perpendimus, fatendum est prorsus, iustitiæ nomen ab eo non ad fidem ac imputationem, sed ad bonorum operum exercitationem, probatosque credentium mores, ac vitam verè iustam solere transferri. Hæc ego è Scripturis tantùm repeto (Patrum enim sententias, quæ sunt infinitæ, studio breuitatis omitto) vt nouatorum fallaciam hoc loco refutem ac dissipem, quando sic illi Christianam iustitiam tractant, vt cum fidei omnia largiantur, ei iustitiæ, quàm à iustitiæ & virtutum exercitatione Scriptura commendat, nullum ferè, aut exiguum sanè locum relinquere videantur. Hunc enim confugere solent, vt iustos, quamlibet in Scriptura celebratos, vera & vnicuique propria, seu vt vocant, inhærente iustitia exuant, eosq; aliena & externa Christi iustitia sic induant, vt eosdem tamen coram Deo semper iniustos, immundos ac sordidos apparere ac remanere consingant.

Hinc iam perspicere & iudicari potest, quàm sit vanum & coactum planè commētum Centuriatorum, qui Zachariam & Elizabeth iustos ante Deum sic faciunt, quoniam ab accusatione legis liberi fuerint pronunciat, & quòd imputata iustitia propter Messiam propitium habuerint Deum. Eòdem reliqui ferè concedunt, quos supra cõmemorauimus, hoc vnum suis contortis interpretationibus assequentes, vt Lucæ verba non obscure peruertant. Is veram iustitiæ rationem non ignorabat, quam ne soli fidei, vel imputatæ iustitiæ tribueret, non sine diuini spiritus afflatu hanc sanctorum coniugum iustitiam tam multis verbis est profecutus. Cum enim diceret atum potuisset, iustos eos fuisse, hoc etiam prudenter adiunxit, quòd iusti fuerint ante Deum, & inceserint in omnibus mandatis & iustificationibus Domini, & præterea quòd coram hominibus inculpati, siue sine querela vixerint, ne quicquam omitteret, quòd ad perfectam iustitię commendationem pertinere. An forsasè isti sentiunt, duriusculum in scribendo Lucam videri, quòd subinde sic loquatur, quasi iustitia ex operibus veniat, sicut Lutherus alicubi

Esai. 3. Ez. echi. 11.

Sapient. 1. Prover. 11.

Sapient. 10. 1. Reg. 26. Psal. 4. & 11. Ez. echi. 11. Prover. 11. Osee 10. Psal. 14. Luc. 1. Rom. 6. 1. Pet. 3. Apoc. 22. Ioël. 2. Matt. 5. 67.

1. Ioan. 3. Matt. 25. Ioan. 5.

Matth. 5.

Matth. 5. Hebr. 10. Matth. 16. Serm. 38. de sanctis, et de verbis Apostoli ser. 35. Matth. 13. Luc. 14.

a Serm. de Pharisæo & publicano.

cubi sed nimium impudenter sanè, significauit? Quò circa nugantur Centuriatores, qui vt manifestam Scripturæ vim inferant, nouam audent fallaciam comminisci, iustum nimirum hoc loco & alibi frequenter passiuè accipi, pro eo, cui legis impletio per Christum facta imputatur, qui absolutus est coram Deo gratis, & acceptus in gratiam. Hoc vt probent, exempla proferunt, ex Euangelio petita quidem, sed perperam ab illis intellecta: Qui recipit iustum, inquit Christus, in nomine iusti, mercedem iusti accipiet. Fulgebunt iusti sicut sol in regno patris eorum. Ornatis monumenta iustorum. Iusti ibunt in vitam æternam. Et homo ille iustus, sicut de Simeone dictum est. Quibus omnibus iustos Baptistę parentes adiungunt, sed quibus passiuè eam solùm quàm proximè diximus, iustitiam & legis obediētiam tribui volunt. Quis verò nisi sit obefar naris, vt vulgò inquit, fraudem istorum non sentiat, qui vt Evangelica verba corrumpant, ad tropum cõfugiunt, & Augustini regulam obseruat nec cessariam negligunt, Scripturam scilicet per tropum nunquam esse intelligendam, nisi sermonis proprietatis sensum absurdum inducat? Nihil verò hinc absurdi est, nihil incommodi metui potest, imò Scripturis Patrumq; sententiis quas adduximus, pulchrè congruit, si verè iustum statuamus eum, qui iustitiæ titulum in Scripturis consecutus est. Illud verò absurdum atq; ridiculum meritò videatur, ea quæ de iustitiæ nomine vel Christus, vel Scriptura dixit, ad iustitiam solùm imputatam, & propter Messiam credētibus applicatam velle accommodare. Vt enim abundè probauimus, & Christus integris concionibus testatum fecit, in Scripturis non de passiuo, vt isti loquuntur, sed de vera inhærenteq; iustitia sermo est semper, vt obtineat illud Apostolicum dictum, quod vnicuique ad opinionem istorum consultandam sufficeret. Qui facit iustitiam, iustus est. An non seipsum Christus explicat satis, de quibus agi iustus in eo dicto, iusti ibunt in vitam æternam, cum apud Ioannem disertè testatur: Et procedēt qui bona fecerunt, in resurrectionem vitæ; cum præterea suos electos & eorum opera nō solùm iustitiæ nomine, sed etiam æterna mercede dignatur? Gaudete inquit, & exultate, in persecutionibus scilicet, quoniam merces vestra copiosa est in cœlis. Non enim est iniustus: vt obliuiscatur operis, quodcunque sui faciunt, sed ita iustus: vt reddat vnicuique secundum opera eius. Sic illum quoq; locum, Fulgebunt iusti sicut sol, aperte corrumpunt: vbi iusti non dicuntur à Christo alij, quàm qui bona fecerunt, suorumque operum retributionem habebunt in resurrectione iustorum, sicut Christus de suis electis alibi loquitur.

Matth. 10. Matth. 13. Matth. 23. Matth. 25. Luca.

De doctrina Christiana. li. 3. c. 10. & 16.

Matth. 5. 6. 7.

1. Ioan. 3. Matth. 25. Ioan. 5.

Matth. 5. Hebr. 10. Matth. 16. Serm. 38. de sanctis, et de verbis Apostoli ser. 35. Matth. 13. Luc. 14.

Matth. 10. In eundem locum. Matth.

Psal. 74. 1. Thess. 4.

Apoc. 2. Heb. 6. Rom. 2. Eiat. 3. Galat. 6.

Can. 10. in Matth. 2. Cor. 9. Psal. 111. Esai. 55.

2. Cor. 9.

Matth. 5. & 6.

Nouatores solent iustitiam passiuè accipi.

Qui iusti saluantur.

De alio loco de prauato.

Ab vt vntur etiam illa sententia: Qui recipit iustum in nomine iusti, mercedem iusti accipiet. Non enim hinc iustum accipit Dominus pro credente tantùm, vt Loffius contra propriam Scripturę phrasim interpretatur, neq; pro illo, cui à Deo iustitia imputatur. Id enim Scripturæ consentaneum non est, quæ distinguit inter fidem & iustitiam: nec cum pro iusto habet, qui verè non sit. Is enim qui iustitias diligit & vindex iniquitatum est, non putatæ seu putatiuæ, sed veræ & sinceræ iustitiæ mercedem, eamq; vberissimam reddit. Ego sum inquit, scrutans renes & corda: & dabo vnicuique vestrum secundum opera sua. Non est iniustus Deus, vt obliuiscatur operis vestri & dilectionis: imò verò gloria & honor & pax omni operanti bonum, Apostolo teste. Habet igitur mercedem sibi propriam iustus, vt suorum operum fructus comedit. Quæ enim seminauerit, hæc & metet. Tùm quisquis iustum eo nomine quòd sit iustus, tractat humaniter, suamq; in illum beneficentiam confert, parem cum iusto mercedem recipit, à Deo remunerante, fitq; iustus ex honore iustitiæ, quando in recipiendo iusto ipse reuerentiæ affectus, iusti honorem accipiat, vt Hilarius dixit. Eiuscemodi hospitalitatem & in egenos liberalitatem Paulus sæpè commendat, adeoq; ad iustitiam transfert, hunc citans Prophetici dictum: Dispersit dedit pauperibus, iustitia eius manet in seculum seculi. Sed & Esaias cum de operibus misericordiæ præstandis mandata dedisset, has mox adiecit & ad iustitiam rerulit insignes promissiones: Tunc crumpet quasi mane lumen tuum, & sanitas tua citius orietur; & anteibit faciem tuam iustitia tua, & gloria Domini colliget te. Paulus verò in hunc modum: Augebit incrementa frugum iustitiæ vestra, vt in omnibus locupletati, abundetis in omnem simplicitatem. Atque ita sæpè Scriptura suam iustitiæ mercedem assignat, planeq; docet, iustitiam nostram dici, sicut & Christus appellat, quia nobis ni-

P bis ni.

bis nimirum inhæret, ac à nobis exercetur, cum sit tamen & Dei iustitia, quod eius nobis largita te donetur, vt ei inhærendo iustè viuamus, & tantò magis iustissimi, quanto magis illi cohæremus, quem admodum Augustinus & Gregorius tradunt. Quæ quidem iustitia non solum nostra in Scripturis dicitur, sed etiam ab operibus ita commendatur, vt cum illa sunt à iustificato, maiora etiam bona sibi habeant à Deo promissa, & homini conferant, sicut Cyprianus, Nazianzenus, Ambrosius & Augustinus Inculcentissime declararunt.

IAM VERÒ de Simeone quid attinet dicere? quem Lucas tot ornauit encomiis, vt illum hominem iustum & timoratum, & à Spiritu sancto gubernatū, vtilitatis publicæ studiosum, Christi q; præconem & amatorem ardentissimum fuisse declarat. Meritò is quoque censetur inter illos, qui legis factores à Paulo dicuntur, & quorum operibus ex fide manantibus idem Apostolus iustificationem ascribit. Non enim auditores legis, inquit, iusti sunt apud Deum, sed factores legis iustificabuntur. Ità iusti Noè, Daniel & Iob, vt potè quorum iustitia in Scripturarum vocibus prædicari confirmat Hieronymus, ac Deus ipse tam disertè testatur. Si fuerint tres viri isti in medio eius Noè. Daniel & Iob: ipsi iustitia sua liberabunt animas suas, ait Dominus exercituum. At vanissimas est Oecolampadius, qui spectata in illorum iustitiam in solam fidem transformare conatur. Et iustus haud dubiè fuit Ezechias, qui legem factis expresserat, sicut & Scripturæ verba declarat: Fecit Ezechias vniuersa, quæ diximus, in omni Iuda, operatusq; est bonū & rectū & verum corā Domino DEO suo in vniuersa cultura ministerij domus Domini iuxta legem & cærimonias, volens requirere Deum suum in toto corde suo. Vt hinc nemo non videat, in veteri quoq; lege iustos fuisse, qui veræ fidei spiritu præditi, obedientiam legi debitam persoluerent, ac sese iustos Deo cultores exhiberent, sicut ex loco etiam sequenti potest animaduerti. Proximi pauperis pignus (sic em̄ lex diuina præcipit) non pernoctabit apud te, sed statim reddes ei ante solis occasum, vt dormiens in vestimētō suo benedicat tibi, & habeas iustitiam coram Domino DEO tuo. Hic iusti officiū simul & præmium est traditum: officium quidem in eo, vt cuius pauperi pignus aut vestimentum bona fide ac maturè restituitur: præmium verò, Deum hoc officium, vel opus charitatis tam gratum habiturum, vt facienti augeat iustitiam, nec sua illum mercede defraudet.

NE QVE dissimilem iustitiam ab ea, quæ in Ezechia fuit, rex Iosias præstitit, cui Scriptura summam, vt antè diximus, tribuit commendationem, quod nempe ad Dominum reuersus fuerit in omni corde suo, & in tota anima, & in vniuersa virtute sua iuxta omnem legem Moysi. Quid ad hæc porrò Brentius? ferre non potest tam illustre testimonium de iustitia regis. Hoc, inquit, intelligendum est, qualis Iosias fuerit coram humano iudicio in administratione regni sui, non qualis fuerit coram diuino iudicio. O calumniatorē, qui non solum laudatissimo regi debitam laudem adimit, verum etiam diuinam Scripturam hoc scholio lacerat atq; corrumpit. Qua fronte ad humanum iudicium audet hic homo ea referre, quæ secundum legem Dei Iosias ex animo fecisse, & tam sedulo perfecisse scribitur, vt ceteros etiam reges vera iustitia & obedientia superaret? Reuersus est ad Dominum in omni corde suo, & in tota anima sua, & in vniuersa virtute sua, iuxta omnem legem Moysi. Quid hoc est aliud quæso, quam sicut Paulus loquitur, legis esse factore, Spiritu interim gratiæ cooperante? Quis igitur nisi stolidus, affirmet cum Brentio, tam præclaris Scripturæ verbis hoc solum astrui, Iosia corā humano iudicio in regni sui administratione duntaxat probū & integrū, siue vt ita dicam, ciuilliter iustū fuisse? Ad eò non verentur isti, cū suæ causæ id cōmodū putāt, Scripturæ verba in uerrere, & quod in suo verbo approbat Deus, id humano iudicio metiendū esse contendunt. Sed em̄ cur Iosia parceret Brentio, quem eodem ferè in loco ad eò nihil pudet in Christum ipsum Dominū palam esse blasphemū? cū de illo ita loquitur: Videmus Christum sic respondisse (cū Legis perito scilicet diceret: Hoc fac & viues,) vt potius indicauerit ei viam ad æternam damnationem. Quis obsecro Christianus non horreat, cū hoc tantum de summo redemptore suo probrum audire cogitur? quis credat, eundem clementissimum Dominum, qui venit peccatores omnes saluos facere, viam ad æternam damnationem vlli hominum indicauisse? Quis demum non succenscat Brentio, Christi verba tam nefariè peruertenti, vt quod il-

De iustitia Simeon.

De iustitia Noë, Danielis & Iob.

De iustitia Ezechie.

Iusti fuerunt in veteri testamento, qui legem custodierunt.

Habere corā Deo iustitiam.

De iustitia regis Iosie.

De iustitia Iosie, & Scripturæ in iustitia.

Brentio in Christo blasphemus.

a De Spiritu & liter. c. 3. b L. 1. 24. m. r. alium c. 5. c L. de op. re & elec. m. of. d Orat. de patrum amore. e Serm. 30. f 50. homin. ar. homin. Luc. 2. Rom. 2. In cap. 14. Ezechiel. Ezech. 14.

2. Paralip.

Deut. 24.

4. Reg. 23. In Ezech. Di. m. m. c. 1. post Tim.

Rom. 2.

Luc. 10.

1. Tim. 1. Luc. 19.

le ad salutem legis periti respondit, viam esse dicat ad damnationem? Quid obsecro vel rectius, vel compendiosius, vel absolutius, quàm de præcepto charitatis obseruando ei adferre potuisset, qui hoc pacto rogabat: Magister, quid faciendo vitam æternam possidebo? Igitur cū idem ipse qui rogauerat, primum & præcipuum legis mandatum protulisset, ita subintulit Christus: Hoc fac & viues. Vbi censet Brentius, id quod Christus exigit, à nullo hominum fieri posse, vt fingat scilicet in præcepto non dicam laborem, sed etiam impossibilitatem, & Ioanni penitus aduersetur, ita pronuncianti: Hæc est charitas DEI, vt mandata eius custodiamus: & mandata eius gratuita non sunt. Plurimum verò fallitur Brentius, qui charitatis opera non alia constituit, quàm quæ legis opera Paulo dicuntur, simulque à ratione iustificandi hominis remouentur. Pugnat enim Apostolus aduersus præposteros legis assertores, qui Christum Christi que gratiam ignorantes, imò etiam aperte repudiantes, ex legis operibus, quæ solis naturæ vel arbitrij nostri viribus peraguntur, coram Deo iustificari posse hominem existimabant. Hæc igitur legis opera, & quæ ex illis accipi potest, iustitiam improbat Paulus, planeque submouet, vt par est, ab hominis iustificatione. Nusquam verò vel fidei vel charitatis opera cum lege commiscet, quinimo perspicuè docet, iustificationem legis in illis impleri, qui non secundum carnem, sed secundum spiritum ambulant, ita vt iustificati per dilectionem & gratiam rectè operentur. Quare neq; nos vrgemus iustitiam operum, quæ absq; spiritu gratiæ vel fidei à quibuslibet fiunt, sed palam asserimus, ex illis neminem iustificari. Illa verò prædicamus opera, quæ iubente DEO, & Christi adiuuante spiritu fideles renatiq; faciunt, cū dilatante illorum corda spiritu, viam mandatorum cū Dauide percurrunt, eaq; in toto corde custodiunt, & acceptam primam in Christo iustitiam benè factis promouent atq; confirmant, vt ita legem pro huius quidem vitæ ratione impleant. Id verò vel maximè charitas facit, quæ legis est plenitudo siue perfectio, atq; consummatio præceptorum. Ambrosio teste. Docet igitur Augustinus legis iustitiam sic opere factorum impleri, si dilectio & gratia coniungantur.

NIL igitur Paulus nobis obstitit, vbi vel de legis imperfectione, vel de fidei iustitia differit; imò si rectè idem accipiatur, istorum etiam opinionem retundit, qui hominem iustificari docent vel sola imputatione iustitiæ Christi, vel sola peccatorum remissione. Etenim vt eximia, nec satis vnquam æstimanda Christi beneficia, quæ per iustificationem homini contingunt, rectius cognoscamus, ac sapius in mentem reuocemus, pulchrè Paulus hæc distinguit, nec pro eodem accipi vult, peccatorum remissionem, renouationem, & vitæ æternæ hæreditatem. Quippe res ipsa postulat discrimen admitti in his, quæ diuersam habent significationem, sicut & in statibus illis est distinguendum, qui circa iustificationem à doctis vtiliter, adeoque necessariò considerantur. Alius enim status est iustitiæ inchoata, paruulis in Christo congruens, quando impius vt iustus fiat, offenso DEO reconciliatur, & primum veniam accipit omnium peccatorum. Alius proficientis iustitiæ status, grandescens illis conueniens, qui post acceptam peccatorum veniam, in Dei gratia crescere & augere sibi iustitiam ex animo student. Obseruant enim præceptum illud: Qui iustus est, iustificetur adhuc: & qui sanctus est, sanctificetur adhuc. Item: Non verearis iustificari vsque ad mortem, quoniam merces Domini manet in æternum. Est & tertius idemque supremus iustitiæ gradus, vel status perfectorum, & spiritualium proprius, qui sensus habent exercitatos ad boni mali que discretionem, vt de his loquitur Paulus. In his patientia & perseuerantia boni operis diuturna quæritur, suntque illi homines Dei perfecti in omni iustitia, & ad omne opus bonum instructi & aslucfacti. Vnde sapienter & secundum Scripturas Maximus in Centuriis docet, de tripliciter Christianorum: quorum infimos φοβεμένους, hoc est, timentes: medios verò προκόπιοντας, hoc est, proficientes: supremos autem τελείους, hoc est, perfectos appellat. Hæc obiter inserere visum est, vt ad Christianæ iustitiæ gradus & profectus, qui magni sunt certè momenti, tum in diuina Scriptura, tum in omni vita sedulo aduertamus. Et cauendum est in primis commune vitium aduersariorum, qui loca Scripturæ, iam de prima, iam de secunda & perfectiore iustitia nos commonefacientia foedè commiscet. Quasi verò non multum intersit, siue agas cum

Luc. 10.

Psal. 93.

1. Ioan. 4.

Rom. 1.

Psal. 111.

In 1. ca. prior. ad Tim. L. 19. contra Faustul. c. 18.

Rom. 5. & 6. 1. Cor. 6. Tit. 3.

1. Cor. 3.

Ephes. 4.

Apoc. 22. Eccl. 18.

Heb. 1.

2. Tim. 3. Cent. 1. cap. Theolog.

Quæ legis opera dicitur à Paulo.

Iustificatio non constat sola imputatione iustitiæ Christi, sed remissione peccatorum.

Triplex iustitia status in homine consideranda.

Iustitiæ gradus a nouatoribus confunduntur.

homine impio, veluti Saulo & Cornelio, qui nondum iustus & amicus Dei factus est, aut vix dum esse coepit, & cum alio Dei amico fideli, vt Anania & Paulo iam conuerso, qui acceptam iustitiam Dei; gratiam integram seruat, nec eget grauiorū peccatorum remissione, sed spiritus tantum renouatione, & sancta perseuerantia. Hūc enim Pauli vox illa pertinet: Quæ quidem retrò sunt obliuiscens, ad ea verò quæ sunt priora extendens me ipsum, ad destinatum persequor, ad brauium supernæ vocatiōis Dei in Christo Iesu. Quicunq; ergo perfecti sumus, hoc sentiamus. Cæterum idem Paulus iustus & perfectus erat, cum hanc demum vocem, velut cygneam cantionem, edidit: Bonū certamen certavi, cursum consummaui, fidem seruaui, in reliquo reposita est mihi corona iustitiæ, quam reddet mihi Dominus in illa die iustus iudex: non solum autem mihi, sed & his qui diligunt aduentum eius.

Justificationem non tantum remissione peccatorum, sed etiam interioris hominis renouatione consistere.

PERGAMVS autem id planius reddere, quod dixeramus, iustificationem non tantum remissione peccatorum, sed etiam interioris hominis renouatione consistere. Apostolus Paulus post longam enumerationem peccatorum, quæ antè Baptismum ab impiis perpetrantur, sic eosdem baptizatos compellat: Et hæc aliquando quidem fuistis, sed abluti estis, sed sanctificati estis, sed iustificati estis in nomine Domini nostri Iesu Christi, sed & in spiritu Dei nostri. Et quantum his renatis tribuit Paulus, multo sanè amplius, quam condonationem, agnoscens in illis ac prædicans admirandam veredq; salutarem mutationem, per quam non solum sint peccatorum sordibus abluti & expurgati, sed ex impiis etiam & immundis facti puri, sancti & iusti, sic Christo nimirum Christi; Spiritu in illis per Baptismum operante. Tūc alibi baptizatos dicit renouatos, ac nouas omnino creaturas, quoniam per Baptismum non modò veterem hominem crucifixerint & exuerint, verum etiam induerint nouum. Hinc Christus Dominus, & post illum Ioannes & Iacobus de iustificatione, quæ in Baptismo confertur, ita disserunt, vt generationem illam, sicut & Paulus, regenerationem appellent. Non potest autem abesse renouatio vitæ; sanctitas & iustitia vera, vbi diuina illa peragitur regeneratio, per quam homines diuinæ naturæ consortes, vt Petrus inquit, efficiuntur. Quare Paulus hoc rursus docet, quotquot laua cro illo regenerationis & renouationis donantur, non solum à peccato liberari, sed & fructum habere in sanctificationem, finem verò vitam æternam. Ac iterum: Quicunq; in Christo baptizati estis, inquit, Christum induistis. Quis verò nesciat, Christum induere, Christum in habitare, Christum in suis viuere, vt Paulus de renatis loquitur, multo esse maius, multoq; præstantius, quam à peccatis & eorum poenis absolui? Nempe per Baptismum Christo commorimur & conspelimur, imò & illi capiti tarquam membra copulamur atq; connectimur. Quemadmodum igitur à capite vis manat, qua singula corporis partes ac proprias functiones aptè exequendas mouentur, & in officio continentur: ita etiam ex Christi Domini plenitudine in omnes, qui iustificantur, diuina virtus & gratia diffunditur, quæ nos ad omnia Christianæ pietatis officia habiles reddit & accommodatos. Eoq; maior & illustrior erga nos Christi apparet beneficentia, qui non solum in aqua vitæ nos mundat ab omni iniquitate, sed & cordis tribuit nouitatem, adeoq; Spiritum sanctum impertit, quem in nobis habitantem quoq; relinquit, sicut loqui diuina Scriptura consuevit. Atq; hoc confirmans Apostolus dixit: Saluos nos fecit per lauacrū regeneratiōis & renouationis Spiritus sancti, quem effudit in nos abūdè per Iesum Christum saluatorem nostrum. Effudit autem tūc ad remissionem peccatorum, tūc ad copiam virtutum, vt cum baptizamur, eximii gratiæ muneribus aucti, non solum iusti & filij Dei nominemur & simus, verum etiam æternæ salutis hæredes instituemur: Atq; hūc pertinet, quod ex Apostolo Paulo Patres omnes repetūt atq; confirmant, charitatem in cordibus nostris siue renatorū esse diffusam, quæ verè iustos faciat, eamq; non solum per legis præscriptū doceri, sed & per donum Spiritus dati atq; conferri. Quæ de Augustinus ita testatur: Deus illuminationem iustificationemq; nostram in trinitate operatur. Et rursus: Dat sui spiritus occultissimam fidelibus gratiā, quam latenter infundit & paruulis. Tūc sequenti capite: Legimus iustificari in Christo qui credunt in eum, propter occultam communicationem & inspirationem gratiæ spiritualis, qua quisquis hæret Domino, vnus spiritus est.]

ERRANT

ERRANT igitur Scripturas non intelligentes, & suas opiniones nimium amantes, qui cum Centuriatoribus putant, formalem iustificationis causam esse iustitiam imputatiuam & gratuitam, quæ sola fide credentibus in Christum donetur, seu peccatorum remissionem solam, quæ credentibus propter Christum applicetur. Rectè autem & orthodoxè sentiunt, qui tūc Scripturarum, tūc Patrum autoritate commoti, formalem iustificationis causam faciunt iustitiam Dei, non qua ipse iustus est, sed qua nos iustos facit, qua videlicet ab eo donati, renouamur spiritu mentis nostræ, & non modò reputamur, sed verè iusti nominamur & sumus, iustitiam in nobis recipientes, vnusquisque suam secundum mensuram, quam Spiritus sanctus paritur singulis, prout vult, & secundum propriam cuiusq; dispositionem & cooperationem. Neq; solum ita docet Concilium Tridentinum, sed & iustum Anathema in eos omnes pronunciat, qui docent homines iustificari vel sola imputatione iustitiæ Christi, vel sola peccatorum remissione, exclusa gratia & charitate, quæ in cordibus eorum per Spiritum sanctum diffunditur, atque illis inhæret. Cur enim non damnentur cum suo pestilenti dogmate, qui in sacrum Baptismum, eiusque vim admirabilem sunt palam iniuriosi? dum Christianum peccus illo Spiritus sancti maximo pignore spoliunt, quo renati diuine signantur, vt vera sint templa Dei inhabitantis, qui quoniam sanctus & iustus est, sanctos etiam ac iustos eos facit. Qui præterea cum hunc suum tuentur errorem, doctrinam deprauat Apostolicam, in qua disertè traditur, per Christi obedientiam iustos constitui multos, & vbi abundauit delictum, etiam gratiam superabundasse: primumque & terrestrem Adam non plus nobis incommodasse & admissè, quam secundus & cœlestis Adam ille Christus profuerit atque restituerit. Demum hæc istorum sententia, vt alia incommoda plurima grauiissimaque prætermittam, amplissimum Christi beneficium, & sacrosanctæ passionis mortisque illius virtutem obscurat & extenuat vehementer. Negatur enim apertè, per Christum eiusque gratiam nos verè iustificari, verè sanctificari, verè abluui, & filios Dei effici: affirmatur verò, peccatum in renatis manere, sed credentibus tantum non imputari: tollitur etiam inhærens iustitia, & duntaxat imputatiua substituitur & retinetur. Vbi verò Scriptura proponit? quis docuit orthodoxus? quando probauit vnquam Ecclesia, Christi iustitiam ad iustitiam nobis reputari, ac si nostra foret propria, nec vllam aliam inhærentem nobis reliquam esse? Quæ docendi loquendiq; forma de iustitia imputatiua, vel inchoata, cui haud leues alij errores connectuntur, nostris quidem maioribus inaudita fuit, & ab ætatis nostræ Sectariis primùm est introducta, planèque ad prophanas illas vocum nouitates pertinet, quas Paulus iubet deuitari, quasq; sinceritas orthodoxa respuit, damnat, execrat. Illud verò quod Scriptura docet, libenter agnoscunt Catholici omnes, reuerentèq; accipiunt, beatum esse cui non imputauit Dominus peccatum, & propter Christum nobis Deum nostra delicta non reputare.

Aug. de spiritu et littera. Et contra. Epist. Pelag. cap. 7. Greg. lib. 24. moral. c. 5. S. 7. cap. 7. Canon. 11.

2. Cor. 1. 1. Cor. 3. 6.

Rom. 5.

Hebr. 6. Rom. 6. 2. Cor. 5. Ephes. 4. Ioan. 3. 1. Ioan. 5. Iacob. 1. Tit. 3.

2. Pet. 1. Rom. 6.

Galat. 3. 2. Cor. 12. Galat. 3.

2. Tim. 2. Rom. 12. Coloss. 2.

Ioan. 3.

1. Cor. 7. Ez. 36. Tit. 3.

Rom. 5.

Li. 1. de peccat. mer. & remissio. Cap. 10.

Non aures errant in formali causa iustificationis.

Rectè damnari illorū errorē qui iustificari hominem solum imputatiuè tantū, & sola peccatorum remissione.

Præter passio- nis Christi à nouatoribus obscurari.

Nouū commentum est de iustitia imputatiua.

Atque hæc omnia nobis edicuntur, vt istorum & detegatur error, & vanitas profligetur, qui imputatiua iustitia confisi, nec in se, nec in aliis, quos etiam Scriptura iustos & sanctos celebrat, verum & proprium iustitiæ donum agnoscunt: qui præterea se aliosque omnes iustos eo vno statuunt, certoque credi volunt, quod Christi iustitiam fide apprehendant, etsi nihil interim iustitiæ & sanctitatis interioris habcant, vel adipisci conentur.

Ioan. 3.

1. Cor. 10.

VBI NOBIS prætereunda non est sententia: QUI CREDIT in filium Dei, habet vitam æternam. Et simile dictum apud eundem extat Euangelistam: Vt omnis qui credit in eum non percat, sed habeat vitam æternam. Vtrumque verbum, vt purant, ad Ioannis nostri conciones pertinet, & singularem fidei virtutem ostendit, dū credenti salutem promittit æternam. Mirum autem, quanto opere hūc sibi placeant nouatores, qui magno supercilio nobis vtrumque dictum obiicere, & ad sua impura dogmata confirmanda torquere consueverunt. Imprudenter igitur agunt, inquit Pellicanus, qui filium negligentes vel relinquentes, alios sibi saluatores perquirunt, prostituunt tutelares, in tenebris ambulant: Christi præconia relinquentes, sanctorum laudibus occupantur, & intercessionibus falsè se inuari credunt, contra verbum Dei & rationem rectam. Quisquis fiduciam suam ponit in filio, iam habet filium: quisquis habet filium, habet vitam æternam. Imò verò impudenter agit Pellicanus, qui genui-

De Serbis, Qui credit in filium habet vitam æternam, sententia nouatorum.

Confutatio Pellicani interpretationis.

num huius loci sensum relinquens vel negligens, ad calumniandum excurrit, & alienam prorsus tractationem admiscet. Nullus profecto Catholicus adeo desipit, vt fatiatorem vllum aut perquirat, aut agnoscat, præter Iesum Christum Dominum nostrum, in quo saluos fieri omnes oportet, & qui solus est Iesus, hoc est, saluator, quoniam vt angelus dixit: Ipse saluum faciet populum suum à peccatis eorum. Sanctorum verò cultus, & quæ illis tribuitur inuocatio, si ritè & Catholicè fiat, haudquaquam prohibet, sed adiuuat potius, vt vtriusque militantis ac triumphantis Ecclesiæ caput Christus à nobis legitimè honoretur, quum in diuino illo cultu lectissimos eius amicos nobis adiungimus, horumque fida intercessione & amica societate nostras preces comunimus, Christo gratiores reddere conamur. Quod quum facimus, nostram in Christum fidem testamur, qui per se largiri possit, quod per Sanctos ipsius nobiliora membra precamur, nosque accepturos esse speramus, ipsius quidem Christi meritis & gratiæ in primis innitentes. Quanquam in eo fallitur etiam ac fallit Pellicanus, quod, vt solent noui Doctores, fidem hoc loco ac fiduciam in scitè misceat. Petrus verò Martyr ex præsentis loco colligit, à fide tantum pendere iustificationem: sicut & alibi monet Philippus, simpliciter idem significare. Fide iustificamur, & sola fide iustificamur: quia necesse sit doceri, quòd sola fide iusti pronunciamur. Tàm audacter, tàm temerè isti quod Scriptura nusquam expressit, imò verò contra Scripturam contrarium apertè testantem, de sola fide iustificante audent pronunciare. Nam Iacobi Apostolica epistola ex professo id conuincit atque concludit: Videtis igitur quòd ex operibus iustificatur homo, & non ex fide tantum. Tùm rursus: Vis autem scire o homo inanis, quòd fides sine operibus mortua est: Quàm sunt igitur inanes isti, qui sursum deorsum voluunt omnia, tantum vt non modò suum, sed etiam Eunomianum dogma tucantur: sola nimirum fide apprehendi, comparari atque conseruari iustitiam, sola fide impium iustificari, & salutem à Christo promeritam ac promissam obtineri. Quòd si Brentio a credimus: Omnia merita politicorum & moralium operum hoc dicto abrogantur, & omnes hic exaquantur homines in vita æterna consequenda. Quid autem hoc est aliud, quàm peregrina prorsus inducere, & Euangelica verba studio quodam obscurare atque peruertere? præsertim cum neque fides bonorum operum merita tollat, sed quatenus Dei promissionibus nititur, confirmet potius atque stabiliat: nec vlla hinc fiat mentio de beatorum in æternis cælestibusque præmiis æqualitate, quam nos alibi satis refutauius. Denique Martioratus ne omninò nihil dicat, hoc modo nugatur: Qui nec quibusvis Patribus credit, nec Romano Pontifici, sententiæ isti non est obnoxius, modo credat filio Dei. Quasi verò vtrumque credenti non competat, vt & filio Dei fidem habeat, & eundem non solum in Apostolis, sed etiam in suis Vicariis & Patribus electis organis loquentem audiat, illorumque auctoritati propter Dei præceptum legitimè pareat. Frustrane Paulus præcepit: Obedite præpositis vestris? Frustrane suo, & illorum nomine testatur: Pro Christo legatione fungimur, tanquam Deo exhortante per nos? Ac rursus apertè pronunciat, se in persona Christi donare peccata. Quin Christus ipse de præpositis Ecclesiæ dixit: Qui vos audit, me audit; qui vos spernit, me spernit.

Sanctorum cultu Christi cultum prouehi magis quam minus.

Nō sola fide iustificamur, si iuxta Scripturam in dicandam est.

Eunomianus error.

Interpretationes aliena loci prædicti.

Chrysostronus negat solam fidem ad salutem esse satis.

- respondendi labore leuauit. Nunquid ergo satis est ad vitam æternam (sic enim loquitur) in filium credere? minimè. Non enim omnis, qui dicit mihi, Domine Domine, intrabit in regnum cælorum. Et peccatum in Spiritum vel solum est satis, quod in gehennam detrudat. Et quid de Patre loquor? nam si in Patrem & Filium & Spiritum sanctum rectè credideris, non autem rectè vixeris, nulla tibi ad salutem utilitas. Cum ergo dicit: Ipsa est vita æterna, vt cognoscant te solum verum Deum: nolimus hoc nobis ad salutem satis arbitrari. Opus namque nobis est & vitæ & morum puritate pollere. Et paulò post: Dicimus satis non esse solam fidem ad salutem, quòd quæ de vita sæpè in Euangelis dicuntur ostendunt. Chrysostronum sequitur Theophylactus, qui negat in filium

Act. 4. Math. 1.

In xi. cap. ad Roman. In disputat. de exclusiua soli, art. 2. c. 20.

Iacob. 2.

Aug. hær. 54. ad Quod Sicut Deum. 2. Hom. 33. in Ioan.

In 3. c. 104.

2. Cor. 13. Math. 10. Rom. 11. Hebr. 13. 2. Cor. 5. 2. Cor. 2. 1. Luc. 10.

Hom. 30 in Ioan.

Math. 7.

Ioan. 17.

In 3. c. 104.

filium credere vitam immundam agentes. Nam vt Euthymius quoque docet: In filium credunt, qui non solum eius doctrinam amplectuntur atque profitentur, sed etiam illius voluntati obtemperant, eiusque præcepta seruant. Igitur in Dei filium ait, eos non credere, qui, vt Paulus inquit, consentunt se nosse Deum, factis autem negat. Tùm Augustinus perspicuè dixit: Hoc est credere in Christum, diligere Christum. Qui sic credunt, tanquam lapides sunt viui, de quibus templum Dei ædificatum est, & tanquam ligna imputribilia, quibus arca illa compacta est, quæ in diluuiio mergi non potuit. Sed & alibi: Quid est credere in eum? credendo amare, credendo diligere, & credendo in eum ire, & eius membris incorporari. Ipsa est fides, quam de nobis exigit Deus, non qualiscunq; fides, sed fides quæ per dilectionem operatur.].

ERRANT igitur vehementer nouatores, qui propositam Ioannis nostri sententiam sic explicant, velut nihil ille aliud præter fidem exigat, & eam quidem fidem intelligat, de qua ipsi contra veterum doctrinam absurdè philosophantur. Errorum verò quos hic plurimos maximosque commiscet, fons & principium illud est, quod fidei nomine, sicut mox ostendemus, abutantur, neque propriam Scripturæ phrasin obseruent, qua fieri sæpè solet, vt quod multarum virtutum commune est, vni tribuatur, sed sine alterius exclusione. Scripturæ vox est, exempli gratia: Quicumque inuocauerit nomē Domini, saluus erit. Et illa: Spe salui facti sumus. Et alia: Qui perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit. Sed & illa: Si confitearis in ore tuo Dominum Iesum, & in corde tuo credideris, quòd Deus illum suscitauit à mortuis, saluus eris. En tibi humanæ salutis effectum variis modis accipi, & non solum ex fide, sed etiam è spe & inuocatione perseuerantiaque nostra pendere, licet aliquando Scriptura de vna duntaxat virtute faciat mentionem, quæ more suo, quod vno in loco prætermittit, alibi pluribus explicat, apertiusque tradit. Neque tamen inficiamur si aliquando Patres docere, sola fide hominem iustificari, quos interim secundum sanam & constantem Ecclesiæ doctrinam intelligi par est, quando illi se & sua scripta omnia nullius magis quàm Ecclesiæ iudicio subiecerunt. Verè sola fides iustificat & saluat, id est, non alia quàm Christiana atque Catholica, non autem illa, quam ab Ecclesiā separati sanctique homines profitentur. Nihil enim fidei aut Euangelij titulus illis patrocinauit, qui vt Iudæ verbis vtat, segregant semetipsos, animales, spiritum non habentes. Sola item fides Euangelica iustificat, id est, sine operibus, quæ sunt vel à Iudæis per legem Mosaycam, vel à Philosophis per naturam sine gratia. Rursum iustificat sola fides sine bonis operibus, id est, sine meritis operum, quæ nulla sunt impiis ante iustificationem. Ad hæc sola fides iustificat, id est, absque Sacramenti susceptione, quando tempus & necessitas ad Sacramentum accedere prohibet. Augustinus vt Paulum de fide iustificante docentem nobis interpretetur, perquam cruditè dixit: Ex fide ideo dicit iustificari hominem, non ex operibus, quia ipsa prima datur, ex qua impetrentur cætera, quæ propriè opera nuncupantur, in quibus iuste viuunt. Verum ea mens Patrum nunquam fuit, vt cum fidem solam iustificare scriberent, intelligerent impium iustificari, Christianam conseruari iustitiam, & vitam comparari æternam huiusmodi fide tantum, qua Deo promittenti credimus, vel Christi meritis fidimus. Statuebant illi aliam fidem communem Catholicam, fidem specialem mediatoris & propiciatoris: sed ex vtraque, fide nimirum Catholica & vniuersali, & simul ex spe veniæ, quam fides propitiationis generat, opera ipsa prodeuntia exigebant. Quod si aliquando fidem solam prædicant, nunquam hoc illis venit in mentem, vt aliqua ex parte vel reiicerent, vel excluderent, aut etiã non necessaria putarent opera, quæ credentibus à Deo vel ab Ecclesiā præcipiuntur. Sciebant enim utique, quàm sanctè, quàm utiliter, quàm necessariò Apostoli tradidissent, regeneratos ad opera bona in Christo creari, vt in illis ambularent, suamque vocationem & electionem per illa certam faciant, & iisdem fidem suam consumment, sanctificationemque in timore Dei perficiant. Legerant etiam haud dubiè Christum de coelo venientem apparuisse mortalibus, vt hi oem impietatem & secularia desideria abnegantes, simul sobriè, iuste ac piè in hoc seculo viuerent, vtque ab omni iniquitate redempti, bona opera in defesso studio cõfectarentur. Tribuit interim Paulus fidei iustificationem, tribuimus & nos: negat ille quenquam operibus legis iustificari,

Credere in Filium quia Theophyl. & August. in.

Qua fides exigitur & saluet.

Ioannis corrupti sententiam, velut solam fidem exigat.

Scriptura vni virtuti tribuit, quod etiam pluribus debetur.

Quo sensu Patres aliquando sola fide hominem dixerunt iustificari.

Sola fides Patribus incognita, quæ admodum eam intelligunt nouatores.

Quomodo Catholicis in docenda fide cum Paulo conueniant.

Idem.

Tr. 11.

In Psal. 130.

1. Pet. 2.

Genes. 9.

Thal. 29. in Ioannem.

Galat. 5.

Joel. 2.

Roman. 8.

Math. 24.

Roman. 10.

Eccl. 6.

Roman. 5.

De prædestinat. sancto.

sap. 7.

Rom. 6. 9.

Ephef. 2.

1. Pet. 2.

Iacob. 2.

2. Corint. 7.

Ad Tit. 2.

Quid sit Paulo gratis iustificatio.

Iustificatio hominis tribus rebus absoluit.

De singulari notatione in tractandis fidei doctrinis.

negamus & nos: sed secundum Pauli spiritum & Ecclesie interpretationem. Etenim homo per fidem iustificatur gratis, id est, nullis suorum operum precedentibus meritis; alioquin gratia iam non esset gratia, quandoquidem ideo datur, non quia opera fecimus, sed ut ea facere valeamus, id est, non quia legem impleuimus, sed ut legem implere possimus, quemadmodum fidissimus ille Pauli interpret Augustinus explicat. Præclare igitur dixit Ignatius: Principium vitæ est fides, finis verò eius dilectio: ambo verò simul iunguntur, & in unitate factæ, hominem Dei perficiunt. Ignatio pulchrè consonat Origenes: Puro, inquit, quod prima salutis initia & ipsa fundamenta fides est, profectus verò & augmenta ædificij spes: perfectio autè & culmen totius operis charitas. Quæ Origenis doctrinam secutus planè videtur Maximus, cum in hunc modum scribit: ἡ πίστις γὰρ βλάσις ἐστὶ τῆς μετ' ἀνθρώπου, ἐλπὶς δὲ λέγεται καὶ ἀγάπη, βεβαιὸς δὲ ἀληθὲς ἡ φρονεῖν ὅσα ἡ δὲ ἐλπὶς τῆς ἀγαπᾶν ἐστὶν ἀγάπη, ἀγάπη δὲ λέγεται καὶ πίστις, ἡ δὲ ἀγάπη τῶν ὅσων ἐστὶ συμπλήρωσις. Hoc est: Fides fundamentum est eorum, quæ ipsam consequuntur, spei dico & charitatis, solidè sustentans veritatem. Spes verò vtriusque extremi, charitatis scilicet & fidei robur est: charitas verò harum est consummatio.]

CAETERVM aduersarij nostri sæpè multumque in eo peccant, quòd Scripturæ de fide loca confundant, & quæ de iustificandis dicta sunt, ad iustificatos indiscretè trāsferant, idemque iudicium de operibus legis & fidei siue charitatis interponant. Diligenter quidem illi Paulum de fide concionantem obseruant, sed intelligunt malè, perpetua fiducia, nescio qua, vana & superba præsumptione impediti. Parùm verò eundem Paulum obseruant, vbi de charitate, quæ legis perfectio est, deque operibus cum fide coniungendis docet, & mandatorum Dei obseruationem, quæ valeat apud Deum, inculcat: nec sincerè fidem illam victricem ac triumphatricem inculcant, per quam Sancti operati sunt iustitiam, & adepti repromissiones, Apostolo teste. Ad hæc quantumuis multa & speciosa de fide iactent, ne in ipso quidem fidei nomine sibi constant, sed adeò sunt lubrici, versatiles ac varij, nihil vt certi tradere videantur. Etenim aliquando fidem rem adeò facilem omnibus & parabilem, obuiamque faciunt, vt quisquis Christum profitetur, secundum eos fidem habeat. Fides enim, vt inquit Lutherus, nihil aliud est, quam quod Deus dicit aut promittit, credere. Contrà verò sic fidem nonnunquam attollunt, & quasi remotissimè positam adituque, difficillimè fingunt, vt si Brentio credimus, credentes paucissimi reperiantur. Hinc Marlhoratus: Soli electi credunt Euangelio, & soli apprehendunt vitam æternam. In qua opinione versatur & VVolfgangus Musculus, qui fidem duntaxat electis assignat. Calvinus verò fidem illam irridet, quæ etiam si secundum præsentem iustitiæ statum de gratia Dei iudicium sumere præsumat, manere tamè vult in suspensio finalis perseuerantiæ notitiam. Egregia verò, inquit, salutis fiducia nobis relinquitur, si ad præsens momentum nos esse in gratia coniecturam morali aestimamus, quid in crastinum sit futurum nescimus. Plerique porro negant in peccatoribus fidem inesse: quasi verò quoties per mortale peccatum amittitur gratia, toties fidem amitti necesse sit, quod nouum & inauditum istorum dogma est. Vnde cum fide spem, charitatem & opera bona sæpè coniungunt, eamque coniunctionem etiam in se nunquam reperiant, tamen inseparabilem esse somniant. Alibi verò fidem à Charitate distinguunt, nihil ad iustitiam & salutem amplius exigentes, quam vt verbo Dei credant homines, & confidant se gratiam Dei & iustitiam esse adeptos, certoque statuant, se porro Dei gloriam consecuturos.

QVID istorum fide promptius, quid expeditius esse queat, si rectè Culmannus Lutherum secutus affirmat: Nihil saluat nisi fides in Christum; nihil condemnat nisi infidelitas? Lutherus autem libenter suos ita docet: Vnum necessarium est, nimirum fides & verbum. Nihil enim coram Deo operibus subsistere potest, Christianæ vitæ ratio in nullo opere consistit. Et rursus: Ego nullum opus quamlibet magnificum agnoscam, quam illud Mariæ (Magdalene) opus, hoc est fidem, vt verbo credatur. Et paulò post: Diligentissimè igitur hoc notate, ad vitam æternam consequendam vnam tantum rem necessariam esse, videlicet verbum Dei & fidem. Eins ist von nöten auff Erden/ der lauter bloß Glaub. Vnum, inquit, super terram est necessarium, merè nuda seu sola fides. A qua Lutheri sententia nouatores, alij ferè non discedunt, qui vnum illud necessarium pro auditu fideque sermonis Christi solent interpretari.

Vnum est necessarium, quomodo interpretentur nouatores.

Rom. 3.

a De spirit. & lit. ca. 10. b Epist. ad Philipp. ca.

In cap. 4. e. pist. ad Roman. Cent. 1. cap. Theolog. us.

Hebr. 11.

In loc. 11. homil. 55. et 57. In 3. cap. Ioan. In locis commun. ca. de fide. Lib. 3. inst. inst. ca.

In locis communibus. Serm. de assumptione B. Virginiæ.

In 10. cap. Luc. Matth. 7.

In Luc. homil. 96. et in ho. Domin. 17. post Trinit.

In scripto ad Illyricum & Galliam.

Luc. 10.

Lib. 3. de vita contemp. sup. 18.

In Anacrophal.

Matth. 7. Luc. 13.

Matth. 20. 1. Pet. 4.

In cap. 7. Matth. In quest. cõpeditio expli. cat. q. 141.

pretari. Loffius in hunc modum docet: Vnum est necessarium ad consequendam veram salutem, videlicet audire verbum Dei, & discere doctrinam religionis. O viam minimè angustam, & viam latam, spaciosam & placidam, quam erronei isti nobis demonstrant. Bullingerus eandem tueretur opinionem, sic explicans illud ἐὺς ἡ χρεία, id est, vno est opus, aufcultationem nimirum verbi & fidem requiri. Nec aliter quidem Brëtius vnum hoc necessarium, quam ad auditum verbi Dei retulit. His consonant ministri Lubecenses, qui tam crasse pronunciant: Vnum est necessarium ad salutem, Luc. 10. sola fides in Christo, audire & credere Euangelio Christi, hoc illud vnum est necessarium, de quo loquitur Christus. Vnum opponit multis, ac quidem omnibus operibus. Sic isti nouæ falsæque fidei doctores hoc loco conspirant, vt solius fidei iustificantis idolum, quocunq; tandem possunt modo confirmant, præclara Euangelij historia prorsus abutentes. Magdalenam Martha soror accusauerat, ac Christum sibi velut patronum delegerat: ita sperans fore, vt soror ad rei familiaris curam ex otio summo reuocaretur. Vbi Christus in suo respõso se fidum Magdalene defensorum declarauit, satisque monstrauit, quòd sancto illius otio delectaretur, minusque pbaret sollicitum nimis & anxium hospitiæ Marthæ animi, quæ tractandis hospitibus & curanda re domestica immodicè distineretur. Docet interim varias esse vocationes, nec omnia virtutum officia omnibus conuenire, & bono quidem operi melius aliud præferendum: illa verò quæ meliora stabiliora, magisque perpetua sunt, rectius eligi, quam quæ minus ad salutem conferunt, & ad huius vitæ functiones temporarias propriè spectant, assumi atque geri. Vnum inquit esse necessarium, vt primum omnium scilicet, si veram vitam & salutem quærimus, non corpori & corporalibus rebus etiã cum virtute vacemus, sed vt animi sanctæque vitæ officia ritè & tranquillè curemus, iisque ad vitam proficiamus æternam. Opponit igitur variis honestæ vitæ operibus quibus Martha se rotã dederat, vnus Magdalene otium sanctissimū, quæ humanarum rerum adeò fuit oblita, vt ne sorori quidem expostulanti respõderet, seque excusaret, diuine autem contemplationis studio & incenso Christi amoris penitus incumberet. Hæc igitur vna omnium maximè necessaria optimaque pars est, quæ nec homini verè pio potest auferri, nec modò initium, sed & gustum quandam habet æternæ felicitatis. Istam omnibus optabilem vnitatem, aut potius intimam, cum Christo vnionem præcedit fides, & conciliat charitas, quæ Magdalene peccus diuino amore incensum mirabiliter occuparat, charitas inquam corrumpi nescia, nulli vitio mutabilitatis obnoxia, finis coelestium præceptorum, mors criminum, vita virtutum, palma victorum, quam fides concipit, ad quam spes currit, & cui pfectus omnis seruit, & ex qua quicquid est boni operis viuunt. Vt Prosper appositissimè dixit. Qui verò fidem hanc solam statuunt, utique sorori Magdalene & Marthæ iniuriam videntur inferre, ac ambas de fide suspectas perperam reddere, cum illæ non solum iam crederent, sed & Dñm impensè diligenter, ac Euangelium suis facultatibus aliisque fortasse officiis fideliter promouerent. Verum liquidò perspicit lector, quòd isti demum tendant, qui sola nos fide iubent esse contentos, quantumque vulgi augeant licentiã, nec modò dogma confirmant, de quibus hoc scripsit Epiphanius, quòd peccata credentium excusarent, hancque rationem adferrent, Deum præter fidem ab ipsis prædicatam nihil requirere. Quod si plura quæ ad superiorem de Magdalena & Martha locum spectant fortè desiderentur, ea nos libro sequenti, quum eadem historia vindicanda erit, in medium adducemus.

DEPRAVANT & illum clarissimum Scripturæ locum: Intrate per angustam portam, siue vt in Luca legimus: Contredite intrare per angustam portam, quia multi, dico vobis, quærent intrare, & non poterunt: idque respondit Dominus interroganti: Domine an pauci sunt qui saluantur? An hæc verba non satis produnt, rem valde operosam ac homini etiam credenti difficilem esse, salutem in Christo consequi, ideoque omni excusso torpore, & singulari adhibita contentione huc singulis incumbendum, vt viam sibi angustam deligant ad felicitatem æternam cum paucis illis electis comparandam? Atque hinc Petrus dixisse videtur: Si iustus quidem vix saluabitur, impius & peccator vbi parèbunt? Theophylactus ita docet: Quemadmodum corpulētum vel sarcinis onustum per angustam portam ingredi nequit: ita neque delicatus neque diues per latam talis vadunt. Basilius ad hunc modum: Oportet eum, qui per arctam & angustam viam ingredi ad vitam

Verus sensus historia de Martha & Magdalena.

Quomodo vnum sit homini necessarium.

Præcharitas homini vel maxime necessaria.

De angustâ porta & arctâ viâ salutis.

propro-

proposuit, seruare seipsum ab omni digressione ac prauaricatione mandatorum Domini, implentem id quod scriptum est: Ne declines ad dexteram, vel ad sinistram.] Et euidentius adhuc Cyprianus: Propter verba labiorum Dei religiosus quisq; vias duras ingreditur, & iugulator volupratum stantem ex aduerso hostem aggreditur. Arcta via est castitas, trames strictus humilitas: ieiunio affligi, & carnem in seruitutem redigere, scopolosa sunt semitae; sed ad patriam superiorem non nisi per meatus difficiles armati milites reuertuntur.] At impudens est Sarcerius, qui per angustam portam intrare idem ait esse, quod Euangelium suscipere. Vbi quis manifestam non videat imposturam, simulque istorum hominum stultitiam non rideat? qui cum nouum hoc Euangelium susceperint, tales se nobis ostentare velle videntur, quod viam etiam arctam teneant, & per angustam portam vel soli, vel maxime contendant ad felicitatem. Vnde nobis & Ecclesiae, si meliores ad beatitudinem duces non reperiamus, quam istos nouae doctrinae sectatores, qui nihil sane angusti & feueri sustinent, sed latum, planum, blandum & placitum iter tota vita terunt, aliisque; commonstrant, ac propterea tot populorum examina secum trahunt. Surdis interim auribus vulgus hominum praerit, quod per Prophetam admonet Deus: Popule meus, qui te beatum dicunt, ipsi te decipiunt, & viam gressuum tuorum dissipant. Nota est & illa Christi sententia: Quid vocatis me Domine Dñe, & non facitis quae dico? Quo vno velut arietate fati dirutum & euersum videri potest, quicquid isti de sola fide solent afferre, parum interim aut nihil solliciti de praecipis Dominici obseruandis, & de praestanda obedientia, quam & renatis impossibile esse fingunt. Hic iterum accedit deprauator Sarcerius, & falsum hoc intrudit scholion: Non facitis ea quae dico, id est, non creditis illis corde, quae dico. Requirat Christus cor credulum & consentiens. Nota verbum facere, poni pro credere. O praclarum notator, qui perspicua Christi verba tam tetricis notis inuoluit, ac sensum illis repugnantem inducit, vt lector scilicet ab operibus bonis ad fidem solam abducatur. Quae huius hominis est peruersitas? qui certe non ignorat, cor non modò credulum & consentiens, sed & morigerum & obediens a Christo requiri, vt nempè verbum auditum fideq; conceptum bonis operibus commendetur, ac homo credens velut arbor bona, nisi velit excindi & cõburi, fructum multum adferat in patientia. Rursum abutitur illa Christi sententia: Discite à me omnes operarij iniquitatis, atq; illam more suo ad fidem detorquent, quod Christus hoc dicto neget iustitiam operum gratiam. Sedenim non hoc loco de iustitiam, quos vocat Sarcerius, suamq; iustitiam iactantibus, sed solum de male agentibus, iisque; omnibus disserit, quos regno confortioq; suo Christus indignos esse iudicabit, quantumuis illi credant, ac licet veram fidei doctrinam aliquando miraculis comprobarent. Etenim à Christo iudice reiciuntur non modò qui mala fecerunt, sed & qui bona fide dicturi venient: Domine Dñe, nonne in nomine tuo prophetauimus, & in nomine tuo demonia eiecimus, & in nomine tuo virtutes multas fecimus? Quare sic à Chryostomo scriptum est: Non modò ille qui habet fidem conuersatione neglecta, regnum non poterit introire caelorum, sed & ille qui in fide multa etiam splenduit claritate signorum, nec tamen in vita aliquid boni operis exercuit, à caelestibus similiter ianuis repellitur.] Neq; rectius quod in monte docuit Christus: Beati pauperes spiritu, interpretatur Lossius, cum & illud de credentibus siue fide habentibus explicet. Sic nouum rursus monstrum pariunt, quod nostri Patres ignorauerunt, & à Christi mente profus alienum est. Is postulat à discipulis & Euangelij sui auditoribus, vt si bene beateq; viuere cupiant, post fidem acceptam spiritu se pauperes praebant, hoc est, qui non alia causa, nisi propter doctrinam Dñi, sint pauperes, vt^a Basilium, vel qui contentnant secularia, & oem mundi cupiditatem abiiciant, vt^b Ambrosius, quiue humiles & timentes Deum infantem spiritum non habeant, vt^c Augustinus interpretatur. Sedenim quis omninò pius ob insignem istorum improbitatem non stomachetur, & in sanas rot locorum Euangelij deprauationes non penitus auersetur? cum hoc sibi propositum habere videantur, vt non quid Christus dicat, sed quid Lutherus sentiat, id verò mundus pro Euangelio habeat atq; profiteatur. Nullus orthodoxorum aut docuit vnquam, aut existimauit, tam multa, tam diuersa, tam ardua virtutum officia quae diximus, vno fidei nomine contineri, & ab aliis quam à credentibus exigi. Quantumuis aut credant homines,

Arctam esse viam salutis.

Deprauatio loci: Quid vocatis me Domine Domine?

Deprauatio loci: Discite à me omnes operarij iniquitatis.

Deprauatio loci: Beati pauperes spiritu.

Proter. 4. Sermo. de stella & Maga.

In cap. 7. Matth.

Esai. 3. Luca. 6.

Matth. 3. 7. 13.

Luc. 11. Matth. 7.

Matth. 7.

In eundem locum.

a In regul. monach. cap. 65. b In cap. 6. Luca. c In Psal. 51.

nes, & de Christo eiusq; doctrina praclare sentiant, ac ei maxime fidant, tamen hic ne sistant, ad maiorem assurgere iustitiam iubetur, vt iam fide iustificati, & Dei spiritu acti, quaeuq; Christus mandauit obseruent, magistri vestigiis continenter insistant, regno caelorum vim sanctam inferant, per viam angustam contendant ad immortalitatem, seipsos quotidie abneget, & quae Dominus de beatitudinibus docuit, reipsa praestare contentur. Quid multis? Verbum hoc Domini manet in aeternum: Qui facit voluntatem Patris mei qui in caelis est, ipse intrabit in regnum caelorum.

Vbi nobis Brentius non est praetereundus, insignis ille quidem fidei iactor, sed prauus interpret diuini necessariiq; praeccepti, quod Christus omnium aetatum credentibus proposuit in hunc modum: Tollite iugum meum super vos, & est vestigio sequitur: Discite à me, quia mitis sum & humilis corde. Nunc mihi Brentium audi: Tollere iugum Christi, inquit, est credere in Christum, quod propter ipsum habeamus remissionem peccatorum, placatum patrem et vitam aeternam. Non solum autem dicit: Tollite iugum meum super vos, sed addit etiam. Et discite à me quod mitis sum & humilis corde. Hoc loco non proponit Christus exemplum imitationis, sed proponit doctrinam fidei. Nec minus hallucinatur Philippus, cum ex iugo, doctrinae confessionem extruit. Equidem prope modum exhorresco, cum istam nouatorum non dico incogitantiam, sed impudentem malitiam & malitiosam impudentiam in sanctissimis Christi verbis corrumpeo cogito atq; perpendo. Quid enim aequè coactum, & à Christi mente Patrumq; interpretatione magis alienum potest adduci? Hilarius aperte testatur, quod praecipiat Christus, vt iugum eius tollamus, hoc est, vt mandatorum eius praeccepta suscipiamus, cumq; sacramento crucis adcamus. Eodem modo^a Euthymius iugum exponit, quo praeccepta Euangelica significantur, quoniam accedentibus adea in iugi modum superponantur. Sic etiam^b Ambrosius, ^c Chryostomus, ^d Hieronymus, ^e Gregorius hunc locum explicant: de fide autem hic & in sequenti sententia nemo ne per somnium quidem cogitauit. ^f Augustinus et si de charitate hoc dictum accipiat, tamē fatetur hic Domini iugum, & sarcinam ab illis ferri, qui pie viuunt in Christo & propterea persecutionem patiuntur: iugum autem hoc illis esse suauē & onus leue, quandoquidem laborantibus adsit Spiritus sanctus, & praesentia qua aspera videntur mitiget, omniaq; grauiam illis releuet consolatione spiritali, & spe futurae mercedis. Nihil verò miror, ab hoc vero Christi iugo istos & intelligendo aberrare, & moribus abhorere, qui non obscure praeserunt, iugum Christi ipsis non modò durum atq; graue, sed etiam prorsus importabile, & ad implendum impossibile videri. Quid verò ineptius atq; indignius, quam quòd alteram, eamq; pulcherrimam Christi sententiam deprauat porò Brentius, neque fert ad imitandam Christi Domini humilitatem & mansuetudinem maximum incitamentum & calcar nobis illud extare: Discite à me, quia mitis sum & humilis corde: Igitur contra verborum vim & proprietatem, contra sanctorum Patrum intellectionem, contra communem omnium explicationem affirmat, haec verba nunquam satis laudata, omnibusq; semper necessaria, non ad exemplum & mores, sed ad doctrinam fidei pertinere. Quin fatetur etiam Caluinus, hoc dicto eos argui, qui ad carnis indulgentiam Christi conuertunt gratiam, eosque moneri, vt Dei gratia erecti, simul iugum suscipiant, ac liberi secundum spiritum, constringant carnis suae lasciuiam. Praeterea docet, nos ad imitationem Christi hoc loco formari: sic enim libenter & placide collum quemq; iugo Christi submissurum, vbi mansuetudinem & humilitatem indutus, Christo se conformauerit.

Matth. 23. 16. 17. Luc. 9. Matth. 7.

Hom. 94. in Lucam.

In 11. cap. Matth.

Can. 11. in Matth.

a In 11. cap. Matth.

b Lib. de 1. fac. & anima cap. 8.

c Hom. 39. in Matth.

d Lib. 2. aduersus Pelagianos.

e Lib. 20. moralium ca. 16.

f Sermo. 9. de verbis Domini.

Matth. 11.

In Harmonia Euang.

In Comitiis Augustin.

Quid sit Brentio: Tollite iugum meum super vos. Matth. 11.

Quomodo deprauerit dictum Christi: Discite à me etc.

Fides aliquando cum charitate, aliquando sine illa; operibus accipi solet à nouatoribus. De sola fide non docere promiserunt nouatores. Dogma de sola fide non edificat, sed destruit, & suos defensores arguit.

est, vt homines perpetuò dubij, & de accepta fidei dono tantum non desperantes manent. Nam quotuscumque obsecro, fidem sibi vindicare, aut de illa Deo latus gratias agere, & propter illam tranquillo animo esse potest, si verè docetur, illos fide carere, qui bona non præstant opera, & ex fide bona cætera necessariò sequi, in diuidiamque eius fociam charitatem atque iustitiam esse, vt nulla sit, sicut volunt, fides Euangelica, quæ velut arbor bona, fructus bonos non proferat & ostendat. Sic isti certè gladium ad se iugulandos præbent, mundus vt totus & videat & iudicet, nouos Euangelicos fide carere, ac tantum non inter infideles numerari posse, quando fidem, cui fructus bonorum operum veræque pietatis adhærent, ad eò non exhibent, vt illa se plurimum destitutos ostendant, vltroque fatentur. Qui neque iusti quidem esse possunt, si vt fatentur, in omni opere bono peccant, & sicut Brentius affirmat, etiam bonis operibus contra primum Dei præceptum delinquant, semperque manent iniusti. Quæ enim participatio iustitiæ cum iniquitate? aut quæ societas luci ad tenebras? vt Paulus pronuntiavit.

SED ENIM quoniam aduersarij cum sua fide, fideique iustitia tantas nobis turbas & perpetuas disputationes excitant, in quibus eandem ferè cantilenam in morem cuculi occidunt, non grauibimur aliquid in medium adferre, quod vt arbitramur, ad pestilentem istorum tum cauendam, tum profigendam de fide doctrinam scire & obseruare sit operæ precium. Summa verò & caput tractationis in excutienda fidei definitione versabitur, quam ita nunc illi solent tradere, vt multorum errorum in eâ velut fons & scaturigo inesse videatur. Vt igitur à Luthero rem ordiar: *Fides est, inquit, certa, altissimaque, animo insidens, diuinæ bonitatis & gratiæ per verbum Dei cognita atque manifesta fiducia.* Caluino hæc placet definitio: *Fides est diuinæ erga nos benevolentia firma certaque, cognitio, quæ gratuita in Christo promissionis veritate fundata, per Spiritum sanctum et reuelatur mentibus nostris, & cordibus obfirmatur.* Philippus in hunc modum: *Fides est fiducia misericordie propter Christum promissa. Est enim fides quæ certò statuit de voluntate Dei, Deo nos curare esse, Deum nobis ignoscere.* Brentius ita docet: *Vt credere sit firmâ fiduciam in Iesu Christo iuxta Euangelij prædicationem collocare, videlicet vt certò & indubitatè consideramus, nos habere peccatorum remissionem propter mortem Christi, & adoptatos esse in filios Dei ac heredes æternæ vitæ propter resurrectionem Christi, adeoque, nos habere propter Christum ius cælestis regni.* Acalibi luccinctius: *Credere, inquit, est certam & firmam fiduciam habere in Christum.* Culmanni sunt hæc definitiones: *Fides est ingens fiducia cordis nostri erga Christum, quæ credimus ipsum esse Saluatorem & auxiliatorem. Fides est firma & certa fiducia, quod propter Christum accipis remissionem & vitam æternam.* Sarcenius autem hoc pacto: *Veram fidem habent, qui certam fiduciam habent in promissionibus de Christo, quæ iustificat omnes coram Deo imputatiue sine operibus aut meritis.* His demum accedunt Vigandus & Centuriatores, qui fidem definiunt, vt sit fiducia innitens promissionibus gratiæ propter Christum.

QUAE OMNIA si quis accuratè perpendat, facillè iudicabit, credo, hos nouæ doctrinæ magistros in fide definienda verbis quidem discrepare, re ipsa verò conuenire, simulque in tetros & communes errores incidere, vt veræ fidei peruersores potius, quam sinceriores definitores sese præbeant & ostendant. Primum enim vix leuiter eam fidem attingunt, quam Christus Dominus vniuerso mundo per Apostolos voluit prædicari, & ad quam recipiendam omnes vbique gentium homines, nisi vellet ire perditum, obligauit. Definiunt enim fidem ab ea quidem actione, quæ vel nullo modo in homine alioquin fideli inest, vel si inest, ad naturam tamen fidei Catholicæ & Christianæ, quæ definienda erat, nequaquam pertinet. Deinde vitio non caret, quod non solum à communi scriptorum sententia & loquentium consuetudine discedunt, cum hanc nouam & inauditam fidei rationem inducunt, verum etiam pestifera miscunt hæc dogmata: hominem nimirum sola fide iustificari, & cum qui fidem habet, de sua salute certum esse oportere: eam verò certitudinem non solum ad tempus, sed etiam in æternitatem durare. Quem postremum errorem vt Bucerus & Caluinus confirmant (in multis enim à reliquis dissentiant) fidem in eo esse posse negant, qui ad tempus tantum credit. Quasi donum fidei nunquam à Domino cuiquam absque dono finalis, vt vocant, perseuerantiæ tribuatur. Quid autem hoc aliud, quam stolidæ mentis phantasma est, quod non modò

Quomodo fides à nonatoribus definitur.

Quibus de consensibus à nonatoribus male definitur.

Quam certitudinem fides doceant nonatores.

Hom. 3 in Lucam. 2. Cor. 6.

Summa sequenti tractationis. a In Dominicâ. 2. qua drages. b Lib. 3. in 1. cap. 2. c In disputatione. d In explicat. Catechismi.

e Hom. 31. in Luc.

f In locutionibus.

g De consensu verae Ecclesie in 14. h In corpore doct. de iust. par. 3. Cent. 1. lib. 113.

Matth. 23. Marc. 16.

modò cum diuina Scriptura, quæ in fide stantibus, ne cadant, timere & cauere præcipit, sed etiam cum quotidiana pugnat experientia, quæ tot nobis temporales ostendit. Sic enim Christus eos vocat, qui ad tempus cum Galatis credunt, & in tempore tentationis à fide discedunt.

Nec mediocris istorum lapsus est, quod in suis definitionibus circa fidem illam versentur, quam neque Catholici agnoscunt, neque hæretici ostendunt, sed nec illi quidem, qui fidem Scriptura tribuit, præ se ferunt. Vt enim de Catholicis primum dicam, habet illi hoc sibi planè persuasum, solidèque probant, sine diuina & peculiari quadam reuelatione hominè certa fide, cui falsum subesse non possit, secum statuere non debere, quod iustorum ac prædestinatorum numero comprehendatur. Sunt quidem & Catholicis sanè pij, qui Dei mandata pro viribus obseruare conantur: sunt viri verè spirituales, qui præter Deum & quod propter Deum amandum est nihil amant; quibus viuere tantum Christus est, qui prouident Deum in conspectu suo semper, & sollicitè ambulant cum Domino Deo suo, vt pluribus Bernardus explicat. Hi non rarò suas conscientias in placida quiete collocatas habent, & paternum erga se diuinæ bonitatis experiuntur affectum: quicquid autem interioris pacis, libertatis ac securitatis obtinent, id nullo modo ad certitudinem fidei, doctorum omnium iudicio est referendum. Diuina quidem illi promissione nitentes, in spem omninò firmam & certam veniunt, fore nimirum aliquando, vt iustitiæ coronam per opera sua in Deo facta consequantur; & supernæ vocationis brauium, agone iustitiæ ritè confecto, certò sibi promittunt & fidenter expectant. Alia verò fidei certitudo est, quam Catholici omnes in his, quæ credenda sunt, maximam habent, quæque omnem illis dubitationem ex animo tollit, nihil vt ea certitudine in his rebus, quæ vel experientia, vel sensu vilo percipiuntur, illis ipsis esse certius queat. Et spei quidem certitudo, non ex fide tantum, quæ circa symboli articulos maximè versatur, sed etiam ex illis pendet conditionibus, quas diuinæ promissiones passim in Dei verbo habent annexas. De qua certitudine comparanda nemo rectius docuerit, quam per suos Apostolos Spiritus sanctus, qui bonorum operum exercitationem, charitatem non fictam, conscientia bonæ testimonium, & mandatorum Dei obseruationem hæc maximè postulat. Vndè sic Petrus credentes omnes hortatur: *Satagite, vt per bona opera certam vestram vocationem & electionem faciatis.* Tum Ioannes non solum charitatem nobis passim inculcat, verum etiam de vera fiducia, speiue certitudine sic admonet: *Charissimi, si cor nostrum non reprehenderit nos, fiduciam habemus ad Deum: & quicquid petierimus, accipiemus ab eo, quoniam mandata eius custodimus, & ea quæ sunt placita coram eo facimus.* Cum igitur Catholici eiusmodi conditiones, quæ cum diuinis promissionibus coniunguntur, sibi arrogare non ausint, scriptumque sciunt: *Prauum est cor hominis & inscrutabile, quis cognoscerit illud? certa & indubitata fide citra reuelationem statuere non possunt, se nunc Dei amicos & iustos esse, aut quod ex gratia & iustitia nequeant excidere.* Quod verò ad necessariam fidei & orthodoxæ religionis certitudinem spectat, eam ipsam nulla ex parte vacillantem, vt quæ reuelato Dei verbo nitatur, integrè profitentur. Monstremus autem exemplo, vt fiat planius, quomodo de vtraque tum fidei, tum spei certitudine Catholici sentiant. Iob fide plenus simulque spe longanimis, confidit profus ad futurum sibi Deum, quantumuis in suis afflictionibus vitam amitteret, atque idcirco testatur: *Etiamsi me occiderit, in eum sperabo.* Idem certò credit & statuit, se post mortem aliquando rediuuium fore, vt hinc seipsum consolando dixerit: *Scio quod redemptor meus viuuit, & in nouissimo die de terra surrecturus sum.* Atque ita quidem res sese habet apud Catholicos, qui aliam spei, aliam fidei certitudinem statuunt, & propter illam quidem de bonitate Dei immensa diffidunt nunquam, sed præclare confidunt: ob hanc verò in nullo fidei articulo aliqua ex parte vacillant. Hinc illa confessio verè docti simul & pij Idiotæ, certò quidem sibi constare, quod fide sit præditus, per quam credat: sed nec sibi, nec alij certitudinem inesse de viuâ & formata charitate ad vitæ finem obtinenda. Hic enim hominem speciali quadam reuelatione indigere; alioquin signa duntaxat & coniecturas probabiles de virtute ac integritatis hominis posse constitui.

7. Cor. 10. Roman. 11. Matth. 13. Lucæ 8. Gal. 3. & 3.

Epist. 1. 17. et sermo. 2. 17. et 18. ad Rom. Paul. eha.

1. Pet. 1.

1. Ioan. 3.

Micrem. 17.

Iob 13.

Iob 19.

Tract. de morte cap. 11.

Talis fides à nonatoribus definitur, qualis nusquam reperitur. De certitudine fidei collare præcipi potest per reuelationem.

Alia fidei quam spei certitudo est.

Spei certitudo non sine conditionibus obtinetur.

Iob in fide et spe certus quomodo.

Catholici quomodo aliter de fide, aliter de spe certe sentiant.

Iam verò quod ad Sectarios & horum præcipuos quosq; doctores attinet, quam cunq; illi tandem fidem profiteantur ac iactent, rarò certè vel nunquam id assequuntur, vt quod de iustitia & salute sua certò atq; infallibiliter statuendum prædicant, in se ipsis experiantur: quin potius circa multos & graues fidei articulos, ex quorum certa & indubitata fide salus animæ, hominisq; iustitia inprimis pèdet, dubitationes & fluctuationes animiq; tētationes tum maximas, tum frequentissimas sentiunt. Quare fateatur Caluinus, vbi de suis loquitur fidelibus, eos in recognoscenda erga se Dei gratia non modò inquietudine tentari, sed grauissimis etiam terroribus quate fieri, quin etiam perpetuum illis esse certamen cum sua ipsorum diffidentia. Affirmat & Brentius, difficillimum esse, vt homines se habere certam fiduciam in Christum agnoscant. Quòd si nouatorum fides tantis tētationibus perturbatur, vt ea semper sic cum dubitatione & diffidentia quadam coniuncta, sicut in seipsis agnoscunt: si notitia certæ in Christum fiduciae summam habet difficultatem annexam, quæ constans obsecro, quæ solida consolatio, imò verò quæ de iustitia & salute securitas & certitudo in ipsis possit inesse? quicquid tandem de sua fide vel scribant, vel definiant, vel exigant? An non orbi patet, quas quantasq; inter se foueant in doctrina dissensiones, non dico de rebus minutis aut leuibus, sed de grauissimis ac necessariis fidei nostræ capitibus, dum alij quidem aliter sentiunt de hominis iustificatione, de sacrosancta Eucharistia, de vbiuitate corporis Christi, de Cånone Scripturarum, de numero effectusq; Sacramentorũ, de Ecclesiæ authoritate? In his enim aliisque pluribus rebus, de quibus Christianum dubitare sit nefas, vt illi totius Ecclesiæ consensionem ac fidem deserunt, sic etiam inter se ipsi variis modis dissecti, pugnantés tuentur sententias, seque mutuo tanquam hæreticos damnant. In vno certè fidei articulo Thomas olim hærebat, & quoniam de Christi resurrectione dubitabat, sic arguitur, vt etiam pro infideli à Christo iudicetur, haud dubiè nullam in Christi regno partem habiturus, nisi fidei correxisset errorem. Quid verò de hisce hominibus censeas? quam illis in Dei regno partem assignes? quàm ue iustitiæ laudem tribuas, salutisq; & certitudinis spem habere credas, qui tot falsarum opinionum fluctibus interclusi, & contrariis velut ventorum tempestatibus circumacti, anchoras figere nusquam possunt, vt in fide stabiles immobilesq; consistant, quando quid ipsi demùm sui; magistri credant, frequenter incerti sint? Quid igitur nisi seipfos turpissimè miserimeq; fallunt, qui summa quæque & certissima sibi pollicentur, & in illa nescio qua fide siue perfidia, in illisque moribus, & diuinæ gratiæ, & Christiana iustitiæ, & salutis perpetuæ certitudinem sibi audacissimè vendicant? Quid hoc demùm est aliud, nisi quod solius est Dei proprium, id sibi in iudicando sumere, & velut cæcis oculis nota Scripturæ exempla prætereire, quibusq; admonemur, ex gratia Dei complures excidere, miserè que perire, sicuti Saul, Iudam, Nicolaum, & eos omnes, qui vt Christus loquitur, sunt temporales, nec radices habent, verbumq; auditum non custodiunt? Quantò demùm rectius & felicius cum Catholicis agitur, qui certò & indubitato sciunt, quam fidei rationem, doctrinam & normam sibi proponant, semperq; sequi debeant: quiq; non sine magna voluptate in matris Ecclesiæ fide & authoritate penitus conuiuiscunt. Nec em̄ ignorant, quàm verè dixerit Leo Magnus, nisi vna sit fides, veram & integram fidem esse nò posse, in qua nec augeri ab vilo quicquam, nec minui queat, & idcirco scripsisse Apostolum: Vnus Dominus, vna fides, vnum Baptisma. Huic vnitati inconcussis mentibus inherant Catholici, in hac præceptis Domini deseruendũ esse sciunt, sine hac fide impossibile putant placere Deo, ex hac demùm fide iustum viuere cum eodem ipso Leone confitentur. Cateri verò, quibus hic portus, hoc asyllum & perfugium, siue vt Paulus loquitur, columna & firmamentum veritatis Ecclesiæ non cõtingit, de fide quidem dispartare, suasq; de verbo Dei sententias subinde mutare possunt, nihil verò in religione firmi constituere ac perpetuò retinere possunt. Etenim qui vnitatis, ac perinde veritatis cathedram deseruerunt, postquam noua fidei ac falsæ doctrinæ vino velut ebrij facti sunt, peculiari quodam spiritu vertiginis ferè agitantur. Eo fit, vt quamcunq; fidem siue sectariam opinionem arripiant, non secus ac monetam subinde commutent. Quo deinde longius de fide disceptant, & sibi plus sumunt supercilij, eo maiorem veræ fidei iacturam

Certitudo fidei apud nouatores non reperitur, sed magna potius dubitatio de vera iustitia & salute.

Cum apud nouatores nulla sit sentia fides, nulli iustitia et salutis certitudo reperiri potest.

Conditio Catholicorum potior quam nouatorum, ad veram fidem animi cõsolationem & tranquillitatem concludendam.

Quam miserè agatur cõnoua fidei Sectatoribus.

In Antida. 10. Hom. 98. in Lucam.

Ioan. 24.

Matth. 19. Luca 6.

Serm. 4. de nativitate Domini. Ephes. 4. Hebr. 11. Abac. 2.

1. Tim. 3.

iacturam faciunt, & grauioribus pestilentium errorum fluctibus interclusi miserè circumaguntur, indeque non sine præpotentis Dei dextera possunt emergere. Nec sanè mirum discipulis accidere, quod magistri noui toties experiuntur, vt suas de fide sententias ac opiniones varient sæpè, neque modò contra veterem Ecclesiã eiusque Doctores excipiant, verum etiam discordibus inter se animis ac vocibus tumultuètur. Hoc enim ad Babylonicam isforum confusionem pertinet, vt inuicem se non intelligant, imò & se mutuo hæreticos damnent in tanta linguarum fidei, doctrinæq; dissonantia & varietate.

PRÒINDE quam isti definiunt fidem, & nunquam reipsa sentiunt, si verum fateri velint, non fides Euangelica, sed potius præsumptio vana dicenda est. Et quæ in illis fides inesse possit, qui tot variis dissonantis doctrinæ partibus opinionibusq; distracti, vno & eodem Christi Spiritu, & necessario vnitatis Sacramento destituuntur? Hinc isti non habent quod profiteantur Euangelium nisi secundum Lutherum, alij secundum Zuinglium, quidam secundum Schuencfeldium. At verò præclare Barlaam apud Damascenum: Non est, inquit, aliud Euangelium, alia fides præter illam, quæ ab Apostolis fuit prædicata, & per sanctos Patres in diuersis Synodis extitit confirmata, & Ecclesiæ Catholicæ tradita. Nunc ad illos porò veniamus, quibus diuina Scriptura fidem tribuit, quorum tamen fides in horum definitionibus locum nullum habet. Noti sunt sanè primi Christiani, quorum aliquot milia Petrus Apostolus, cum primùm Hierosolymis concionaretur, Christo lucrificet, Agnouerunt illi & receperunt fidem, neque multò post præclarum & multiplex fidei suæ specimen ediderunt, vt in illis credentibus nomen Iesù plurimùm glorificaretur. Quis verò arbitretur, in hos competere superiores fidei definitiones? quæ si veræ sunt, impromiscuè omnes illi, qui tunc crediderunt, de iustitia & salute sua certò statuerunt, vt ab illa nunquam excidere possent. Hoc sibi persuaserunt scilicet Ananias, Sapphyra, Simon Magus, Nicolaus Diaconus, horumque similes alij non optimi, quos probabile est Petri concionibus interfuisse. Eiuscemodi verò vt sibi maximè hanc certitudinem promississent, falsum haud dubiè credidissent, atq; vt falsum crederent, si his authoribus assentiamur, quodam modo cogere tur. Eam verò Ecclesiæ primæ constitutionem nobis tradidit Lucas, quòd in ea homines corde compuncti fuerint, quòd crediderint, Baptismum acceperint, in doctrina Apostolorũ & frequenti vsu Eucharistiæ sumendæ orationibusq; perseuerauerint, quòd præterea nò vulgari timore affecti fuerint, cum infelices coniuges Ananias & Sapphyra ob peccatum occultum Apostolica seueritate castigarentur. At nusquam Lucas prodidit, aliquid apud illos fideles de fide vel dictum vel factum esse, quod ad præsentem iustitiæ & salutis certitudinem spectet: imò verò non solùm Ananiæ, sed etiam Simonis Magi & similibus exempla nos admonent, apertè que probant, etiam credentem & baptizatum è Christi gratia excidere, & à vera iustitia omnique salute prorsus alienari posse, quicquid is demùm sibi de gratia Dei, meritisq; Christi pollicatur. Sed in historia Euangelica cõsistamus, in qua Christus fidem à multis postulat, vt nimirum credant ipsum, quod alius nemo faceret, in curatione morborum & miraculorum perpetracione ex diuina sua virtute posse præstare. Quocirca cum duobus cæcis lumen esset redditurus, ex illis hoc primùm percunctabatur: Creditis quia hoc possum facere vobis? fidem vtique præsentem nò de sua beneuolentia, sed de potentia postulans. Cum ergò illi respondissent, Vtique Domine: tetigit eorum oculos & dixit: Secundum fidem vestram fiat vobis. Aliubi Dominus sacræ manus at tactu, leprosum curat, cum ille supplex ita dixisset: Domine si vis, potes me mundare, nimirum hoc ipso satis indicans, quod de Christi potentia crederet, de illius autem voluntate dubitaret ac incertus esset. Quis verò neget, veram in hoc leproso fidem extitisse, quam adiuncta eius obedientia, felixq; successus miraculi reddidit illustriorem? Igitur Euangelicis exemplis inscitè abutuntur, qui Centurionis, Hamorraois, ac similibus fidẽ nobis obiectant, velut illi de peccatis condonatis certò statuerint, ac non potius de Christi beneficio & omnipotentia, deque sanitate quam optabant, futura præclare sperarint. Nam & quidam fide propria, multoque magis fidei certitudine destituebantur, quibus tamen Christus aliena fide contentus, diuinam

Matth. 2. 4.

Matth. 2. 4. & 5.

Matth. 5.

Matth. 9.

Matth. 8.

Luca 7.

Matth. 8. & 9.

Matth. 9. 15. 17. 19.

Primum Euangelium, & vna fides.

Fidei certitudo non agnita & reperta fuit in primis fidelibus, sicut isti eam docent.

De statu Ecclesiæ primitiuæ.

Qualem fidem Christus in Euangelio à cæcis exigit. De fide anorum cæcorum.

De fide leprosi.

De fide Centurionis & Hamorraois.

Christus non semper propriam, sed & alienam fidem respicit.

Q 2

nam opem suam legitur impertuisse. Illustris planè, & à Christo ipso prædicata fides erat Petri, Centurionis atque Cananæ: nihil verò adiectum videas de noua ista certitudine, quam isti ne sint parùm audaces, iubent sine timore statui, atque in corde ipso sentiri de facta cum Deo reconciliatione postulant. Breuiter, quàm isti definiunt fidem, eam Christus à nullo vnquam exegit, nec indicauerunt Euangelistæ, nec Patres agnouerunt. Imò verò vbi Christus de filio prodigo pœnitente, & Publicano in templo precante disseruit, hanc nouitiam fidem ab illis procul abfuisse, liquidò satis apparet.

Fides cum noua certitudine in Euangelionò docetur.

Mali confunduntur Voces fidei & fiducia, quæ etiam Scriptura distinguit.

Quomodo spes vel fiducia differat à fide.

Fidem à charitate separari apud Paulum.

PRÆTER hæc omnia in adductis definitionibus comprobari à nemine potest, quòd nouatores nomen fidei fiduciaq; cōfundant, ac pro eodem prorsus velint haberi. Aliter sanè Paulus docet, qui inter hæc duo distinguit, vbi sic de Christo scribit: In quo habemus fiduciam & accessum in confidentia per fidem eius. Vbi rectè notat Hieronymus, fiduciam principium & originem esse fidem in Christo. Tùm alibi sic loquitur idem Apostolus: Acquiret sibi multā fiduciam in fide, quæ est in Christo Iesu. Nec modò Latinus interpret hanc fidei & fiducia differentiam obseruauit, sed & Paulus Græcè tradidit, à quo fides πίστις dicitur: fiducia verò siue confidentia, tùm περὶ τῆς πίστεως, tùm περὶ τῆς ἐπιπέστεως nuncupatur. Verùm vt nouatores nihil nobis relinquunt integrum, mirum, quanto perè has voces fidei & fiducia, credendi & confidendi cōturbent, & in sensu peregrinos torqueant. Quomodo autem à fide spes siue fiducia differat, quarum hæc ad voluntatem, illa ad intellectum eiusque certitudinem spectat, Augustinus his verbis ostendit: Quid sperari potest, quod non creditur? Porro etiam aliquid quod non speratur, credi potest: Quis namq; fidelium pœnas non credit impiorum, nec sperat tamen? Est itaque fides & malarum rerum & bonarum: quia & bona creduntur & mala. Est etiam fides & præteritarum rerum, & præsentium, & futurarum. Credimus enim (Christum) mortuum, quod iam præterit. Credimus sedere ad dexteram Patris, quod nunc est. Credimus venturum ad iudicandum, quod futurum est. Item fides & suarum rerum est & alienarum. Nam & se quisque credit aliquando esse cœpisse, nec fuisse vtiq; sempiternum, & alia atque alia: nec solum de aliis hominibus multa, quæ ad religionem pertinent, verum etiam de Angelis credimus. Spes autem non nisi bonarum rerum est, nec nisi futurarum, & ad eam pertinentium, qui earum spem gerere perhibetur. Quæ cum ita sint, propter has causas distinguenda erit fides à spe, sicut vocabulo, ita & rationabili differentia. Ita quæ licet fides in nonnullis Scripturæ locis profudicia commodè accipi queat, vbi tamen propriè loquendum est, vt in definitionibus maximè conuenit, & Paulus frequenter obseruat, certè inter has duas virtutes, sicut etiam inter vitia illis opposita, infidelitatem & desperationem, ritè necessarioq; distinguere oportebit, sicut eruditè monuit Augustinus.

NEQUE solum fidē Paulus à fiducia, sed etiam à bona cōscientia, ac sapius à charitate siue dilectione distinxit, vt è sequentibus eius verbis intelligi potest: Si permanerit in fide & dilectione. Pax fratribus & charitas cum fide à Deo Patre nostro. Sectare iustitiam, pietatem, fidem, charitatem. Clarissimum verò illud est: Nunc manent, Fides, Spes, Charitas: tria hæc, quibus nimirum perfectus Deus cultus absoluitur, & vera hominis sapientia continetur, omnisq; propheta militat, vt ait Augustinus. Est enim ordo nascitur porro ex fide spes bona fidelium, & benè beateq; viuendi præceptis obseruatis confirmatur: accedit demum operosa charitas, quæ quantò in quocunq; fidei & sperate maior est, tantò illum in quò est, meliorem reddit, vt ab eodem Augustino traditum accepimus. Atq; hæc ipsa tria repetuntur a Paulo, cum ad Timotheum scribit: Finis præcepti charitas de corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta, vt rursus explicat Augustinus. Hinc à Chrysofomo illud quoq; scriptum est: Fides quod verum est indicat: & ex sincera fide charitas gignitur. Richardus Victorinus egregiè dixit: Vbi non est fides, non potest esse spes: vbi non est spes, charitas esse non potest. Quis enim amet, de quo nihil boni speret? Per fidē igitur promouemur ad spem, & per spem proficimus ad charitatē. Jam verò ne quisquam dubitaret, fidem à charitate separabilem esse, nihil

Matth. 16. 2. 15.

Luce 19. 8. 12.

Eph. 3. 17. In eandem epist.

1. Tim. 4.

In Enchirid. cap. 17.

1. Tim. 1. 2. Tim. 2. Eph. 6. 2. Tim. 6. 1. Cor. 13.

In Enchirid. cap. 2. & 3. & 4. & 5. & 6. & 7. & 8. & 9. & 10. & 11. & 12. & 13. & 14. & 15. & 16. & 17. & 18. & 19. & 20. & 21. & 22. & 23. & 24. & 25. & 26. & 27. & 28. & 29. & 30. & 31. & 32. & 33. & 34. & 35. & 36. & 37. & 38. & 39. & 40. & 41. & 42. & 43. & 44. & 45. & 46. & 47. & 48. & 49. & 50. & 51. & 52. & 53. & 54. & 55. & 56. & 57. & 58. & 59. & 60. & 61. & 62. & 63. & 64. & 65. & 66. & 67. & 68. & 69. & 70. & 71. & 72. & 73. & 74. & 75. & 76. & 77. & 78. & 79. & 80. & 81. & 82. & 83. & 84. & 85. & 86. & 87. & 88. & 89. & 90. & 91. & 92. & 93. & 94. & 95. & 96. & 97. & 98. & 99. & 100.

1. Tim. 1. 2. Tim. 2. Eph. 6. 2. Tim. 6. 1. Cor. 13. In Enchirid. cap. 2. & 3. & 4. & 5. & 6. & 7. & 8. & 9. & 10. & 11. & 12. & 13. & 14. & 15. & 16. & 17. & 18. & 19. & 20. & 21. & 22. & 23. & 24. & 25. & 26. & 27. & 28. & 29. & 30. & 31. & 32. & 33. & 34. & 35. & 36. & 37. & 38. & 39. & 40. & 41. & 42. & 43. & 44. & 45. & 46. & 47. & 48. & 49. & 50. & 51. & 52. & 53. & 54. & 55. & 56. & 57. & 58. & 59. & 60. & 61. & 62. & 63. & 64. & 65. & 66. & 67. & 68. & 69. & 70. & 71. & 72. & 73. & 74. & 75. & 76. & 77. & 78. & 79. & 80. & 81. & 82. & 83. & 84. & 85. & 86. & 87. & 88. & 89. & 90. & 91. & 92. & 93. & 94. & 95. & 96. & 97. & 98. & 99. & 100.

nihil à Paulo dici poterat expressius quàm illud: Si habuero omnem fidem, ita vt montes transferam, charitatem autem non habuero, nihil sum. Fabulentur de fide miraculorum, qui prophanis vocum nouitatibus delectantur: Pauli verba quæ diximus, obsecura non sunt, & sic à Patribus explicantur, vt ad perfectam, solidam & integram fidem, quæ ad montes etiam transferendos sufficiat, omninò pertineant, quemadmodum hunc locum Origenes, Basilius, Theophylactus & Gennadius interpretantur. Talis illorum quoque fides est, de quibus Christus futurum affirmat, quòd etiam si electi non sint, tamen in suo nomine prophetent, & dæmonia eiiciant, multasq; virtutes faciant. Atque vt maximè Paulus de miraculorum fide, vt vocant, isthæc dixerit, tamen ea sine fide Catholica, cui etiam excellentiam quandam adiungit, esse non potest, & secundum Paulum à charitate aliquando separatur, vt instat quidem, sed non proficit, cum fidem homini salutarem non faciat nisi charitas, vt admonet Augustinus. Quare Paulus charitatem fidei & spei anteponebat, & superioribus verbis: Nunc manent Fides, Spes & Charitas, tria hæc, statim hoc adiicit: Maior autem horum est Charitas. Hanc omnium virtutum maximam & velut arcem Paulus facit, hanc excellentiorem viam, omnisq; præcepti finem siue consummationem, & vinculum perfectionis, ac legis plenitudinem dicit: nec aliam fidem, ex qua viuat iustus, & quæ valeat apud Deum, agnoscit, quàm quæ per dilectionem operatur. Hinc Abraham credentium patrem nominat, qui cum ex fide, & non ex operibus gratiam præcedentibus esset iustificatus, fidem eandem operibus in charitate vera factis consummauit, Iacobo Apostolo teste: Ex fide iustificatus est Abraham, inquit Augustinus, sed si fidem opera non præcesserunt, tamen secuta sunt. Et rursus: Nemo iactet bona opera sua ante fidem, nemo sit piger in bonis operibus accepta fide. De hac ipsa charitate præclare idem Augustinus in hunc modum: Quicquid vis habe, hoc solum (de charitate autem loquitur) non habcas, nihil tibi prodest: alia si non habcas, hoc habe, & implèsti legem. Qui enim diligit alterum, legem impluit, ait Apostolus, & plenitudo legis charitas. Et rursus: Sine charitate fides potest quidem esse, sed non prodesse. Eandem pulchrè vocat margaritam illam Euangelicam & pretiosam, quam qui inuenit prudens negociator, ad emendam illam sua vendidit omnia. Vocat & oleum, quod sapientes virgines in suis lampadibus ad sponsum detulerunt.

ATQVE vt seipsum Paulus de fide loquens explicet, nullus enim Apostolorum de fide pluribus disseruit, veram ac propriam eius naturam explanans, hanc definitionem assignat: Fides est sperandarum substantiarum, argumentum non apparentium. Substantia, inquam, siue vt Græcè significantius dicitur, ὑποκειμένη rerum, quæ sperantur, non autem, vt scitè Bernardus dixit inanium phantasia coniecturarum, quibus hæretici delectantur, argumentum verò seu demonstratio (nam Græcis ἐλεγχόμεναι dicitur) vel sicut Augustinus legit, conuictio rerum quæ non videntur, nec possunt quidem videri. Quæ enim videntur vel apparent, fidem non habent, sed agnitionem ex Gregorij sententia. Et prudenter quidem Paulus hanc fidei definitionem illustrat, cum exempla subiungit, in quibus etiam fides à fiducia necessariò separatur. Fide, inquit, intelligimus aptata esse secula verbo Dei, vt ex inuisibilibus visibilia fierent. Hæc enim fides pro fiducia nullo modo accipi potest, sicut neque ad fiduciam spectat, quicquid de inferis aut dæmonibus fide percipimus. Addit Paulus & illud: Fide Noë responso accepto de iis quæ adhuc non videbantur, metuens aptauit arcam in salutem domus suæ. Vbi Noë tribuit fidem, hoc est, assensionem, quam ille Deo minanti habuit, & ex qua metum concepit, per quam demum hæres est iustitiæ institutus. Quam fidei definitionem sequitur etiam Damascenus, & ante illum Clemens Alexandrinus, cum ita docet: Fides est voluntaria anticipatio, pietatis assensio, rerum quæ sperantur substantia, argumentum earum, quæ non videntur. Rectè igitur etiam Basilius: Fides est eorum, quæ dicta sunt assentiens approbatio sine vlla hæsitacione, cum animi persuasionem de eorum veritate, quæ Dei munere sunt prædicata. Rectè & illi, qui fidem vocant certam notitiam & assensum eorum, quæcumq; nobis à Deo reuelantur, & per Scripturam Ecclesiamq; proponuntur, siue demum illæ sint promissiones, siue comminationes, siue præcepta vel

Fidem à charitate separabilem esse.

Charitas fidem & spem antecellit.

Charitatis cōmendatio ingens.

De Vera fidei definitione apud Paulum.

Paulus exemplis illustrat fidei definitionem.

Quomodo Clemens & Basilius fidem definiunt.

prohibitiones. Recte illi præterea, qui fidem tanquam principium faciunt, ex quo spes, fiducia, precatio & persuasio de benecola & misericordiam erga nos Dei voluntate concipiatur: cum hæc omnia vt ex fide tanquam ex principio manant, sic etiam per fidem fulciantur atq; sustententur. Vnde ^a Augustinus fidem humanam salutis initium, ^b Prosper virtutum omnium fundamentum, ^c Chryostomus originem iustitiæ, ^d Cyrillus Hierosolymitanus oculum, qui omnem illuminat conscientiam, & magnam lampadem ad viam inueniendam; ^e Eusebius verò Emiffenus lumen animæ & ostium vitæ, & ante hos omnes ^f Clemens Alexandrinus primam ad salutem inclinationem nuncupauit.

„ A quo postremò citatur hoc antiquissimi Pastoris elegans dictum: Præcedit quidem fides, timor autem ædificat, perficit autem dilectio.] Habeant verò sibi nouatores, quam præter veterum omnium auctoritatem appellare coeperunt, fidem historicam humanis potius narrationibus, quàm diuinis oraculis congruentem. Valeat & diabolica fides, qua credunt demones & contremiscunt, indigna prorsus hoc augusto nomine, cum sit fides coacta quadam & inuira, non libera & voluntaria persuasio, quæ ex pio voluntatis affectu proficiscatur. Rursus hûc non pertinet fides mortua, qualem isti quidem interpretantur, velut eo modo apud Iacobum mortua nominetur, quo dicere solemus hominem mortuum, quasi veræ fidei naturam prorsus amiserit. Nam ea fides, quæ in adulteris, alijsq; malè viuentibus & rectè tamen credentibus reperitur, idcirco mortua dicitur, non quia in illis esse desinat, sed quod effectu dilectionis omninò vacet, atque in homine nisi cum charitate coniuncta fuerit, viua minimè appareat. Falluntur ergo qui naturam fidei, aliam quidem in iusto, aliam verò in infideli, sed tamè iniusto statuunt: cum eadem planè fides eademq; certitudo credendorum in vtroque inueniatur. Et si verò sine iustitia fides in homine, sicut in Dauide mœchante, potest reperiri, tamen singulare temper Dei donum est ad intellectum pertinens, quod vt mundi sapientibus & hæreticis iustus Deus meritò denegat, sic ex gratia illis reuelat paruulis, qui iuxta regulam Apostolicam nõ plus sapiunt, quàm oportet sapere in Ecclesia Dei, quique simpliciter & constanter ea, quæ Deus reuelauit, & Ecclesia nobis credenda proposuit amplectuntur.

Epirhetæ fides apud Patres.

Historica fides non rectè dicitur.

Vitæ diabolica non est fides ad homines perueniens.

Fides mortua perperam à nouatoribus usurpatur.

Fides donum esse magis significandum.

Cur admitti nõ debeat fides noua desinitio.

Vera fides quæ sumus oppugnata nunquam expugnatur.

Fideles à quæ fide dicitur.

De sola fide certo iustificante falsum dogma.

Noua fide & certitudine lob caruit.

„ vt plurimum etiam se timere testetur. Etiam si, inquit, habuero quippiam iustitiam, nõ spondebo, sed mecum iudicem deprecabor: & cum inuocantem exaudierit me, non credo, quòd audierit vocem meam. Etiam si simplex fuero, hoc ipsum ignorabit anima mea.

a Ser. 38. de tempore. b De Vita cõtemplat. lib. 3. ca. 21. c Ser. de sp. & charitate. d Catech. 5. ad illud. e Homil. 2. de symbolo. f L. 2. Str. mat. Iacob. 1.

Iacob. 2.

2. Reg. 11.

Rom. 12.

Iob. 9.

mea. Et rursus: Verebar omnia opera mea, sciens quòd non parceres delinquenti. Sed neq; Paulus hanc sibi fidem arrogauit, qui se coram Deo iustificatum ausus non est pronunciare, & quadantenus timuit, ne reprobis inneniretur, ideoque corpus suum pœnis affecit, quantumuis malè sibi non esset conscius, sed bonæ conscientia testimonio lataretur. Est ille quidem, si vllus alius, fidei maximus prædicator, sed qui vanam fidei præsumptionem ac falsam credentium securitatem omninò reiecit, cum timorem Domini tot modis inculcat, disertèq; monet, vt suam quisq; salutem cum timore & tremore operetur: vt præterea seipsum quisq; iudicet, probet ac emundet: tempus enim aliquando fore, vt nos omnes ante Christi tribunal manifestari, & vnumquemque propria corporis, prout gessit, siue bonum siue malum, referre oporteat. Scientes ergo, inquit, timorem Domini hominibus suademus. Ac ne vllum dubitandi relinqueret locum, fiduciam diuinæ misericordia propter Christum esse fallacem, si reliqua non responderent, conditiones pleraq; cum fide coniungendas præscripsit, atq; ex illis veram Christianorum iustitiam & electorum proprietates voluit æstimari. Hæredes quidem Dei, inquit, cohæredes autem Christi, si tamen compatimur, vt & conglorificemur. Si commortui sumus, & conuiuemus: si sustinebimus, & conregnabimus. Si permanetis in fide fundati & stabiles & immobiles. Si fiduciam & gloriam spei vsque in finem firmam retineamus. Si permaneritis in bonitate. Si non secundum carnem vixeritis, sed secundum spiritum facta carnis mortificaueritis. Si tamen vestiti, & non nudi inueniemur. Omitto id genus alia, quæ Paulus Christi Domini securus exemplum, præter fidem exigit, atque ad bene beatèque viuendum præstari vult, ne quis vana confidentia seu fidei præsumptione deceptus, remissionem peccatorum & Dei gratiam sibi frustra polliceatur. Procul igitur à Pauli doctrina veræque fide discedunt, qui tam facilem & expeditam salutis viam cunctis ostendunt, & fiducia, nescio qua, iubent illos esse contentos, pacem falsam præposterè pollicentes, cum interim mendacium in hypocrisis loquantur, vt de quibusdam Apostolus dixit.

In Paulo fidei certitudinem non fuisse, vt sentiunt nouatores.

Paulus proponit non modo fidem, sed & certas conditiones ad bene beatèque viuendum.

cc

cc

cc

An Catholici iubent homines de salute sua perpetuò dubitare?

Quomodo bene & malè consolari alios liceat.

Ita docedi Christiani, sicut suos discipulos docuit Christus, exigens obedientiam.

1. Cor. 4. 9.

Philip. 2. 1. Cor. 11. 2. Tim. 2. 2. Cor. 5.

Rom. 8. 2. Tim. 2. Coloss. 1. Heb. 13. Rom. 11. Rom. 8. 1. Cor. 5.

1. Tim. 4.

Eclis. 5. Philip. 2. Hebr. 4. Rom. 2. Hebr. 11.

2. Galat. 6. b. 1. Cor. 1. c. Ioan. 14. 1. Cor. 10. 2. Cor. 6. Hebr. 12.

Psal. 102. 13.

Hebr. 10.

Hier. 6.

Luc. 6.

Q 4

ti eritis,

ti eritis, si feceritis ea. Si praecepta mea seraueritis, manebitis in dilectione mea. Vos amici mei estis, si feceritis quae praecepta vobis. Omnis arbor, quae non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur. Quid multi? iubemus, ne cum fatuis virginibus se ipsi homines miserè fallant, fide tantum & inuocatione contenti, quin potius ut à CHRISTO curandi atq; iustificandi, poenitentiam tum interiorem, tum si possunt, exteriorem cum fide coniungant, & remissionem peccatorum per Ecclesiae clauas accipiant, ac porro peccatis mortui, iustitiae viuatur, & demum in Dei Ecclesiaeque obedientia felicitatem omnem se certo confidant assecuturos per Iesum Christum Dominum nostrum.

Transitio ad Scriptores Catholicos huius aetatis. Christus Ecclesiae suae fides operari utrosque donat.

Theologorum labor contra Sectarios non fuit in seculum.

De primis Germaniae Theologis principem locum tribuo, qui cum primis & praecipuis Sectarum architectis & antesignanis apertò Marte fortiter dimicauerunt. Tales fuerunt Eckius, Faber, Schatzgerus, Pelargus, Cochleus, Nauasca, Diembergius, Billichius, Hofmeisterus, Eitcingreinius, vt ceteros praesertim recentiores Theologos, praetermittam. His adiungo ex Belgio nobis diuinitus oblatos Latomum, Driedonem, Pighium, Ruardum, Hesselium, Sonnum, Tiletanum. Nò dicam de Theologis Anglis, inter quos Ioannes Rossensis sacri martyrii quoque laurea coronatus effulsit: non de Gallis, è quibus Clichthouasus & Arbericensis sunt haud quaquam postremi: non de Polonis, inter quos Concilij Tridentini aliquando praeses & Cardinalis Stanislaus Hosius laudatissimus emicuit: nò de Hispanis, qui Alfonso & Sotos egregie pro religione pugnantibus exhibuerunt: nec demum de Italis, inter quos praclarum sui speciem Catharinus & Lipomanus palam ediderunt. Nam de viuis hodie Scriptores, qui contra haereticos in generoso adhuc sudat certamine, praestat me omnino tacere, quam debitas illis laudes parcè attingere: quos ego tantò maiore bonorum omnium commendatione dignos duco, quò virulentius illi ac amarulentiùs ab insanis haereticis religionis ergò exagitantur atq; profcinduntur.

Theologi variorum nationum Catholicos Sectarios oppugnant strenue.

Agenda Christo gratias pro constantia & peritia Theologorum Sectas oppugnantium. Scripturae Theologorum cur magni faciendae.

Theologi Catholici consentiunt in doctrina, reliqui dissentiunt.

Noni Scriptores Catholicos valde dissimiles.

EGO VERÒ NESIMUL & decori & instituti mei oblitus esse videar, modum cogor facere, praesertim quando complures in hac arena ante nos praclare decertarunt, & de hostibus gloriosè triumpharunt. Loquor autem de Scriptores Catholicos, quos fides Ecclesiae suae propugnator & custos Israelis Christus in variis Europae prouinciis, nostro etià seculo excitauit, & in hunc usque diem prosperè conseruauit. Etenim lupis in dominicum ouile visumma nunc irrupentibus, & omnis impietatis aduersus sacra religionis iura grassantibus, opere precium erat adesse nonnullos, qui se velut murum pro domo Dei Israel opponere, communesque Christi & Ecclesiae hostes arcere vellent & possent. Ex his fuerunt Patres, qui superioribus aetatibus cum variis haereticorum monstrosacerrime iuxta ac felicissimè cõlixerunt: Quos tanquam duces pulcherrimè secuti sunt, qui hoc seculo tum disputando, tum scribendo tantum Christi gratia profecerunt, vt per illos orthodoxe fidei & veritatis lumen mirabiliter elucefcat, utque nouarum opinionum densa velut nebulae imperitorum oculis offusa, magis magisque dispellatur, & detectis nouatorum, imò demonum, fraudibus, necessaria religionis vnitas atque sinceritas certius cognoscatur, firmissimè retineatur. In quorum numero Germaniae Theologis principem locum tribuo, qui cum primis & praecipuis Sectarum architectis & antesignanis apertò Marte fortiter dimicauerunt. Tales fuerunt Eckius, Faber, Schatzgerus, Pelargus, Cochleus, Nauasca, Diembergius, Billichius, Hofmeisterus, Eitcingreinius, vt ceteros praesertim recentiores Theologos, praetermittam. His adiungo ex Belgio nobis diuinitus oblatos Latomum, Driedonem, Pighium, Ruardum, Hesselium, Sonnum, Tiletanum. Nò dicam de Theologis Anglis, inter quos Ioannes Rossensis sacri martyrii quoque laurea coronatus effulsit: non de Gallis, è quibus Clichthouasus & Arbericensis sunt haud quaquam postremi: non de Polonis, inter quos Concilij Tridentini aliquando praeses & Cardinalis Stanislaus Hosius laudatissimus emicuit: nò de Hispanis, qui Alfonso & Sotos egregie pro religione pugnantibus exhibuerunt: nec demum de Italis, inter quos praclarum sui speciem Catharinus & Lipomanus palam ediderunt. Nam de viuis hodie Scriptores, qui contra haereticos in generoso adhuc sudat certamine, praestat me omnino tacere, quam debitas illis laudes parcè attingere: quos ego tantò maiore bonorum omnium commendatione dignos duco, quò virulentius illi ac amarulentiùs ab insanis haereticis religionis ergò exagitantur atq; profcinduntur.

AT QVONIAM hos omnes ego honoris gratia nominatos esse volui, eorumque causa Christo Domino gratias maximas ago, cuius illi spiritu afflatus, & zelo impulsus, cum horum temporum Sectariis congregari, ac potissimum primos aduersariorum impetus & furores magno difficultate bello comprimere studuerunt. Extant illorum scripta, ex quibus tanquam ex vnguibus, vt dicunt, leones facile cognoscantur, & quae non modò grata leget posteritas, sed ex quibus etiam eorum in obeundis certaminibus dexteritatem atque constantiam merito admiretur. Digni sunt certè illi, quorum memoriam cum beneuolentia usurpemus, quorumque tum nomina, tum monumenta cò pluris faciamus, quò minus haereticis placeant, & quò illi gloriosius pro religione certarunt, quoque plura & grauiora bella Domini sunt praeliati, vt Scriptura dicere solet. Illud verò non solum diuinæ erga nos bonitatis, sed etiam Catholice veritatis praclarum est testimonium, quod ij qui sunt tam multi, tamque longis terrarum interuallis atque spaciis separati, tam variis modis contra perditos haereticorum mores atque libros sese obiciant: interim verò tam cõsentientem de religione doctrinam, & nullam in re discrepantem veritatis confessionem edant, scribendoque testentur. Quò si fortasse alicubi discrepèt, id tamen citra fidei periculum, & salua semper Ecclesiae autoritate fieri satis constat. Quid simile apud Sectarios? qui nihil non in contem-

1. Jo. 13. & 15. Math. 7.

Math. 23.

Math. 16. & 18.

1. Jo. 10. 20.

Rom. 8. 1. Pet. 2.

1. Ps. 110.

Ex. 17. 11.

1. Luc. 11.

1. Epist. ad Gal. 2.

1. Reg. 16.

1. Paral. 12.

tum Ecclesiae faciunt & facere docent, qui sua scripta & dogmata nullius vel Episcopi, vel Concilij iudicio submittunt, qui praepositos Ecclesiae blasphemare malunt quam agnoscere, qui donum interpretandi Scripturas sibi vel solis, vel maxime arrogat, qui vt lucem fugiant, suamque doctrinam Ecclesiae iudicio subtrahant, diuinæ veritatis patefactionem in priuatis personis ac aedibus locant: qui denique nunquam non disceptant, scribunt, edunt atque commentantur, sed adeò infeliciter, vt neque in vna prouincia, nec in ciuitate, neque schola, neque mensa diu possint concordēs permanere, atque vt inter se frequenter, sic secum ipsi haud raro pugnent, contrariaque doceant ac sentiant. Hinc tam multae tanque variae ipsorum Confessiones, & Ecclesiarum, quas vocant, ordinationes: hinc tot apud illos ritus & Catechismi, vt haec magistrorum inconstantia, & in religionis doctrina dissensio atque varietas non leue fastidium vulgò adferat, & magnas paratim agitatibus offensiones, & demum excitatis animorum perturbationibus, omnem ferè Sectis detrahat auctoritatem. Sed ad finem capitis properandum est.

HACTENUS in Ioannis Baptistae historia, nec parua, nec leuia persecutus sumus, vt omnem tum prophanam nouitatis, tum insulsa temeritatis, vanaeque commetationisordes, pro nostra quidem virili, abstergeremus. Dignus est enim ille, si quis alius cuius laudem & gloriam post praecones eius Prophetas & Euangelistas, pij omnes illustrent & vindicent: Ioannes, inquam, ille maior inter Prophetas habitus, ille diuina gratia adhuc in vtero matris impletus, ille Eliae spiritu & virtute subnixus, qui non aduersarius Domini, sed praecursor & praedicator fuit, qui Dominum non tantum verbis praenunciauit, sed & oculis ostendit, qui ipsum Christum, per quem baptizantur ceteri, baptizauit. Jvt Cypriani verbis vtamur. Sed libuit Centuriatoribus, aliisque multis, qui è Sectis nouis prodeuntes, ad Euangelium interpretandum irrupunt: libuit, inquam, ne Ioanni quidem parere, cuius historiam, vt ostendimus, tot modis deformarunt atque conspurcarunt. Inuidi homines, vt nihil acerbius dicam, non illi sanctissimo viro & Prophetae maximo suam in vasta solitudine habitationem, non victum, non vestitum in regum in actumque reliquerunt, non laudem à vita sanctissimè & seuerissimè acta, quae vera laus censenda est, in uoluntate esse passi sunt, sed illi prorsus in ordinem redegerunt, adeoque non dissimilem vulgari paedagogo, & Mosayo Sacerdoti, imò & seditioso concionatori, & auctorifchismatis, & Ecclesiastici magistratus contemptori parem effecerunt.

IVDICENT igitur sapientes & boni omnes, qua fide isti Magdeburgici contexamt historias, qui historiam Euangelicam tot modis in vno Ioanne deprauant, suisque nugis contaminant. Neque boni Theologi, nec fide esse historici possunt, quos adeò iuuat ad vanos regendos errores, & ad impuros explendos affectus, in historia etiam sacra sibi nihil non indulgere & sumere. De aliis non repetam nouatoribus: cum res ipsa declaret, & è superioribus intelligi facile possit, quam illi & circa Ioannis historiam inscite prauèque multa notauerint, dum aut nimis oscitant Scripturam sacram explicant, aut nouis tuendis opinionibus addicti, non tam quod licet, quam quod libet euomunt atque profundunt. Nunc ad postrema huius libri partem nos conuertemus, eaque in medium proferemus, quae tanquam flosculos parum quidem odoriferos, ac minus etiam salutare, isti agrestes hortulani, praesertim verò Magdeburgici, suorum Scriptorum impuris hortulis inferuerunt, & quibus ad Ioannem non ornandum, sed potius dedecorandum, turpissimè sunt abusi. His flosculis, imò verò sentibus & sordibus, in vnum velut acerrum extractione superiore comportatis atque congestis, Censuram nos aliquam, velut falcem, breuiter & succinctè admodum apponemus, vt rudiores praesertim & veritatem amantes rectius iudicent, quantum sibi sumserit circa vnum Ioannem, eiusque historiam licentia nouatorum. Sunt autem infiniti penè libri Sectariorum, ex quibus innumera propemodum talium flosculorum genera possint excerpri, & opus aliud longè maius ab eruditis confici. Ac fortasse erit aliquando, vt sanè desideramus, qui nostrum exemplum secutus, ex variis huiusmodi nouatoribus, nouaqueque religionis doctoribus similes excerpit, & ad rudiorum cautionum in medium adferet corruptelas.

Superiorum capitulum epilogus.

Ioannes à Cypriano laudatus.

Centuriatores Ioannis historiam mala fide contexamt.

Novatores de Ioanne perperè & licenter tractatis.

Transitio ad postrema huius operis tractationem.

CAPVT DECIMUM TERTIVM.

Farrago est index corruptelarum, figmentorum est ineptiarum, quibus Ioannis Baptistae historiam in suis scriptis Sectarij asperserunt.

Qvod Ioannis parentes Zacharias & Elizabeth insti fuerint ante Deum, hoc est, fide, non operibus: quia crediderunt in Messiam, propter quam fidem illis imputata fuit iustitia, ut Deum haberent propitium. Sic Strigelius, Brentius, Lossius, praeter Centuriatores & alios.

De parentum Ioannis iustitia.

ROBATVM EST, IOANNIS PARENTES, ALIOSQVE ID GENVS IUSTOS in Scriptura celebratos, non minus ob vitam pie sancteque gestam, quam propter fidem, iustitiae nomen ac laudem obtinere. Monstratum est etiam, graues ac perniciosos hodie Sectariorum errores graffari, quibus vera fidei & iustitiae doctrina publice & perniciosè deprauatur. De his capite statim praecedente & vndecimo ex instituto disputatur.

De Ioannis exultatione in utero matris.

II. Sicut Ioannes in matris utero fidem habuit & ostendit, ad Deiparae virginis aduentum & salutationem exultans: sic etiam suos fidei motus esse paruulis cum baptizantur. Bucerus, Kemnarius, Epinus & alij.

ET SI concedatur, Ioanem ex vera fide in matris utero subsiluisse, & sui Redemptoris aduentum cognouisse, non tamen continuo sequitur, infantibus aliis fidem propriam, fideiq; motus peculiare sine: quibus nihil aut boni aut mali intelligentibus ad hoc ut baptizentur atq; sanctificentur, fides sufficit aliena. Id probatum est capite primo.

De sanctificatione Ioannis in utero matris.

III. Quod Ioannes in matris utero sanctificatus indicio sit, infantes Christianorum non perire, sed sanctos etiam ac saluos esse posse, licet sine Baptismo ex hac vita migrent. Caluinus, Petrus Martyr, Bullingerus, Beza, Brentius, Schmidelinus, Chytraeus.

QVOD Ioannes sanctus prius quam natus fuerit, ut Euangelium probat, ad singulare quoddam priuilegium, quod paucissimis contingit, referendum est, minimeq; ad paruulos alios indiscriminatim applicari debet. Hi quippe neque sancti, Christiani & fideles, neq; regni caelestis participes esse possunt, nisi ex aqua & Spiritu sancto regenerentur. Qua de re caput primum itidem docet.

De familiaritate Ioannis & Christi in pueritia.

IIII. Quod dubium non sit, Mariam crebro ad Elizabetham excurrisse, & Iesum etiam in pueritia sanctam atq; pulcherrimam cum Ioanne adhuc puero, & postea etiam in reliquis atatum gradibus amicitiam coluisse. Centuriatores.

FICTITIVM ac falsum esse ducimus, quod aduersarij sine Scriptura, sine fundamento & testimonio vllò indubitatim videri voluit, Mariam domini matrem ad cognatam Elizabetham crebro excurrisse; tum Christum & Ioannem in pueritia & adolescentia, nescio quam, singularem familiaritatem, & familiarem consuetudinem inter se contraxisse mutuo, atq; coluisse. Etenim Ioannes ipse testatur: Ego nesciebam cum: idq; sic accipiunt Chryostomus, Theophylactus, Euthymius, Rupertus alijq; Patres, Christum antequam ad Baptismum accederet, Ioanni de facie quidem ignotum fuisse, nihilq; cum illo familiaritatis habuisse. Vixerat enim in deserto Ioannes inde a pueritia, ut ostendimus, & vsq; ad tempus publicae praedicationis occultus in deserto mansit. Tum utilitas exigebat publica, Ioannem primis annis Christo minimè familiarem esse, praefertim ad amoliendam hominum suspensionem, ne videretur idem postea tam praclara de Christo dicere, vel affinitatis, vel familiaritatis gratia, quam puer cum eo contraxisset, sicut & Theophylactus monet. Quin etiam Beza, Bullingerus, Bucerus, Marloratus, Christum Ioanni facie ignotum fuisse aperte fatentur.

De studiis Ioannis in literis sacris.

V. Ioannem in primis annis fideliter in sacris literis institutum, & feliciter progressum fuisse. Et hoc Centuriatores.

CONTRA probatum est, de Ioannis pueritia & prima institutione longè sublimiùs iudi-

I.

IOHANNES.

IN I. C. LUCA.

iudicandum esse, quam isti faciunt, & puerum illum diuinitus edoctum, non eguisse communi illa discendi ratione & disciplina, quae pueris aliis vulgari more naturalis necessaria esse consuevit. Lege caput primum.

VI. Esse vero simile, Ioannem in bonorum virorum scholis literarum semina percepisse. Ex eodem fonte.

Ioannem in scholis didicisse.

NOS EX Chryostomo & Bernardo confirmauimus, Ioannem puerum sine praceptoribus & schola non tam humanitus, quam diuinitus institutum, ea, quae ad Spiritus doctrinam faciunt, maturè percepisse. Qui & ipse Praeceptorem indicat suum, quando de Spiritu sancto testatur: Qui misit me baptizare in aqua, ille mihi dixit.

DANT.

VII. Quod procul dubio Doctores & enarratores sacrarum literarum, annis atq; iudicio confirmatus, attentè audierit: quod forè & ipse priuatim & modestè docuerit. Et hoc ex officina Centuriatorum.

De Ioannis praceptoribus & laudis magistris.

PROCVL dubio imbecilles sunt & parum probabiles huiusmodi coniecturae, quibus nullum à Patribus vel Scripioribus aliis accedit suffragium: & in quibus excogitatis nimium hi sibi indulgent auctores. Nihil enim nisi de scholis & scholasticis exercitationibus Ioanni puero affingitur, eumq; perinde ac vulgarem quemuis alium studiosum ac magistrum (ut vocamus) artium tractant. Hoc verò quid ad historiam Euangelicam?

VIII. Ioannem puerum & adolescentem in Oeconomia parentum suorum educatum fuisse. Sic rursus Centuriatores.

De Ioannis apud parentes educatione.

ID VERÒ non conuenit cum his, quae scribunt Patres, & innuit Euangelium, semperq; credidit antiquitas, Ioannem scilicet puerum à parentibus discessisse, & diuino spiritu concitatum, maturè desertum adiiisse, sicut & primum & septimum caput ostendit.

IX. Ioannem non in deserto vel vasta solitudine, sed in locis propè Iordanem vixisse, nec procul à montibus, pagis & oppidis habitasse. Bullingerus, Bucerus, Centuriatores.

De Ioannis deserto & vita solitaria.

CIRCA desertum Ioannis mirè nugantur Sectarij, quod ut nobis planè tollant, vel in loco montoso, aut ad regionem montesam sito, vel propè desertum, vel non procul à pagis & oppidis, vel solum in vita & educatione priuata collocare mirisq; artibus eludere nituntur. At è Scripioribus & Patribus, ut opinor, conuicimus, Ioannem, ut verum eremum cultorem, non sine diuino spiritu in vasta & intima solitudine, vitam austeram transgisse, sibiq; soli & Deo multos annos vacasse. Qua de re caput secundum propriè tractat.

X. Quod vsitato genere vestitus inducatur, quo alij vicinis in locis habitantes. Caluinus, Bucerus, Strigelius, Centuriatores.

De Ioannis vestitu minimè aspero.

CUM blandè doceant omnia Sectarij, in Ioannis quoq; vestitu spontaneum rigorem, & inusitatam seueritatem nolunt agnoscere, sed illum moderatè potiùs, & iuxta morem aliorum vestitum fuisse audent ettingere. Quasi verò tunc vsitatum fuerit, Sacerdotis filium vestiri pilis camelorum, & pellicea zona cingi. Aliter de Ioannis vestitu iudicare docet Christus, Euangelista, Patres, quem ad modum capite tertio confirmatur.

XI. Vestis Ioannis erat contexta ex pilis cameli, similis ei, quam vulgò à camelis vocamus Kamlot vel Schamlot, latine undulatum. Chytraeus.

De veste contexta Ioannis.

ET HOC nouum ac ridiculum planè figmentum est, falso Grammaticae tantum fundamento nitens, & mundi Spiritum redolens, Patrumq; sententiis minimè consentaneum, qui post Christum tant operè Ioannem à vestitu asperitate laudant, aliisque imitandum proponunt. Vide rursus caput tertium.

XII. Cibigenus Ioanni fuisse non peregrinum & insolens, sed assuetum his, cum quibus agebat. Bucerus.

De Ioannis vestitu vulgari, non peculiari & insueto.

RETINENDA est studiosè veterum sententia, qui ex Euangelicis literis colligunt ac probant, Ioanni à victus & vestitus minimè vsitati austeritate laudem deberi peculiarem; quod & caput quartum pluribus astruit.

XIII. Quod locustae (Ioannis esca) ad genus marinorum piscium magis, quam ad terrestre animal sint referenda, & speciem eam fuisse cancrorum. Melancthon, Strigelius, Lossius, Centuriatores.

Ioannem edisse locustas, id est, pisces sine cancris.

PROBAVIMVS, locustarum nomen à Patribus potissimum ad volucre animal, rariùs verò ad herbae genus accommodari. Ridiculum autem est & inaudirum, locustas Ioannis

Ioannis in caneros velle transformare, & quod Ioannes pisces illos à piscatoribus vel abiectos, vel donatos ederit, tam vanè & pueriliter communiſci. Vide caput quartum.

De libertate Ioannis in edendo euangelica.

XIIII. Quod Ioannes locustas edendo exemplum dederit Euangelica libertatis, quia cibus hic Iudaïs in Leuitico prohibitus erat. Philippus, Strigelius, Loffius, Centuriatores.

INTQVÈ & falsò vir sanctissimus de violata lege accusatur, cum lex non vetuerit huiusmodi locustis vesci, quas omnis antiquitas Ioanni in vsu fuisse testatur: & peruersè iudicant, qui hoc Ioannis exemplo ad suam carnalis potius, quam euangelicæ libertatis defensionem abutuntur. Meminit de eo etiam caput quartum.

De pira Ioannis.

XV. Pro locustis pira syluestria posse accipi, ut dicitur de pro dupl. des legatur. Beza.

NOVA profus commentatio, quæ nihil etiam probabilitatis ostendit, cur constans Græcorum codicum lectio mutari, & locustæ Ioannis in pira syluestria conuerſi debeant. Nullus veterum aut scripsit aut sensit, cibum Ioannis ad fructus arborum pertinere.

Ioannes comedit mel syluestre, id est, manna.

XVI. Quod mel syluestre à Ioanne sumtum sit idem planè, quod manna in pharmacopoliis vocant, & in medicamentibus vsum habet. Loffius, Strigelius.

MULTO aliter de hoc melle scribunt Patres: nec est quidem verisimile, manna vel medicamenti genus vllum in vsu viro continentissimo fuisse. Atque vt maxime fuisset, maneret tamen Ioanni sua integra perfectaque abstinentiæ virtus, quàm frustra Sectarij tot suis figmentis labefactare & obſcurare conantur. Plura de eo extant quarto capite.

Ioannes in patria sua celebris, patri suo successit, & cum laude vixit.

XVII. Quod Ioannes in parentis sui senio confecti & emortui locum successisse, sed & in Sacerdotis functione summa cum laude vixisse videri possit. Centuriatores.

FALLACES ac friuolæ sunt istiusmodi coniecturæ, neque videntur Scripturis consentaneæ, ex quibus colligunt & conuincunt Patres, Ioannem inde à pueritia, se à parentibus subduxisse, & studiosè caruisse publico, neque functionibus politicis se vllis immiscuisset, vt qui mundo planè mortuus videretur, neque tam humana, quàm diuina curaret. Nec decebat quidem, futurum Christi præconem his rebus occupari, quæ ad Sacerdotes legis pertinebant. Sed enim si Supercis placet, Ioannem, & politicum hominem, & Sacerdotem Moysæcum, & nescio quem antistitem, nominatumque in vrbe ciuem videri volunt Sectarij. Quid igitur obſtet, quo minùs porò eadem fingant licentia, Ioannem in suo Sacerdotio vxorem duxisse, & bonum fuisse patrem familias, & liberos educasse: quemadmodum noui quidem isti doctores facere solent, tam pulchrè scilicet, Ioannis vita & moribus sese conformant.

Ioannes instituit Baptismi Sacramentum.

XVIII. Ioannem primum esse authorem & instauratorem eius Baptismi, quo adhuc vitur Ecclesia, & quo utetur vsq; ad consummationem seculi. Brentius, Philippus.

ET IOANNI minimè competit, & in Christum est contumeliosum, & veritati Patrumque sententiæ profus repugnat, ex Ioanne facere Christiani Baptismi vel authorem, vel instauratorem. Vide caput septimum.

Quid Ioannes traxerit de Baptismo.

XIX. Quod Ioannes priusquam Baptismi ceremoniam conferret, prolixè auditoribus, quid sit Baptismus explicuerit, unde sit, cur expetendus omnibus, quomodo & quibus proficit. Centuriatores.

HIC DE Ioannis Baptismo nimium præclarè sentiunt, & maiorem ad illum præparationem, exactioremque catechismum excogitant, quàm vel Ioannes à populo exigebat, vel res ipsa fieri postulabat. Quod si Scriptura sacra essent isti contenti, ab huiusmodi rebus Ioanni & eius Baptismo indecore stultèque; affingendis facillè superſederent. Hinc septimum & octauum caput referatur.

Quis esse sit fuerit Baptismi Ioannis, & an sit aequalis Baptismo Apostolorum.

XX. Ioannem de suo docuisse Baptismo, quod sit à Deo, quod adferat remissionem peccatorum. Item, Ioannis & Apostolorum Baptismus ministerio & efficacia profus conuenisse: actioni Ioannis in baptizando annexam fuisse remissionem peccatorum. Calvinus, Bucerus, Kemnitius, Centuriatores & alij.

VERVS & damnatum est hoc dogma Donatistarum, Ioannis & Christi Baptismus eundem facere, paremque dignitatem, virtutem & efficaciam in Baptismo serui & Domini constitucere. Confutatur hoc dogma tum eiusdem Baptistæ verbis, tum variis diuinæ

uinæ Scripturæ locis, tum communi veterum sensu atque consensu, quemadmodum caput septimum fusè declarat.

XXI. Quod Ioannes ad Baptismum non admisit quenquam, nisi prius peccata fuisset confessus, hoc est, egisset penitentiam, & Iudaïsuo valedixisset, & in Mesiam credidisset, & priores errores & peccata damnasset, ac etiam promisisset in fide & operibus bonis perseverantiam. Centuriatores.

Qualem præparationem Ioannes exegerit à baptizandis.

ABVTVTVR hinc nomine Confessionis, quod non tam multa, quàm hinc enumerantur, includit. Nec est aut Scripturæ, aut veritati consentaneum, à baptizandis tam multa postulasse Ioannem, præsertim vt eo tempore valedicerent Iudaïsuo, certoque crederent & statuerent, se post Baptismum acceptum, in fide & operibus bonis tota vita perseveraturos. Reliqua dabit caput octauum.

XXII.

XXII. Quod Ephesii à Paulo rebaptizati, de quibus Lucas refert, à Ioanne verè non fuerint baptizati. Bucerus, Bullingerus, Loffius, Centuriatores.

De Ephesii à Paulo rebaptizati.

MIRVM, quantoperè isti circa hoc exemplū Ephesiorum se torqueant dissentiantque. Sed Lucæ verba sunt luculenta, & à Patribus tam solidè confirmantur, nullus vt dubitare debeat, Christiano Baptismo in Ephesii hoc suppluisse Paulum, quod illis ad gratiam spiritualem decrat ex imperfecto Ioannis Baptismo, quo verè fuerunt baptizati, sicut capite septimo declarat.

XXIII. Quod à Ioanne baptizari sit idem, quod erudiri & doceri Euangelium. Zvinglius, Loffius, Bullingerus.

Idem esse baptizari à Ioanne & doceri.

PVENDVS hic error est, atque vt videtur, ex summa vel ignorantia, vel peruersitate profectus, dum aduersus propriam Scripturæ phrasin, magnumque consensum Doctorum omnium, Baptismi & doctrinæ nomina confunduntur. Hoc si admittamus, conſequi necesse est, Christum in Iordane non verè baptizatum, sed in doctrina solùm à Ioanne institutum fuisse, quod sit longè absurdissimum. Qua de re ad finem septimi capituli est annotatum.

XXIIII. Quod Ioannes imprudenter & stultè agat, cum detrectat Iesum baptizare, & manult carnali suæ prudentia, quàm spirituali mandato Christi Baptismum postulantis obsequi. Vnde magna Christum afficit contumelia, perinde ac si diceret: Ego sapiens, tu stultus: ego prudens, tu ineptus. Sic Brentius.

Peccasse Ioannem, cum baptizare Christum & eum seruet.

HOC verò est non modò imprudenter & stultè agere, sed etiam contumeliosè in Ioannem debacchari, qui nò reprehensionem, sed laudem potius meretur ob insignem illam sui submissionem, & singularem erga Christum reuerentiam. Fuit ille ab omni carnali prudentia, quæ in Sectariis plurimum regnat, semper alienus, suamque sanctam simplicitatem & promptam erga Christum obedientiam vel hoc ipso declarat, quod iussus è vestigio pareat: ac posito metu, Domino gloria seruiat, postulat umquè illi Baptismum impendat. De hoc plura in fine sexti capituli annotata.

XXV. Quod Ioannes à templo Hierosolymitano & Synagogis Iudeorum, & à potestate ordinaria, siue Sacerdotibus, palàm & publicè discesserit. Philippus, Centuriatores, Crucifer, Maior.

Ioannes à templo & Synagoga fecit secessionem.

AB ECCLESIA & eius magistratibus legitimis secessionem faciunt, & facere docent Sectarij. Nihil tale vnquam in animum suum induxit Ioannes, qui magistratus Iudaicos, præsertim in cathedra Moysi sedentes, tum verbo, tum exemplo suo haud dubiè docuit honorare. Sed neque tempestiuum quidem erat, neque reip. tranquillitati conueniebat, vt ab illo Synagoga magistratu & recepto cultu diuino Ioannes faceret secessionem. Atque vt maxime concedatur, Ioannem ab illius temporis Ecclesia discessisse, non haberent tamen Ecclesia desertores, cur tanti viri exemplo suam schismaticam à vera Christi Ecclesia secessionem & publicam rebellionem merito excusare ac defendere possent. Fient hæc planiora, caput nonum si legeris.

XXVI. Sicut Ioannes & Propheta à Deo immediatè vocati peculiare habuerunt mandatum docendi Ecclesiam: sic etiam hodie à Deo excitantur & vocantur extra ordinem & vocationem ordinariæ potestatis repurgatores doctrinæ & Doctores Ecclesie. Philippus, Georgius Maior, Loffius.

Ioannis exemplo excusari nonos hodie ministros, qui sine vocatione ordinariæ cõronantur.

Et si Ioannes & Propheta à Deo immediatè vocati & missi, verbum Dei legitime prædicarunt, & vocatione ordinariæ potestatis non indigerunt, tamen se sui temporis Ecclesiæ non opposuerunt, & ab ordinaria potestate discessionem nullam aut ipsi fecerunt, aut in aliis probarunt, genusque doctrinæ & ritus in Moyse cathedra probatos & receptos confirmarunt potius, quam aut labefactarunt aut immutarunt. Malè igitur Ioannis & Prophetarum exemplum sequuntur, qui cum vel immediatè à Deo, vel mediata ab Ecclesiæ vocationis ac missionis suæ testimonium nullum proferre possint, tamen potestati ordinariæ & Ecclesiæ præpositis palàm resistunt, doctrinamque & ritus Ecclesiæ prorsus immutant, totumque statum religionis ita perturbant, vt se aduersus Catholicos magistratus rebellare, atque à Deo quidem nec vocatos, nec missos esse orbis ipsa declarent. Qua de re caput nonum plura proponit.

Qualem putaverint Ioannem esse Iudæi.

XXVII. Quod Ioannis acerrimi persecutores fuerint Pharisei, & qui ad clauum Ecclesiæ Hierosolymitanae sedebant, eumque cæco furore perrexerint in suis conciliabulis, tanquam hæreticum, & totius patriæ atque religionis turbatorem damnare: qui & voluerint eum, veluti pestiferum clamatorem, e medio tollere. Centuriatores.

EN TIBI licentiam plusquam poetiæ in historia Euangelica contenda. Præclara fuit de Ioanne omnium existimatio, quem & Synagoga maiores pro Messia sibi contingere cupierunt, in cuius etiam inculpatissimos mores, ne suspicio quidem eorum criminum, quæ hic illi obiecta dicuntur, cadere potuisset videatur. Plura de his diximus eodem nono capite, & reiecit istorum fictiones & opiniones friuolas, quibus Iudæos contra Ioannem concitados fuisse fabulantur.

Ioanne ligata esse peccata Iudæicorum magistratum.

XXVIII. Quod Ioannes Phariseorum & Sadduceorum peccata ligauerit, nihilque curauerit illorum indignationem aut bruta fulmina. Centuriatores.

MAGNA istorum est petulantia, quod Ioannem accusare non vereantur velut seditiosum, qui Christo audacior, se palàm opposuerit legitimis in Synagoga magistratibus, eorumque contemserit auctoritatem à Deo ipso institutam atque confirmatam. Quomodo verò peccata quorundam ligaret, qui nec ad soluendum, nec ad ligandum clauum acceperat potestatem? Quem autem ad finem illi hæc viro sanctissimo tribuant, & quomodo Ioannis personam sibi imponentes causam Catholicorum per odiosam collationem grauent, ex eodem capite nono perspicietur.

Quimulta & magna pertinere ad Ioannis ministerium.

XXIX. Ioannes nouam inchoauit Ecclesiam, quæ usque ad finem mundi duratura est, instituit nouam ceremoniam Baptismi, recepit gentes ad societatem Ecclesiæ DEI. Abrogauit legem Mosaycam & cultus Leuiticos, aboleuit circumcisionem, & inchoauit vniuersalem vocationem gentium. Fuit ministerium eius destinatum non solum inchoationi noui testamenti, verum etiam manifestæ receptioni gentium ad societatem Ecclesiæ, & repurgationi vniuersæ doctrinæ. Georgius Maior, Chytraus, Philippus, Loffius & alij.

PLURA id genus de Ioanne ac eius ministerio temerè ac ridiculè fingi possunt, sed è Scripturis & Patribus probari nunquam possunt. Quin pugnant etiam cum Christi officio & dignitate, quam tantò magis obscurant & deprimunt, quanto Ioannis ministerium amplius illustrare & altius attollere student. Solus est Christus, qui filios Dei dispersos in vnum congregat, & nouam ex Iudæis & gentibus colligit inchoatque Ecclesiam ad mundi finem usque duraturam. Solus ipse Baptisimum & omnia Ecclesiæ Sacramenta instituit. Solus ad Euangelij consortium per Apostolos recipit gentes, & corpus vniuersæ doctrinæ ad credentium salutem repurgat. Solus ipse finis & abrogator legis est Mosaycæ, qui noua facit omnia, sicut partim sexto, partim nono capite pluribus declaratur.

XXX. Ioannes terminauit vetus, & orsus est nouum testamentum, de factò & iure abrogans ceremonias Mosaycas, & immutans totius religionis Mosaycæ formam, non solum destructor veteris, sed & inchoator noui testamenti. Centuriatores, Georgius Maior, Crucifer.

Hic rursus Ioanni attribunt, quæ ministerio eius non congruunt, & Christi derogant maiestati, vt qui solus venit veterem legem implere, & nouam condere. Nec in Scripturis vllum apparet vestigium, vnde probari possit, Ioannem sibi vendicasse munus Mosay-

Mosaycæ religionis formam vel mutandi, vel abrogandi, quæ nec debebat ante Christi mortem mutari, vel à quoquam aboleri, sicut caput sextum explicat.

XXXI. Non est dubium, quin Ioannes hac vna voce: Ecce agnus Dei, quasi bellicum non inter Pontifices & sacrificulos tantum, sed etiam inter sapientes quosque Iudæos, adeoque in vulgo ipso cecinerit. Quæ conicio visa est sapientibus non solum abrogatio ciuilibus honestatis, sed etiam deuastatio totius Iudaicæ religionis, ac idcirco vox illa Ioanni constitit magno vitæ suæ periculo. Brentius.

NON isthæc ad historiam Euangelicam, sed ad meram potius fabulam spectant, & nec speciem quidem veritatis præ se ferunt. Vt enim maximè concedatur, Ioannem hæc pauca verba dixisse palàm in frequenti hominum coetu, eaque perfecte ab omnibus intellecta fuisse: tamen prudens nemo dixerit, hinc tantas turbas, quantas Brentio fingere libet, excitas videri, vt quem omnes velut virum sanctissimum reuerentur: tantum abest, vt huius etiam vitæ insidiarentur, vt quod propter vnâ sententiam ad eò sibi de suâ legis ac totius religionis, imò & ciuilibus honestatis abrogatione timerent. Vide plura nono capite.

XXXII. Hoc dicto: Ecce agnus Dei, testatur Ioannes, abrogari satisfactiones, merita bonorum operum, & sine adiumento operum humanorum, peccatorum remissionem parari ac donari victimæ Christi immolatione. Centuriatores, Caluinus, Marlortus, Brentius.

Sic à Ioanne doceri de agno Dei, & ad remissionem peccatorum non sint opera necessaria.

FALLUNTUR prorsus & fallunt in Ioannis dicto interpretando, qui Christum Dei agnum, & pro peccatis nostris hostiam sic accipi volunt, vt hac ratione fidei opera piorumque merita & digni poenitentiae fructus excludantur: cum hæc omnia non aliter nobis in Ecclesia commendentur, & homini salutaria esse credantur, nisi Christi meritis, & cruento eius in cruce sacrificio innitantur. Nec fieri sanè potest, vt idem Christus cum suis meritis nobis causa sit salutis æternæ, nisi volentes, credentes & poenitentes illum ipsum nobis applicemus, illius gratiæ cooperemur, & secundum illius spiritum ambulemus, sicut Ioannes & Apostoli tradiderunt.

XXXIII. Quod in Ioanne aliquando fuerit opinio, neg, certa, sed infirma, seu coniecturalis cognitio, Iesum verum esse Messiam. Brentius, Loffius.

De Ioanne coniecturalis Christi cognitionem habent.

ATROCEM Ioanni eiusque ministerio iniuriam adferunt, qui de tanto viro tam indignè sentiunt, tamque insulse garriunt. Est enim ille testis omni exceptione maior, habens vti que certam & perfectam, ab omni que dubitatione remotam Christi fidem & cognitionem, quam & aliis fidelissimè tradidit. Est idem Propheta & plusquam Propheta, vt præstantem & absolutam diuinæ veritatis Christi que maiestatis intelligentiam præ cæteris assecutus videatur, præsertim cum etiam in matris alio clausus, singularem tùm gratiæ, tùm scientiæ acceperit prærogatiuam. Plura vide ad calcem sexti capitis.

XXXIII. Ioannes docet: Qui credit in filium Dei, habet vitam æternam. Vult igitur homini satis esse, si Christo fidat, & illi credat, non Patribus, non Pontifici. Pellicanus, Melanchthon, Brentius, Marlortus.

Ioannem de sola fide docuisse.

DEPRAVANTUR hic penitus verba Ioannis, qui fidem pro fiducia sola nunquam intellexit, & tam sedulo non solum de fide, sed etiam de poenitentia & operibus bonis ad salutem necessariis docuit. Decet verò credentes, velut oues morigeras, vocem Christi pastoris audire, siue is per seipsum, siue in Apostolis, Patribus & Præpositis Ecclesiæ nobis loquatur, suamque voluntatem declaret. Reliqua vide eduo-decimo capite.

XXXV. Quod Ioannes docet ac præcipit: Facite fructus dignos poenitentiae, id vel ad fidem, vel ad charitatem, vel ad humilitatem, vel ad fructus spiritus, vel ad nouam obedientiam, vel ad operam secundam tabulam pertinere, & in his fructus poenitentiae dignos sitos esse. Zuynglius, Pellicanus, Caluinus, Brentius, Philippus, Sarcerius, Centuriatores.

Quales poenitentiae fructus Ioannes exigit.

QUI veram de poenitentia doctrinam deserunt & oppugnant, sicut ostendimus, eos mirum non est de propriis dignisque poenitentiae fructibus vel operibus hallucinari. Imperitè verò fructus iustitiæ ac bonorum operum cum veris poenitentiae fructibus miscent, quos Ioannes perfectæ poenitentiae Doctor exegit; quosque Paulus cum sol-

licito timore, cum ira & indignatione contra peccatum, cum æmulatione itidem & vindicta coniunxit. Præterea inter iustorum, vt Ioannis & Pauli, aliorumque poenitentium, vt Dauidis post adulterium, & Magdalenæ post integram ad Deum conuersionem opera non distinguunt, nec intelligunt causam relapforum, poenitentiam tamen agentium durio rem esse, quàm iustorum in nouitate vitæ proficientium. Atq; huc caput vndecimum spectat.

Ioannem de operibus moralibus non docuisse.

XXXVI. Quod Ioannes de bonis operibus docens, opera moralia tantum proposuerit. Centuriatores.

SUNT opera quædam ad decalogum propriè non spectantia, in quibus Ioannes ipsum exercuit, atq; vt se exercerent alij, tum verbo, tum opere totaq; vita procul dubio commonefecit, sicut eodem capite vndecimo multis confirmatur.

De Ioannis operibus nobis non curandum.

XXXVII. Quod Ioannis doctrina sit nobis consideranda, de vita verò eius & moribus non adè curandum. Lutherus, Schmidelinus.

CONFUTATVS etiam hic error est, qui Euangelistarum proposito aduocatur, quando illi Ioannis vitam & exemplum tam accuratè describunt, non solum vt eius doctrinam intelligamus, sed vt eiusdem mores etiam atque virtutes, veluti lucernam quandam ardentem longèq; splendens in Dei domo intueamur, seduloq; imitemur: neque minus operibus, quàm fide, tum patris Abrahamæ filij, tum Ioannis perfecti in fide & veritate Doctores discipuli pro nostra virili esse studeamus. Qua de re caput vndecimum in fine pluribus differit.

Ioannis exemplum non scriuit monachis.

XXXVIII. Ioannes vt personali vocationi obsequeretur, secessit in desertum, & ibi in desertis urbibus habitauit, vitamq; non solum à civili consuetudine alienam, sed & longè omnium asperrimam transiit. Sed hoc exemplum trahendum non est ad monasticam vitam. Brentius, Bucerus, Centuriatores.

QUEMADMODVM Ioannis victus ac vestitus, totiusq; vitæ eius disciplina in cremo peculiaris, licet mandatum Dei non haberet, tamen ob personalem, vt vocant, vocationem ac diuini spiritus afflatum, qui huc illum impellebat, laudari ac defendi meretur: ita certè ob eandem causam reprehendi non debet, sed commendatione dignum est institutum Antonij Hilarionis, Benedicti ac aliorum piorum, qui vitam sibi asperiores sine in solitudine, siue in monasterijs Spiritu sancto auctore delegerunt, & adhuc deligunt. Constat enim eiusmodi Ioanis velut discipulos esse, qui post illum omnibus ferè seculis vitam vel eremiticam, vel monasticam consecratur, ritèq; transigere student. Vnde Patres Ioannem, sicut diximus, monachorum ducem ac principem, eremitarumque principium vocant. Ea de re plura secundo capite ac iterum vndecimo leguntur.

De schola discipulorum Ioannis.

XXXIX. Quod Ioannes more Prophetarum penes se aluerit scholam, tanquam seminarium Doctorum veræ Ecclesiæ, quodq; discipuli eius inuenerint Euangelij propagationem. Centuriatores.

DE SCHOLA Ioannis & Prophetarum longè alia est ratio, quàm somniant nouatores, qui suas scholas, non dicam quales, monasterijs etiam optimè cõsilijs, superbe antepouunt. Habuit Ioannes vtique discipulos, non ad tractandas quidem artes & literas, sed ad iunctiones & preces sapè multumq; exercitandas. Neq; constat, prædicationem Euangelij ab his discipulis propagatam esse: imò ex Euangelicis literis probant Chrysostomus, Hieronymus, Augustinus, eos ipsos Pharisæorum potius, quàm Christi fauissè partibus, rei autem Euangelicæ successum molestè tulissè, & contra Christum eiusq; discipulos murmurasse, demùm ex liuore quodam atq; ambitiosè itidem contendissè, vt hinc eos Christus hac sententia percuteret: Beatus qui non fuerit scandalizatus in me. Nec obscurè Scriptura prodit, eos de Messia dubitasse, & Spiritum sanctum ignorasse. Matth. II. Luc. 7. Ioan. 3. Act. 19.

Ioannem in docendi munere distinxerat alijs maiorem esse.

XL. Quod Christi testimonio inter natos mulierum maior Ioanne Baptista non surrexit, id propter officium seu ministerium Euangelicum, vel ob prophetandi euidentiam dici, nec ad vitæ sanctimoniam pertinere. Bullingerus, Bucerus, Caluinus, Centuriatores.

PROPOSITA Christi sententia non solum prophetiæ dignitatem, & in docendo præstantiam summam Ioanni astruit, verum etiam illius personæ sanctitatem & virtutum ampli-

amplitudinem, qua reliquis præstabat, secundum Patrum interpretationem ostendit. Vnde Ioannem vitæ innocentia & virtutis perfectione nemine minorem rectè cenferi, decimo capite probauimus.

XL I. Imperfectio vitæ Ioannis indicatur, cum ipse de Christo ita testatur: Cuius ego non sum dignus, vt soluam corrigiam calcementi. Centuriatores.

De imperfectio vitæ Ioannis.

HIS verbis maior quidem perfectio, quàm imperfectio viri sanctissimi designatur, qui eum talis ac tantus esset, sese infimum statuit, seq; maiorem in modum deiecit, velut ad ministerium Christo vilissimum exhibendum esset indignus. Quin & Angeli se ad Deo ministrandum indignos, quantumuis interim perfecti maneant, possunt pronunciare, si suæ quidem naturæ sine gratia cõsideratæ statum intueantur, seq; cum illo æterno bono & inexplicabili maiestate conferant, in cuius comparatione cuncta velut pro nihilo reputantur. Excussum etiam hoc est capite decimo.

XL II. In afflictionibus Ioannis (dum in carcere constitutus est) ostendi seriam iram Dei aduersus peccatū, dum hinc necesse habuit, crucem sustollere & affligi, atq; sic cogitare: O Domine Deus, si tu velles de me secundum iustitiam legis tuæ iudicare, non sufficeret hic carcer & squalor eius, sed necesse haberem conici in perpetuum carcerem inferni. Brentius.

Ioannem in carcere iram Dei & pœnis peccatorum suorum simuisse.

Hoc verò nihil est aliud, quàm innocentissimi sanctissimiq; viri, quem à peccatis purum Patres affirmant, vitam suspectam, & nescio quibus peccatis obnoxiam reddere. Is verò quum optimè sibi conscius esset, Herodis persecutionem, & carceris incommoda, ceterasq; afflictiones forti haud dubiè & constanti animo pertulit, atque ita vixit, vt moriturus opus non haberet vel Dei iram, vel meritas peccatorum pœnas extimescere. Multis autem exposuimus, quomodo Ioannes in carcere & sub mortem fuerit affectus, & quibus de causis viri sancti in hac vita citra noxam vexentur & affligantur.

XL III. Ioannem, quod ad cœlestè præmium attinet, nihilo plus accipere, quàm Zachæum, mulierem peccatricem, aut Lazarum. Georgius Maior, Sarcerius, & alij.

Ioannes nihil plus habet in cœlo præmij quàm peccatrix Euangelica.

INIQUA prorsus, & à verbo Dei aliena est isthæc comparatio: nec dubitare fas est, quin vir tantoperè à Christo ipso commendatus, alios minus innocentes ac iustos non solum in terris, sed etiam in cœlis antecellat. Quod autem sanctorum & merita & præmia sint prorsus inæqualia, quodq; Ioannes singularem obtineat gratiæ gloriæq; prærogatiuam, decimum caput satis explanat.

SED iam finis stulosculorum, quos exemplissimo campo, & immenso acervo à nouatoribus congesto decerpimus, multa interim alia prætermittentes, quæ illi de nostro Ioanne vt pessimè confinxerunt, sic etiam vanissimè simul & impudentissimè literis prodiderunt. Nunc summam indicabimus, quid Centuriatores, Euangelicæ scilicet historiæ fidi Scriptores, præter pleraq; iam antè citata, de hoc tam celebri viro, sanctissimoq; Propheta sparsim fabulentur. Vt autem proprijs illorum verbis, ne quid de meo videat assumere, vel rem mala fide narrare, aut, vt illi solent, in amplificatio & extenuando modum excedere. Sic igitur de illo narrant:

XL IIII. Ioannis parentes summa pietate ac diligentia tenellum etiam puerum erudierunt & exercuerunt, neq; mediocriter eius ingenio & profectū delectati sunt. Postea paulatim ad intelligenda vaticinia Prophetarum cum instruxerunt. Facile autem tantum ingenium, gubernatorem habens Spiritum sanctum, omnes alios coetaneos in studijs suis superauit, & admirationem sui peperit.

Quid præterea Centuriatores de Ioanne fabulantur.

Ritus Moysæ amauit, atq; doctiores enarratores sacrarum literarum procul dubio annis atq; iudicio confirmatus, attentè audiuit, ac genuinam verbi diuini sententiam scrutatus est. Familiaritatem habuit cum sanctissimis hominibus præter patres suos, Iosepho, Maria, ipsiq; Christo. Didicerat ex pijs parentibus, ex Maria & alijs pietati sinceriori deditis, sese præconem ac præcurso rem fore Messie. Deinde vbi in Prophetarum libris versari ipsemet potuit, sedulo plura est scrutatus: ac Spiritu sancto lucem præbente, res maximas solerti ingenio cõsiderauit. Reuelationes diuinas plures habuit, quàm prodite sint. Opinionem de iustitia operum acriter taxauit, iram Dei ac pœnas æternas Pharisæis propterea certò denunciatis. Arduas quæstiones, quales tum temporis plurima mouebantur, maxima dextere ac iudicij discernerebat. Certamina sustinuit maxima & acerrima. Sæpè enim cum Pharisæis & Sadducæis luctatus est, præsertim cum doctrinæ genus, quod profitebatur, videretur esse nouum & horridum: & nouam religionis formam extrueret, cum tamen Moysi non putaretur esse

Præproves Ioannis & studia. Familiaritas annis cum Iosepho, Maria & Christo puero.

Habuit Ioannes reuelationes. Quod Ioanni reuelauerit cum magistratibus Synagoga.

Quid loanni obenerit in aula Herodis.

Publicè discedit à Synagoga.

Quid loannes egerit in suo ministerio.

Ioannis persecutores.

Quæ loanni obicitur sint crimina.

Quam infensus hostis loannes habuerit apud Iudæos.

Centuriatores à Verbo Dei lacerari debent.

par. Offendebantur magnoperè omnes, decorem atq. splendorem veteris status ac tranquillitatem amantes, quòd omnia videretur demoliri, idq. sine expressa, ut putabant, vocatione. Nò exiguis habuit labores in aula Herodis, ubi regis tetrum factum acriter taxavit, & iram Dei annuncians, nisi ageret penitentiã. Id verò videbatur crimen lese maiestatis, labefactio existimatiõis regia, conatus seditiosi. Procul dubio & alia peccata, quæ in aula plerumq. vagantur, reprehendit: quæ res, sicut aliàs semper, ita hic quoq. admodum ingrata fuit. Erat egregius doctrinæ repurgator, quæ à Doctõribus Hierosolymitanis horribiliter obscurabatur & corrûpebatur. Deinde à templo Hierosolymitano & Synagogis Iudæorum palam & publicè discedebat, & in regionibus prope Iordanem positis, novos congressus, non quidem alligatos loco faciebat, re ipsa abrogans totum religionis statum à Moyse institutum: finiens umbras omnes in lege propositas, & inchoans novam religionis formam temporis Messie congruentem. Persecutores Ioannis acerrimi primi erant Pharisei, & qui ad clauum ecclesie Hierosolymitane sedebant. Colligebant aduersus illum hæc crimina tanquam atrocissima, quod ministerium docendi priuata temeritate, sine voluntate eorũ, quibus Ecclesia Dei erat commissã, usurparet: doctrinam nouam & alienam ab usitata atq. recepta in Synagogis traderet: mostraret Messiam talem, qui nihil regij præ se ferret, humilem tantum, pauperem & moriturũ: argueret summos Ecclesie gubernatores, quòd cælestem doctrinam ac veros Dei cultus scdè corrupissent, populumq. non rectè erudirent: adhiberet summam verborum acerbilitatem, & quasi excommunicationis fulmina in ipsos coniceret. Ità cæco furore pergebant in suis conciliabulis Ioannem Baptistam tanquam hæreticũ, & totius patriæ atq. auitæ religionis à Deo præscriptæ & confirmatæ turbatorẽ damnare. Nec deerat ipsis voluntas, sed facultas Ioannem trucidadi. Tantum igitur odio, criminatione & damnatione apud suos eum insectabantur, intenti tamen intereã in alias suas occasiones, quibus & vitam eius inuadere, & lætam pestiferum clamatorem, ut ipsi sibi persuaserant, è medio tollere possent. Congrediuntur igitur sæpè cum eo, atrociter exostulantes, cum sine peculiari mandato in hanc vocationem irrupuissent. Verum talibus responsis à Ioanne dimittuntur, ut audita veritate, & patet factis suis propriis erroribus, cum summo dedecore & conscientia læsa domum redire cogentur.

Hæc sit satis è multis, quæ missa nunc facimus, ex prima Centuria transcripsisse. Et quòd plura huius generis commenta eodem in opere conglomerantur, eò certius vident ac deprehendunt omnes, bis peccare grauitè Centuriatores. Primùm quidem, quòd quam ipsi legem cunctis præscribunt, eam vix minimo quidem digito attingere studeant, nequid videlicet verbo Dei temerè adiungant: ipsi autem historiis Evangelicis, quicquid libuerit, sine vllorimore apponunt atq. indecorè committent. Deinde verò, quòd contra officium historiographorum de Ioanne pleraque narrent, quæ nec vera sunt, nec verisimilia prudentibus videri possunt, & solum ex fallacibus merisque coniecturis frigidè hauriuntur, sed & studiosè in hunc finem confinguntur, si liberè dicendum est, ut Ioannes cum suo ministerio malè Catholicus, & quasi semihæreticus, aut falsò Evangelicus esse Doctõr imperitis saltem lectõribus videatur. Æquum autem erat sanè, meliore fide, maiorèque religione historiam non dico sacram, sed & Evangelicam tractari ab his, qui summam in hoc opere sinceritatem pollicentur, quique in iudicandis aliis autoribus, quantumuis verustis & receptis, supra modum rigidi & nasuti iniquique solent esse censores. Quam sunt demùm vana, quæ isti colligunt crimina, & à Iudæis magistratibus tanquam atrocissima fingunt obiecta esse Ioanni? Quando autem obiecta? opinor græcis, ut aiunt, calendis. Iam quæ de Ioannis pueritia & Herodis aula memorant, ex fabulis & nugis, ut alia pleraque, conflata sunt. Profectò tantum isti licentiæ sibi sumunt & vsurpant in sacra historia proponenda, quantum boni Poëtæ in scribendis huius argumenti Comœdiis & Tragœdiis vix sibi permitterent, aliisque permittendum putarent. Cur nos igitur in istis fabellis & fictis narrationibus reiiciendis diutiùs immoremur, & oleum, ut aiunt, operamque perdamus? Breuiter, tam facilè isthæc commenta refutantur à Catholicis, quam temerè ac leuiter ab istis verbi diuini prophana toribus ac ludicatoribus asseruntur.

CAPVT

CAPVT DECIMVM QVARTVM.

Refutatio illorum, quæ de sepultura, reliquiis, miraculis & inuocatione Ioannis Baptistæ à Magdeburgensibus obiciuntur.



IBVIT CENTVRIATORIBVS, SACRATISSIMVM PROPHE TAM IOANNEM non solum in his, quæ de illo diuina Scriptura prodidit, verum etiam in aliis, quæ ad illius laudem & gloriam in Ecclesiasticis extant historiis, indignè tractate, ac velut atro, vt iniquiunt, carbonem notare. Porrius verò illis desipiunt & sordent omnia, quæ de Ioanne post mortem præclare gesta, adeoque miraculis quibusdam diuinitus, ad illius honorem edita, vel à piis obseruata veteres annotarunt. Sed antequam istorum cauillationibus respondeamus, hoc obiter ex ^a Iosepho, ^b Eusebio, ^c Hieronymo & ^d Beda repetemus, Ioannem in arce Macherunte ab Herode Rege captum, & suafu Herodiadis capite obtruncatum fuisse. Tum ex ^e Marco constat, discipulos Ioannis post auditam crudelem magistri necem, illuc ad sepeliendum eius corpus accessisse. ^f Nicephorus corpus hoc sacrum ab illis cum veneratione solenni furtim sublatum, & in celebri quodam loco terræ mandatū esse confirmat. Et magno certè miraculo tribuendum est, quòd huius nefariæ cædis autores Herodes & Herodias adultera, incestaq. huius filia diuina vltione exagitati, sceleris poenas graues iustasq. persoluerint, quemadmodum idem Nicephorus ex Iosepho & aliis antiquioribus recitat. Sed & illud miraculi loco æstimari potest, quod sacra Ioannis ossa mirabiliter semper custodierit Deus, primùm quidem apud Sebasten Palestinæ ciuitatem, vt etiam meminit Hieronymus, deinde apud Hierosolymam: vnde porrò Alexandriam per Iulianum Diaconum in magno Athanasio missa, & apud Theophilum eiusdem postea successorem asseruata fuerunt, sicut & Rufinus Theophili familiaris affirmat. Rursus quis non miraculo tribuat, quod sub apostata Iuliano, sænientibus in sacras aedes paganis, cum ossa veneranda igni tradi, & cineres Ioanis dispergi iuberentur, per quosdam pios viros reliquiæ sanctæ conseruata, & in Alexandriæ Ecclesiæ sacrariorum reconditæ manserint? Accessit postea senior Theodosius, cui hoc præclarum depositum videtur diuinitus reseruatum fuisse, vt qui peculiari honore Ioannem semper est profecutus, & ad eius memoriam laudemq. templum in loco qui Hebdomum dicitur, & amplissimum, & pulcherrimum, vt Sozomenus notauit, iuxta Constantinopolim ædificauit. Cui rei causam præbuit caput Ioannis Baptistæ, omne precium superans, vt Nicephorus inquit, quod à Hierosolymis in Ciliciam translatum, & à Macedonianis ad tempus sub Valente asseruatum, Theodosio tandem felicissimè cessit. Hinc testatur Prosper, quem sequitur & Sigebertus: Theodosius venerabile Ioannis Baptistæ caput ex vico Costai Constantiopolim deportans, septimo ab vrbe lapide, in basilica quam magno tumtu in eius honorem exerarat, recondidit. Prætermitto miraculum, quod à Sozomeno narratur accidisse Valenti, qui Arianus Imperator fuit, & sacrum hoc caput Constantinopolim transferre, diuino nutu impeditus, minimè potuit. Nec dicam de Palladio, qui fuit æqualis Hieronymi, palamq. testatur, ad Ioannis reliquias paralyticum, & eum energumenum, sanitati pristinæ restitutum fuisse. Omitto id genus reliqua, quæ apud ^g Theodoretum, ^h Gregorium Turonensem, ⁱ Adonem Treuirenses, ^k Simonem Meraphrasten & alios non contemnendos autores legimus miracula, quibus præcursorem suum post mortem Christus voluit cohonestare, & Ecclesiæ suæ passim illustriorem reddere.

a Li. 11. An. inquitatum Iudæic. cap. 10. b Ecclesi. hystor. lib. 1. cap. 11. c In 14. cap. Matth. d Homil. de decollat. Ioannis. e In 14. cap. Matth. f Marc. 6. g Eccl. hyst. lib. 1. ca. 19. h Ibid. ca. 20. i In Epitaphio Paula. Lib. 2. sua hystor. cap. 21. k Lib. 7. hyst. Ecclesiast. cap. 21. l Lib. 12. cap. 49. m In Chronici. n Vbi supra. o In Lantuaica hystoria. p In hystoria sanctorum Patriũ. q Lib. in glo. riam mart. cap. 2. s In Chronici. t De exportat. precio. samann.

Thid. ca. 20. In Epitaphio Paula. Lib. 2. sua hystor. cap. 21.

Lib. 7. hyst. Ecclesiast. cap. 21. Lib. 12. cap. 49.

In Chronici.

Vbi supra.

In Lantuaica hystoria.

In hystoria sanctorum Patriũ.

Lib. in glo. riam mart. cap. 2.

In Chronici.

De exportat. precio. samann.

Cent. 1. li. 2. ca. 1. pag. 18.

CATERVM hanc Ioanni gloriam inuident Centuriatores, qui tam illustria veterum testimonia, cæteraq. miracula, quibus Ioannem nobis commendat Deus, vel dissimulant prorsus, vt ne attingant quidẽ, vel de illis ita contemtim loquuntur, vt nonnunquam ea penitus damnent, ac pro superstitionis quibusdã nugis velint existimari. Quod vt illorum verbis fiat euidentius, è Centuriis quædam huc repetemus, simulq. in lectoris gratiam expendemus, vt rectius de istorum ingenio & fraude iudicetur. Scribunt igitur in hunc modum: Hieronymus in Epitaphio Paula matris ait, sepulchrum Baptistæ Sebasten,

Nonnulla nota in digni circa corpus Ioannis Baptistæ mortuum.

Theodosius Ioannem singulari est honore profecutus.

Centuriatores quomodo tractent historiam de Ioannis de sancti miraculis.

quæ olim Samaria dicta fuit, extitisse. An verò discipulis tam procul, nempe Macherunte Samariam vsq; vbi & Jordanis fuit transeundus, & aliquot porrò miliaria, licuerit exuias Ioannis portare, Herodiade adhuc fremente, & Herode populum metuente, ob recens interemtum tam præstantem Prophetam, prudens lector iudicet. Vbi rectè quidem ex Hieronymo cõfirmant, Baptistæ sepulchrum Sebastæ fuisse, sed fraudem subolet, quod statim in dubium reuocare conantur, an vera sit isthæc Hieronymi sententia. Adferunt enim suam coniecturam, eamq; frigidâ fatiis, qua lectori persuadere student, probabilius esse, contra id quod scripsit Hieronymus, Ioannis beatum corpus à discipulis tam procul non deportatum, ac neque Sebastæ quidem cõditum videri. Qua ratione an isti quæso totam narrationem de Ioannis apud Sebasten sepultura suspectâ non faciunt? cui ramen tam præclara miracula, quæ postea recensibimus, Hieronymus annectit. Neque possunt interim diffiteri, non solum Hieronymum, verum etiam Theodoretum, b Rufinum, c Bedam, d Isidorum, e Adonem, f Theophylactum aliosq; plures authores de hac Baptiste sepultura disertè testari. Quam verò sit vanum ac stiuolum istorum studium in Hieronymo oppugnando, vel inde perspici potest, quod is non dixerit, Ioannis corpus à discipulis Sebasten deportatum, primumque sepultum fuisse (etsi hoc fieri potuisse non sit improbabile, præsertim si corpus furtim sublaturum, vt auctor est Nicephorus, in celebri loco recondendum curârunt:) sed hoc solum affirmat, apud Sebasten, quæ in honorem Augustiab Herode Græco sermone σεβαστή, hoc est, Augusta est nominata, sit os esse Prophas Elizæum, Abdiam & quo maior inter natos mulierum non fuit, Ioannem Baptistam. Atque vt de hoc Hieronymi testimonio minus dubitemus, pluribus aliis in locis eandem de Ioannis sepulchro veritatem idem ipse comprobat euidenter. Nam in Michæam scribens: Erat, inquit, Samaria in montibus sita, vbi nunc Sebaste est, in qua & Ioannis Baptistæ ossa sunt cõdita. Et Abdiam explanans: Sepulchrum eius, inquit, vsq; hodie cum mauolæo Elisæi Prophetæ & Baptistæ Ioannis in Sebaste venerationi habetur, quæ olim Samaria dicebatur. Tum in epistola, quæ Marcellam ad petendam Palestinam inuitat, Ioannis Baptistæ cineres nō solum eo tempore in Samaria cõseruatos, sed etiam à fidelibus adoratos fuisse monstrat. Vt hinc etiam liquidò pateat, locum qui sacra Ioannis ossa tenebat, apud Sebasten ætate Hieronymi celebrè, & Christianis eò aduentantibus venerationi fuisse. Quæ causâ fortasse Paulam Romanam impulit, vt libentiùs illuc accederet, simulq; miracula, quæ illic Deus maxima ostendebat, vt postea dicemus, oculis intueretur. Pergunt autem prioribus hæc quoque subiicere: Narrat Socrates libro secundo capite vigesimo octauo (vbi pro Socrate Rufinum citare debebant) & Theodoretus libro tertio capite sexto: Paganos tempore Iuliani, Ioannis sepulchrum furiosè aperuisse, ossaq; dispersa, postea recollecta cremasse, ac cinerem latè dispersisse: quædam tamen à nonnullis lecta, & Alexandriam Athanasio transmissa esse. Addit & Sozomenus libro septimo, capite vigesimo primo, quædam prodigiosa de capitis Ioannis inuentione, & translatione per Imperatorem Valentem Constantinopolim. Flabctur & in Cypriani operibus quidam de inuentione capitis liber, sed quem nemo sanus Cypriano tribuerit. Cum autem ista omnia superstitionem sapiant, relinquamus ea, præsertim cum Euangelistæ Spiritu sancto procul dubio gubernati, ne locum quidem indicare voluerint vbi Baptista terre sit mandatus, quasi obuiam ituri superstitioni, quæ postea in Ecclesiam Christi irrupit.

Centuriatores in dubium vocant sepulturâ Ioannis contra veterem fidem.

Hieronymus cõfiteri affirmat de sepultura Ioannis.

Quid sentiant Centuriatores de Ioannis reliquiis.

Centuriatores fidem abrogare student historiis de Baptista reliquiis sacris.

Hæc illi ad omnem venerandæ antiquitatis fidem & auctoritatem eleuandam, planèq; opprimendam audent depromere, huc maximè contententes, nihil vt præclari de sepultura, reliquiis, miraculisq; Ioannis totus orbis aut credat, aut cogitet. Quare tam petulanter illis obrectant authoribus, qui de his rebus præclara restantur, & ingrati homines non verentur eos vanitatis insimulare, quos vident & verustiores, & probatiores rerum in Ecclesia gestarum esse scriptores: quorum præterea fide ac opera in suis Centuriis ipsi frequenter vtuntur, ac velint nolint, vt i sæpè coguntur. Multò autem est id impudentius, quod ad horrendum superstitionis crimen ea torquent loca, quæ graues piique scriptores de rebus Ioannis post mortem gestis bona fide, nec minus vtiliter ac piè tradiderunt, & de quibus nullam illis tot seculis controuersiam mouit quisquam, cum apud omnes bonos in confessio semper fuerit, hæc aliâq; id genus miranda,

a Eccle. hist. 1. lib. 3. cap. 6. b Lib. 2. sua hist. ca. 23. c Homil. de decollat. Io. an. Bapt. d L. de P. tribus vni T. flami. e In Marty. rologio 4. Cal. Sept. f In 14. Matth. g Eccle. hist. 1. lib. 3. cap. 19. h In 1. cap. Msch. In 1. cap. Abdia. Tom. 1. qua inerpit. M. suram charitatati.

Centur. 1. lib. 1. cap. 12. pag. 12.

Cent. 4. cap. 4. pag. 502.

Eccle. hist. 1. lib. 3. ca. 23.

Sermo. de Nazario et Celso.

Denatiuit. 7. Machab. homil. 7.

randâ, quæ per Sanctos suos Deus plurimis in locis operatur, ad ædificationem Ecclesiæ, multorumque consolationem pertinere. Verum enim uero, quoniam isti cum Sanctorum hostibus apertè conspirant, & totius Ecclesiæ calculo damnatum hæresiarcham Vigilantium non modò laudare, sed etiam ab inferis quodammodo in vitam reuocare contendunt, cultumque omnem, qui Sanctis in Ecclesia solet exhiberi, abrogatum cupiunt, non possunt non respicere naufragandi, quicquid apud veteres de nostro Baptista legitur, quod ad illum quidem piè colendum honorandumq; momenti aliquid adferre videatur. Nam Ecclesiæ odio impediti aut nequunt, aut nolunt intelligere, ad diuini nominis gloriam illustrandam, & ad Christianæ vocationis gratiam in nobis augendam illud quoq; conferre, cum Deus in Sanctis suis peculiariter honoratur à nobis, ac gloriosus & mirabilis in amicis illis lectissimis vbi que gentium prædicatur. Sed ad ipsam rem propius.

Nihil hinc digladiabimur de tractatu, qui inter opera Cypriani de inuentione capitis Ioannis Baptistæ, passim circumferrur. Cuiuscunque tandem sit authoris ille liber, minimè quidem nouus est, & cum aliis indubitata fidei authoribus in eo consentit, tanti Prophetæ reliquias, quæ semper in Ecclesia summo in honore habitæ sunt, ex Sebaste Alexandriæ translatas fuisse, sicut ex Rufino & Theodoro ipsi quoq; aduersarij probari possent animaduertentur. Nihil autem prodigiosum in eo est, vt ipsi volunt, quod Sozomenus retulit de capitis Ioannis inuentione simul & translatione, quæ vel inuitis istis miraculum exhibuit sepe. Illud planè falsum est, quod subiungunt, apud Sozomenum legi de huius capitis translatione, quæ per Imperatorem Valentem Constantinopolim facta sit. Memorat ille quidem, Valentem iussisse, vt repertum hoc caput, quod Herodias ab Herode tetracha petierat, Constantinopolim transferretur: adiungit autem eum mutasse postea sententiam, & caput idem in Cosilai pago deposuisse, cum agnosceret rem non sine miraculo ac numine diuino geri, vt multi vehiculum trahentes, quantum uis flagris incitarentur, ita illic substerint, vt impelli moueriq; non potuerint ad progressionem. Igitur, vt & antè diximus, quod Valens efficere nō potuit, seniori Theodosio concessit Deus, vt is thecam, in qua venerandum iacebat caput, purpura inuolutam acciperet, ac reuersus ante urbem Constantinopolitanam cõderet in loco, quem Hebdomon vocant, vbi templum amplissimum pulcherrimumq; ædificauit, de quo postea locus erit iterum disserendi.

Nunquam verò isti, quamuis arguti & solertes sibi videantur, prudentibus persuadebunt, superstitionis notam in eos cadere, qui de Ioannis reliquiis & miraculis aliquid memoriæ prodiderunt, vel nunc etiam præclare sentiunt. Oblatrent hinc Ecclesiæ veteres nouique Vigilantiani, quantum libuerit: expedita est & præclara hæc Ambrosij responsio: Si dicas mihi, quid honoras in carnem resoluta atque consumpta, de qua nulla iam Deo cura est? honoro in carne Martyris exceptas pro Christi nomine cicatrices: honoro viuentis memoriam perennitate virtutis: honoro in cineribus semina æternitatis: honoro corpus, quod mihi Dominum meum ostendit diligere, quod me propter Dominum mortem docuit non timere. Cur autem non honorent corpus illud fideles, quod reuerentur & dæmones, quod & affixerunt in supplicio, sed glorificant in sepulchro? Honoro itaque corpus, quod Christus honorauit in gladio, quod cum Christo regnabit in celo. An verò idem sensus, eademq; doctrina non fuit Chrysostomi, cum tam disertè diceret: Non attendas cinerem Sanctorum corporum, nec fauillam reliquiarum carnis, omniaq; ossa consumpta temporibus: sed aperi oculos fidei, & vide hos diuina virtute & gratia Spiritus sancti amictos, & diuini numinis claritate radiantem. Eadem planè & nostra, imò & Ecclesiæ, est confessio, quæ ritè perpensa, summam istorum arguit impudentiam. Etenim non secus quàm si Christiana fide nunquam initiati essent, de Sanctorum reliquiis nihil præclari credunt, impieq; loquuntur, & omnem earum venerationem superstitionem interpretantur: cum alioqui partim fides nostra in vnum Deum, partim spes nostræ in carne resuscitationis hinc plurimum corroboretur. Faceat igitur terra & Christianis hominibus semper indigna superstitio, quam

Fides historiis de Ioannis reliquiis non pendet ex tractatu, qui tribuitur Cypriano.

De translatione capitis Ioannis miraculosa.

Falsò Centuriatores referunt ad superstitionem, quæ de Ioannis reliquiis scribitur & legitur.

Quomodo reliquie Sanctorum in Ecclesia honorantur & reuerentur & sententia.

Veteres aperte confirmat usum Ecclesiæ Sanctorum & eorum reliquias honorantia.

quam istifrustra metuunt in adductis modò scriptoribus, & non sine summa iniuria in Christi sponsam Ecclesiam audent transfundere. Verùm non est huius loci, de Sanctorum reliquiis & cultu ex instituto tractare, quod multi quidem cum laude præstiterunt, illudque conuicerunt, citrà omnem diuini cultus & honoris iniuriam, Sanctos ab Ecclesia conuenienter coli atque honorari. Quare docent^a Basilius, ^b Chrysostomus & ^c Augustinus: meminerunt etiam ^d Cyrillus Hierosolymitanus & ^e Gregorius Nazianzenus: præcipuè verò in hoc cõsiliis genere decerrauit & de hoste Vigilantio, istorum omnium principe atque patrono triumphauit ^f Hieronymus. Quid verò aduersarij sua tergiuersatione aliud demùm efficiunt & assequuntur, nisi quod non solùm Vigilantianis, sed & Arianis impiis egregiè sese conforment, quos olim in odium Catholicorum constat de Sanctorum honoribus palàm detraxisse, & eorum quoque miraculis nequiter inuidisse? Ac de Arianis quidem sic ab ^g Ambrosio traditur: Ariani, inquit, negant Martyrum merita, quorum opera etiam dæmones confitentur. Sed hoc non mirum, si quidem tanta est incredulorum perfidia, vt tolerabilior sit diaboli confessio.] Et paulò post: Ariani dicunt: Non sunt isti Martyres, nec torquere diabolus possunt, nec alique liberare: cum tormenta dæmonum ipsorum voce probentur, & beneficia Martyrum, remediis cœcorum & absolutorum iudiciis declarentur.] Aliibi verò idem Catholicos ita compellat: Cognouistis, imò vidistis ipsi multos à dæmoniis purgatos, plurimos etiam, vbi vestem Sanctorum manibus contigerunt, quibus laborabant, debilitatibus absolutos: reparata verusti temporis miracula, quo se per aduentum Domini Iesu gratia in terris maior infuderat, vmbra quadam Sanctorum corporum plerosque sanatos cernitis.] Et paulò post: Gratias tibi Domine Iesu, quòd tales nobis sanctorum Martyrum spiritus excitasti, hoc potissimum tempore, quo Ecclesia tua præsidia maiora desiderat.]

AN VERÒ frigida & ridicula coniectura non est, quod postremò adferunt, Euangelistas de loco sepulturæ Ioannis propterea nihil indicasse, vt obuiam irent superstitioni, quam postea dicunt in Ecclesiam irrupisse? Abutuntur hinc etiam nomine superstitionis, quod ad Sanctorum cultum tot seculis receptum & probatum in Ecclesia sceleratè detorquent: ac se propemodum solos cum Vigilantianis videri postulant religiosos. Certè quod ad Euangelistas attinet, qui multa breuiter attingunt magis quàm explicant, ab eorum consilio & mente fuit hoc prorsus alienum, vt suo silentio Ecclesiam coarguerent, & Vigilantianos defenderent, vt que communem Patrum sententiam, atque Christiani populi pietatem, quæ in Sanctorum cultu tot seculis exercetur, tanquam supersticiosam condemnarent. Nam de priuatis hominum vitiis, & prauis quorundam affectibus, qui non solùm in Sanctorum, sed in diuino etiam cultu facillè peccant, nullus nunc sermo est: adeoque stultum sit eos vel excusare, vel defendere, qui re bona contra Ecclesiæ institutum vtuntur malè; quiue ad Dei iniuriam, vel ad sui perniciem Catholicæ pietatis studium ritusque conuertunt. Aliud est nimirum quod docet, aliud quod inuita sustinet Ecclesia: quemadmodum aliud disciplina Christianorum, aliud verò infirmorum error est.

SED malè istos habet, cum de Sanctis aliis, tum de Ioanne Baptista, quædam miracula prædicari. At iustè quidem hinc offendi nemo queat, qui rectè cogitat secùm, ita summo Deo visum esse, vt Sanctos suos non solùm in hac vita, sed post mortem etiam sæpè cohonestet, miraculisque eosdem sibi gratos ac moralibus vtiles esse cõmonstret: miraculis, inquam, quæ per illos ad nostram vtilitatem efficit, etsi mundus nulla vel ratione, vel sapientia, tam stupenda Dei opera perfecte cõsequi possit. Manet interim immotum & fixum, quod ab Augustino præclare scriptum est: Faciunt ista miracula Martyres, vel potius Deus, vel orantibus, vel cooperantibus eis, vt fides illa proficiat, qua eos non Deos esse nostros, sed vnum Deum nobiscum habere credamus.] An verò huiusmodi miraculorum in sacris literis nulla prorsus sit mentio? Nota est de Propheta Elisæo historia, qui verè, vt Syrach testatur, in morte mirabilia est operatus. Vbi quippè corpus eius in terra conditum iacebat, alius quidam defunctus in eodem sepulchro positus, ex sacri corporis eius contactu vim tantam persensit, vt è vestigio mortem cum

Ariani quosq; sanctos eorum miraculis olim conuixerunt.

De Martyrum reliquiis & miraculis.

Cur Euangelista tacuerint de sepultura Ioannis.

Abusus quoru. de non debet esse: aut, si verum Sanctorum cultus damnatur. Sed aboleatur.

Ob Sanctorum miracula nulli debet offendi, licet ea non intelligantur.

Scriptura prædicat miracula Sanctorum.

a Homil. in sanctos 40. Martyrum in Maman. rem b Homil. in Babylam mar. l. 6. in Inuentione et Maximi, & ad pop. Antiochen. Hom. 66. et alias passim.

c De ciuitate Dei lib. 22. cap. 8. et 23. Item de cura pro mortuis cap. 15. 16. et 17. et cõtra Euangel. l. 20. ca. 23.

d Epist. 89. d Catechesi mystag. c Orat. 19. quæ est in Cypriani, et 23. in d. r. b. in q. sum. Item mon. dia in Basilicam.

e Lib. aduersus Vigilantios, et b. post. ad Riparium. g Ser. 91. de inuentione Germani & Prothasii.

Lib. 22. de creat. Dei cap. 10.

Eccell. 41. 4. Reg. 13.

vita

vita commutaret, & è sepulchro viuus sanusque prodierit. Quare sic etiam scribit Cyrillus Hierosolymitanus: Elisæus excitat post mortem in sepulchro mortuum corpus, vt demonstraretur, quòd absente etiam anima, inest virtus quædam corporibus Sanctorum.] Et Epiphanius refert de Propheta Hieremia, quòd per illum, quamuis defunctum, iuuerit Deus Ægyptiacos, idq; multis & præclaris experimentis ad suam vsq; ætatem esse compertum. Memorat & Ezechielem Prophetam, in edendis miraculis post mortè in terra Sphyriorum, vbi sepultus iacet, claruisse. Multiq; inquit, ad monumētum eius confluunt ad precationem & obsequium.] Testatur etiam de sepulchro Elisæi Prophetæ, quòd insigni miraculo Deus cohonestaret, illudque ad suam vsque tempus durasse confirmat.

SOLVS igitur non modò Propheta, sed plus quàm Propheta Ioannes inglorius erit? Mors eius in conspectu Domini non preciosa: sepultura eius non memorabilis, sed neglecta & semper abiecta iacebit? Et corpus illud, cum viueret, spiritui expeditè subiectum, virtuti semper deditum, nullo dignum honore apparebit? Deniq; ossa tam electi organi, in quo Christi gratia inde ab vtero matris cumulatè regnabat, ad nullorū mortalium commodum diuina virtute cohonestata fuisse credemus? Ex Scriptura diuina ^a probat Chrysostomus, ^b Prophetam Dauidem secundum carnem mortuum, in spiritu verè vixisse, adeoque merita eius vixisse, vt regi Ezechia & ciuitati regia opem præsentem attulerit, id quod sine miraculo fieri certè nõ potuit. Omitto quod de Propheta Hieremia ^c legimus, & Origenes ^d annotauit, post mortè eum pro ciuitate sancta, proque Dei populo multum intercessisse, cuius preces quis arbitretur inanes prorsus fuisse? Quod si plerisq; aliis in veteri Testamento mirabiliter adfuit, & propter illos libenter multis pepercit, neque pauca beneficia tribuit Deus, an soli fortè Ioanni hæc gratiam negatam esse putabimus? Quis verò prudens & pius de summa illa Dei bonitate non meliora cogitet, neq; plura & potiora Ecclesia, quàm olim Synagoga per Sanctos collata fuisse interpretetur? Permultum apud Deum valuerunt olim sanctissimi viri ^e Noè, ^f Abraham, ^g Moyses, ^h Samuel, ⁱ Hieremias, vt diuinis testimoniis est traditum. Quantum igitur ille modò valebit, ille inquam, Prophetarum maximus, Martyrum innocentissimus, inter virgines castissimus, doctorum nulli secundus, in quo vno laudando Angelicæ, Propheticæ & Apostolicæ voces cum ipsa Christi Domini prædicatione diuina tam mirificè accurateq; consentiunt? Quòd si quisquam alius, certè Ioannes, vt credere par est, tum in vita, tum post mortem corporis, amplissima Dei benedictione cumulatus, & voluit, & potuit de mortalibus benè mereri. Et sanè diuinâ bonitatem decebat, vt tam puræ animæ, tam sacri corporis, tam fidi & singularis amici, & ministri primarij, qui velut lucifer solem antecessit, rationem duceret singularem. Per illum profectò vim gratiamq; suam libenter exerit Deus, per illum ad consolationem opemque multis liberaliter impartiendum est propensissimus: per illum plura & maiora dona quàm cogitatione assequi possumus, tribuit semper, tribuetq; in Ecclesia sua piè flagitantibus. Negent hoc quamdiu velint, impij: veritatem autem ipsam boni non solùm affirmant, sed & variis in locis atque temporibus re ipsa sentiunt, quin & dæmones vel inuiti coactiq; confitentur, & Ecclesia non vulgaribus edocta miraculis, per homines fide dignos ad Christi ac ipsorum gloriam prædicat.

AT QVA hinc pertinent, quæ scribit Hieronymus, non alia quàm suo tempore cõperta, & orbi nota proponens exempla, quæ Paula illa Romana, nobilissima simulque sanctissima vidua, cuius & antea meminimus, suis ipsa conspexit oculis, piisq; lachrymis profecura est in illa Sebaste Palestinæ ciuitate, cuius toties fecimus mentionem. Exibat illic monumētum, in quo nuàm cum Ioanne Baptista sancti Prophetæ Elisæus & Abdias conditi asseruabantur, cui cum Paula coràm adesset, intremuit tot consternata mirabilibus, quæ per Sanctos illos diuina virtus potenter indes operabatur. Cernebat enim, vt Hieronymi verbis vtar, variis dæmones mugire cruciatibus, & ante sepulchra Sanctorum, vlulare homines more luporum, vocibus latrare canum, fremere leonum, sibilare serpentum, mugire taurorum, alios rotare caput, & post tergum terram vertice tangere, suspensisque pede foeminis vestes defluere in faciem. Quocircà (Paula) omnium

Cateches. 18. ad illuminatos. Lib. de Vita & meritis Prophetarum. ibidem.

Psal. 115. Esai. 11.

a Esai. 37. et 4. Reg. 19. b Homil. 2. in Psal. 50. c serm. 35. de Vita & virtutibus. c 2. Machab. 15. d Hom. 3. in sanctis.

e Eccell. 44. f Genes. 19. et 26. g Exod. 23. Num. 12. h 1. Reg. 8. i 2. Machab. 15.

In epistola Paulæ.

Miracula Ioannis quosq; conuenienter tribuit.

Miracula Ioannis ab Hieronymo prædicata.

præsidii dati sunt: Martyres obsecrâdi, quorum videmur nobis quoddam corporis pi- gnore patrociniū vendicare. Possunt pro peccatis nostris rogare, qui proprio sangui- ne, etiamsi quæ habuerunt peccata, lauerūt. Isti enim sunt sancti Dei Martyres, nostri præfules & speculatores vitæ actuumq; nostrorum. Non erubescamus eos intercessio- res nostræ infirmitatis adhibere.

Centuriatores ad præstigiā dæmonum per- ueris referunt cultum & mi- racula Ioannis.

AD VNT porro isti calumniatores, si quid tale accidit, quale nimirum superiores historici de Theodosio & Ioanne narrant, peruersè huiusmodi præstigijs ad confir- mandam mortuorum inuocationem & venerationem, oculis hominum à diabolo ef- fectus offusas. Quam porro istos nihil pudet, de re graui non modò leuiter, sed & impiè lo- qui, qui cum probationibus firmis destituuntur, nunquam non ad calumnias sese con- uertunt, adeoq; ad totam Dei Ecclesiam atrociter accusandam atq; damnandam pro- filiant, tantum vt qualicunq; ratione veritatem eludere, ac nouo dogmati fidè apud suos astruere possint. Verum cordatus & prudens lector facile intelliget, non ob dæ- monum præstigijs totam antiquitatem in Sanctorum cultum & inuocationem mira- biliter conspirare, sed dæmonum potiùs stimulis & facibus istos agitari ministros, qui sanctos tantum mortuos Ethnicò more vocant, eosq; non secus ac olim fecit scelerata apostata Iulianus, à tota Ecclesia superstitiosè coli & inuocari, petulantissimè calū- niantur. Quod si Scripturæ phrasim & veritatis doctrinam sequimur, iusti etsi coram oculis insipientium mori videantur, in perpetuum viuunt: & non est mortuorum, sed uiuentium Deus. An illi alio quàm uiuorum nomine censendi sunt, qui mortalis no- stræ conditionis expertes, & omni huius vitæ miseria prorsus liberati, secundum animam vitam beatissimam viuunt, & vnus planè idemq; cum Deo spiritus effecti, in illa perfecta cœlestiq; vita nos de sublimi spectant, amoreq; perpetuo profecuantur, pro nobis etiam communem Dominum deprecantur, multaq; Dei dona precando nobis impetrant? vt re ipsa demonstrent, se fidos mortalium apud Deū agere intercessores? Hos igitur fidenter colimus, & cum tota Ecclesia inuocamus, vt sicuti Augustinus do- cet, meritis eorum confociemur atq; orationibus adiuuemur. Quos idcirco singulari- bus honoribus prosequimur, quoniā totius humani generis patroni sunt, ac Deo cau- sa nostra supplicat: ideoq; in illorum nomine templa extruimus, dona offerimus, co- rum memoriam colimus, atq; in ea spiritualiter oblectamur, statuas etiam eis ac visi- biles imagines erigimus, ac demum virtutibus eorum imitandis consequimur, vt viuæ ipsorum statuæ ac imagines efficiamur. Ita enim nos docuit grauis & probatus Theo- logus Damascenus, qui præterea inter Sanctos primas quidem, vt par est, Deiparæ, sed huic proximum locum Ioanni nostro tribuit. Is enim Propheta & plusquam Propheta, quo maior & præstantior inter natos mulierum nemo surrexit. Is vnus præ- cursor simul & Baptista Christi sanctissimus: homo verè missus à Deo, verè Martyr in- uictus ob iustitiam gladio cæsus Herodiano, primusq; præco regni cœlorum, & perfe- ctus magister pœnitentiæ, toti orbi præluxit.

Ioannem Bapt. pro sanctis alijs honorari.

Proprium dæ- monum est pig- nore contri- san- ctos, & eorum honorem atque miracula.

Centuriatores Theodosium fa- ciunt idololatri- eum.

VALEANT igitur stolidi subsannatores, qui ad eliminandā Sanctorum inuocationē, ac venerationē has præstigijs vulgi oculis offundūt, quas malus ille Spiritus sine dubio primus excogitauit. Proprium enim hoc dæmonū esse solet, quomodò cum Christo capite, sic etiam cum potioribus eius membris depugnare, eorumque reliquias odio persequi & aduersari, neque rarò apud sepulchra Sanctorum sua tormenta consisteri. At enim qui aut negant, aut spernunt Sanctorum miracula, nihil certè noui faciunt, sed cum prophanis Ethnicis, & horrendæ impietatis ducibus Porphyrio & Eunomio nefariè conspirant. Etenim confingebant quondam & illi, quæ circa sanctos admiranda visebantur, dæmonum esse præstigijs, & non verè clamare dæmones, sed sua simu- lare tormenta, vt Hieronymus docet. Tùm scribit peruetustus ille Iustinus, à sancto- rum Martyrum corporibus & sepulchris abhorrere gentiles, cum ea tamen, vt adiun- git, tueantur homines ab insidijs dæmonum, morbosque incurabiles curent. Quarè contemnendum est magis quàm refutandum, quod Magdeburgici tandem conclu- dunt, idololatricum, & tam pio Imperatore indignissimum esse, si credamus, ad ce- lebrandam Ioannis Baptistæ memoriā templum ab illo ædificatum esse, & tanquā sanctum

Et. com- Vigilantim circa sum- b. Quæst. ad Orthodoxos.

sanctum Martyrem inuocatum, ad victoriā à Deo impetrandam profuisse. Etenim ab omni suspitione idololatriæ immunis est Theodosius, verè pius idemque Catho- licus Imperator: qui etiamsi fecisset, vt haud dubiè fecit, quod Sozomenus & Nice- phorus de honorato & inuocato Ioanne illi tribuunt, nulla tamen idcirco reprehensi- one, sed eximia potiùs laude dignus videretur. Cur verò magis ille, quàm cæteri eius- dem ordinis, parisiq; pietatis Imperatores hac in parte profcinditur atque laceratur? Quod si cum præfenti Theodosio Constantinum Magnum conferre libeat, vtet qua- so antiquior? multis haud dubiè annis Constantinus præcessit, qui & colendæ, & pro- pagandæ religionis studio Reges & Principes Christianos ferè omnes superauit. Is verò sanctis Apostolis tum Romæ, tum Constantinopoli magnifica templa construxit, or- nauit, dotaui pro sua summa in sanctos reuerentia. Inter alia verò, Ioanni Baptistæ præstantem Basilicam, quæ Constantiniana dicta est, eo loco, vbi sacrum Baptisimum adeptus esse dicitur, & aliam in ciuitate Albeni, & tertiam Hostiæ iuxta portum vrbs Romæ eidem posuit & dedicauit, quemadmodum Beda testatur. Neque hoc fidei suæ argumentis officioq; contentus, honore tanto sanctos profecutus est, vt scribat Chry- sostomus, cum de alijs Græcis, tum de hoc maximè Imperatore, vt rectè quidam in- terpretantur, quod purpura indutus peregrè proficisceretur ad Apostolorum septul- chra complectenda, quodq; sine omni fastu sanctos rogauerit, & patrociniū eorum apud Deum quæserit. Cuius Constantini laudandū exemplum si quis omninò alius, certè Theodosius sibi imitandum putauit, tanto religionis zelo flagrans, vt omnia gentium simulachra iusserit dissipari, vtq; delictis antiquæ idololatriæ vestigijs, præfa- nas Deorum ædes, in aurea Christianorum templa vererit, sicut Rufinus notauit. Hinc factum est etiam, vt Serapis templum, quod apud Alexandriam toti orbi perce- lebre habebatur, non modò antiquæ spurcitiæ sordibus expurgandum, verum etiam in Ioannis Baptistæ Basilicam vendendum atq; consecrandum curarit, huc etiam tanti Prophetæ ossibus illatis, quem ille per omnem vitam summoperè venerabatur. Pater- nam verò hanc pietatem secutus est Arcadius eiusdem Theodosij filius, qui Petrum & Paulum Apostolos, vt meminit Antoninus Constantiensis, tanquam patronos ro- gare consueuerat, quique beati Samuelis ossa de Iudæa in Thraciā transtulit, vt Hiero- nymus docet: Huic Arcadio non cessit iunior Theodosius, quin eum pietatis laude vi- cit, non indignus profecto qui magni Theodosij nepos esset. Is eum Ioannis Christo- mi sacrū corpus ab exilio reclarum Constantinopolim inferebatur, magna illud religi- one & solenni pompa profecutus est, vultuq; & oculis in sancti loculum defixis non te- rantum, sed suos etiam parentes viri sancti precibus sollicitè cōmendauit, ac deinceps eundem suum patronum laudib. & hymnis celebrare non destitit, vt i author est Theo- doretus. Possim id genus clarissimos Principes, vt potè Iustinianum, Martianum, Ca- rolum Magnum, Ludouicos, Otthones, Henricos commemorare, tantisq; Heroibus dignum prorsus hæredem adiungere Carolū quintum, nostræ quidem ætatis & poten- tissimum Principem, & religiosissimum Imperatorem. Nam & ipse vt in sanctis hono- rãdis fuit perquam diligens, sic pietatis & gratitudinis ergò præclarū templū ad Bap- tistæ Ioannis honorē patriæ suæ (fuit quippè Gandauus) extruxit atq; locupletauit. Quæro igitur ex aduersariis, an eū his laudatissimis Imperij Principib. Theodosius vel sua dignitate, vel Christiana religione quicquam egit indignum, quod sanctos colere, & templum illis ædificare, illosq; intercessores apud Deum agnoscere, sibiq; adhibe- re studeret? Imò verò, vt semel dicam, immortalem illi vnâ cum Theodosio sibi glori- am pepererunt, quod hæc aliaque plura Catholice pietatis indicia dederint, & circa Sanctorum cultum orbi testarum fecerint, se magno consensu profiteri ac retinere fir- miter id, quod pium & Orthodoxum semper est habitum, quod à Patribus acceptum Ecclesiæ sanctiur authoritas, quod piorum consuetudo confirmat, quod Christianæ fidei sinceritatem, præstantiam virtutemq; comprobat, quod Deum ipsum in sanctis suis mirabilem & gloriosum ostendit, quod singulare præbet testimonium laudandæ humilitatis ac reuerentiæ tantis Christi amicis meritò deferendæ, quod multis mortali- bus vtilitati, consolationi & præsidio tot ætatibus fuit, quod contra insanos Hæreti- cos

Defenditur Theodosius à nota idolola- triæ.

Etiā Constanti- nus ante Theo- dosium in S. Io- anne colendo feditim.

Quantus fides zelus fuerit Theodosio imp.

Theodosij an- ti- pietate sequitur filium & nepos.

Carolus V. imp. Ioannem Bap- tistam soluit esse honorare.

Cur laudanda sit pietas veterū Principum in cultu Sanctorū.

Lib. de sexa- rati. m. d. d. Homel. 26. m. 7. ad Cor.

Cirill lib. contra Iul. anam ap- statam. Sapien. 2. Math. 22.

Contra Fa- stum Manich. Cur Sancti venerandi.

Epist. ad Ar- cadium.

Aduersus Vigilantiu.

Li. Ad. d. d. Orthodoxos.

Eccles. hist. li. 5. ca. 26.

eos pietatem Catholicam magis magisque confirmat, quod postremo ut piis commodat, sic impios terret, adeoque terros demones torquet atque fugat. Quid igitur? totius orbis tot desipuit seculis, & Nouatores tandem vel sapiunt soli, vel maxime pij ac religiosi censendi sunt? Vnde autem huiusmodi religionem didicerunt? nimirum a suis illis præclaris maioribus, Luthero, Vigilantio, Eustachio, Eunomio. Etenim ut illis olim, sic istis hodie libet in sanctis insectandis, eorumque cultu abrogando turbas cære, seditiosè vociferari, totumque Christianum orbem superstitionis crimine infamare, ac omnes tandem, qui secus sentiunt, & suum sanctis cultum, & probatos honores cù Ecclesia deferunt, ac deferri posse contendunt, velut idololatrias aspernari. Quanta verò istorum & cæcitas & impudentia, qui nihil omnino referre putant, fuerint in eadem fide, doctrina, consuetudine optimi Principes, grauiissimi Patres, œcumenicæ Synodi, variæ nationes, penes quas hæcenus Catholicum nomen fuit, quique legitimam Ecclesiæ possessionem tam multis seculis obtinuerunt? Ne verò pergant hæc nobis obstrepere, & ob quorundam abusus, qui etiam à rebus optimis sanctissimisque vix nunquam solent abesse, Catholicam pietatem more suo calumniantur, cum Augustino iterum hoc testatum volumus, nos ita de Sanctorum cultu agere, cultus ut ille, qui Græcè *λατρεία* dicitur, & est quædam propriè diuinitati debita seruitus, integrè maneat Deo, nec ad sanctos villo nunquam tempore transferatur: cum nec sancti, nec Angeli nunquam sibi velint exhiberi, quod vni Deo deberi norunt, nimirum ut illi patriæ cultu ab omnibus inferniatur. Alius igitur & inferior cultus est, quo sanctos non in hac misera & corruptibili vita pugnant, sed in vita felici & æterna victores colimus & honoramus, quosque non largitores, sed intercessores agnoscimus & veneramur. Verùm haud licet nobis, nec libet longius exspaciari, præsertim quòd plena sit exemplorū antiquitas, quibus causam hanc toties agitatam, & certis quæ hodieque per sanctos eduntur miraculis, illustratam confirmare possemus.

Ad Ioannem nostrum redeo, quem hæcenus à Theodosio rectè pieque honoratū esse monstrauimus, ac præterea Sozomenum atque Nicephorum à Magdeburgensium criminatione vindicauimus. Superest ut de Theodelinda Regina dicamus, quando illam quoque Magdeburgici ob singularem eius in Ioannem pietatem accusant, & his verbis aperte verberant: *In Modicia*, inquit, *Theodelinda Regina templum Ioannis Baptistæ pro se & omnibus Longobardis construxit, ut pro se apud Christum intercederet. Exinde Longobardi ceperunt Ioannem inuocare, ut videas stolidam mulierem, superstitionem Baptistæ culturam excogitasse.* His paucis verbis partim ineptè, partim malignè deprauant ea Centuriatores, quæ apud Paulum Diaconum (hæc enim te ducem sequi fatentur) ad verbum ita leguntur: Per idem quoque tempus Theodelinda Regina Basilicam Ioannis Baptistæ, quæ in Modicia cõstruxerat, qui locus supra Mediolanū tredecim milib. abest, dedicauit, multisque ornamentis auri argenti que decorauit, præsidiumque sufficere dotauit.

Hinc iam depromunt suam, quam dixi, narrationem Magdeburgici: atque ut habeant, quod mordeant, Reginam eandem audēt dicere stolidam mulierem, quæ Longobardis nouæ superstitionis in Ioanne Baptista inuocando dux fuerit & origo. Vtrumque verò falsum est, o vos Euangelici, qui Dei præceptum; Non dices falsum testimonium contra proximum tuum, toties tamque superbè violatis. Nam à stultitiæ ac superstitionis nota prorsus immunis est Theodelinda, & Longobardi propter illam ad superstitionem Baptistæ culturam non sunt inducti. Habent sanè Germani, & in primis Bauari, cur dictam Theodelindam studiosè ament ac prædicent, cum Germana ipsa fuerit, regis Boiariæ, quam nunc Bauariam dicimus, & Catholicam esse gaudemus, Garibaldi filia, vxor Antharij regis Longobardorum sanè opulenti, qui primus in Italiam Longobardos induxit. Accedit, quòd illa non modò Germano Principum Bauarorum sanguine nobilis, sed & pietate Christiana illustris atque præstans cum Gregorio Magno per id tempus Pontifice Romano, singularem sanctamque coluit amicitiam, quæ multis eiusdem literis & muneribus fuit cohonestata. Laudat illam idem Gregorius, ut Christianæ fidei deditam, ut in bonis actibus excellentem, ut reconciliandæ pacis fidam procuratricem. Per hanc Reginam, inquit Paulus Diaconus, multū utilitatis Dei Ecclesia consecuta

Cur suspensum esse nobis debeat Nouatorum studium in cultu Sanctorum viciendo.

Catholici sanctos colunt, et sibi Deo laudis cultum impendant.

Un licet filii huius de Theodelinda Regina contra Centuriatores.

Falsum testimonium contra proximum super his historiis dicunt Centuriatores.

Theodelinda Gregorij Magni sanctæ & singularis amicitia.

Contra Augustinum lib. 21. Et super Gen. ca. 11.

Dent.

Cent. 6. cap. 6 & pag. 116.

De gestis Longobard. lib. 4. cap. 22.

Gregor. lib. 7. Epist. 42. c. 12. Epist.

Lib. 4. de gestis Longobard. ca. 6.

consecuta est. Nam penè omnes Ecclesiarum substantias Longobardi, cum adhuc gentilitatis errore tenerentur, inuaserant. Sed huius Theodelindæ salubri supplicatione Agilulfus Rex permotus, & Catholicam fidem tenuit, & multas possessiones Ecclesiæ Christi largitus est: ac Episcopos qui in depressione ac abiectione erant, ad dignitatis solitæ honorem induxit.] Et postea: Rex suggerente Theodelinda Regina sua coniuge, cum sanctissimo Papa Gregorio atque Romanis pacem firmissimam pepigit.] Ex his Pauli verbis, qui & ipse Longobardus fuit, fortissimè coarguuntur Magdeburgici, qui ut pergant proterui falsique esse narratores, tam contemtim & impudenter de hac tam sapiente, graui & religiosa Regina loquuntur: eamque damnare non verentur, quam historici omnes cum multis nominibus, tum à singulari Christianæ fidei & pietatis propagatæ studio insigniter commendauere. Hinc scribit & Platina, matronam hanc insignem, & fidei Christianæ studiosissimam extitisse: commendat illam & vetustior Abbas Urspergensis. Auentinus illam appellat singularis prudentiæ & raræ pietatis in Christum, vltra captum muliebrem fœminam, quæ gentis ferocissimæ, Longobardorum scilicet, animos bonis artibus inflexerit, atque armorum disuetudine mitigarit, quæque omnium gentium annalibus sit notissima. Cur igitur hinc noui historici, ut in aliis multum, hæc parum a deo tribuunt Auentino?

ÆQUE friuolum, adeoque criminofum est, quod addunt, quoniam templum Ioanni extruxerit, superstitionem Baptistæ culturam ab illa excogitatam, & ad Longobardos translatam esse. Atqui non superstitionis, sed Christianæ pietatis studio impulsam Ioannem ipsa coluit, & exemplo suo ad idem faciendum alios excitauit. De religione vera vel falsa nihil docuit, sed quemadmodum par erat, Catholicis fidei magistris ac præpositis omnem docendi curam reliquit, atque ut optimam decebat Principem, sua opera & industriam Catholicam inuicem, magnamque occasionem Longobardis à superstitione ad veram pietatē reuocandis præbuit. Diximus autem supra, de Imperatorū & Patrū exemplis, qui hoc extū à Christo seculum præcesserunt: satisque probauimus, receptum etiam in veteri Ecclesia probatumque fuisse morem, ad Baptistæ aliorumque Sanctorum honorem templa ædificandi, & eosdem inuocandi. Nā qui tertio etiam seculo vixerunt Cyprianus & Origenes, non obscurè docent, vltatum fuisse suo seculo, ut crederent & docerent Christiani, sanctos defunctos orare pro viuentibus mortalibus, eosque illorum auxiliis apud Deum adiuuari. Quò spectat etiam exemplum Potamienæ clarissimæ martyris, quæ post martyrium carnifici suo Basilidi per quietem, ut Eusebius tradit, apparuit, simulque monuit, quòd pro ipso Dominū interpellasset, ac petita impetrasset, ut ipse nimirum corona martyrij, quemadmodū probauit euentus, donaretur. Nisi forte quis ita sit malè sanus, ut non credat sanctis Patribus, ac impudenti ramen Beza credat, cuius hæc inutilis censura est: *Minimè negandum, totum illud Hieronymi scriptum (contra Vigilantium scilicet) quo Sanctorum inuocationem, id est, manifestam idololatriam defendit, nos nihil morari.* Certè apud Gaudentium Brixientem, qui quarto vixit seculo, hæc verba leguntur: Ut venerandas Sanctorum reliquias haberemus, Deus noster tribuit: deinde ut hanc eorum honori fundare basilicam valeremus.] Loquitur autem de basilica, quæ ad Ioannis Baptistæ honorem fuerat instituta. Meminit & Metaphrastes alterius templi, quod Ioanni Baptista apud Emessam fuit extructum, idque sub Valentiano & Martiano Imperatoribus. Scribit de templo in super Antiocheno, quod nominant *νεμασὸν*, hoc est, suspensum quoniam tanta fuerit altitudine super terram eleuatum, ut propè spectantibus, in aère pendere videretur: eam verò sublimem ædem ad Ioannis honorem fuisse conditam, vbi ex manu eiusdem dextera digitus religiosè demonstraretur, quæ manus ex Antiochia Constantinopolim honorificè translata fuerit, cum Constantinus & Romanus regnarent, à quibus aliud adhuc templum Baptistæ sit Constantinopoli positum. Certè in Sebaste templum Ioannis extitit maximum, & propterea quæ in ipso fiebant miracula, & ob mirificam ædificij magnificentiam incomparabile: ut omittam templū in Hebdomo supra commemoratum, quod authorem habuit Theodosium, & Chalcedonense, quod Ioanni quoque ante Leonis imperium fuit extructum, Euagrius teste.

hid. ca. 8.

In Vita D. Gregorij. In Chronice. In annalib. Boiorum.

a Lib. 1. epist. 1. ad Cornelium, & tract. de illa & m. 1015.

b super Numer. cap. 31. c. in Iesum Nunc ca. 13. Item homel. 3 in Canrica c. 11. 8. contra Celsum. c. Ecclesiast. hist. lib. 6. ca. 5.

d in responsione ad argu. Brentij. e Ser de de. dicat. templum in Lippomanno.

f De exportat. preciosa manus, & donata eiusdem.

Ecclesi. hist. lib. 2.

Theodelinda conuersa, non peruersa Longobardos in religione.

Templa Sancto- rum qua dicuntur, Deo in primis dedicata.

Memoria San- ctorum quid apud Augustinum significent.

Catholici olim etiam idololatris accusati ob cultu Sancto- rum in templis st- ructum.

Sanctorum ha- beretur memoria, et ipsam pro vobis orent.

Seculari magis efficiunt ac pro- bant, destruerent quam adificare templa.

Prælati sequi veteres in tem- pli extruendis, quæ Nonatores aut illis diruendis.

Cum verò de templis Ioanni Baptistæ vel cuius sancto constructis loquimur, quomodo veteres sanè solent, nihil honori diuino detractum volumus, ad quem templa & altaria sacrificiaq; propriè spectare scimus, sicut disertè admonet Augustinus. Ita verò sanctis constitui templa dicuntur, vt ad latræ cultum in primis, quia Deo dedicantur, ac deinde ad Sanctorum memorias, constructum & Ecclesiæ intentio referatur. Quas quidem Sanctorum memorias cum Augustinus nominat, vt sæpè, iam quidem eorum sepulchra reliquiasq; sacras, quæ sub altaribus maximè recondebantur, iam verò oratoria & templa illis consecrata, quæ idem ipse Martyrum loca, & basilicas Apostolorum; nonnunquam & martyria solet nuncupare, hoc nomine comprehendit. Quoniam verò Manichæi, & horum antesignanus Faustus, calumniabantur, sicut & Maximum idololatram Medaurensem, aliosque impios fecisse legimus, quod Catholici de more idola in Martyres verterent, & his templa fabricarent, altaria erigerent, sacrificiaq; offerrent, breuiter hoc illis Augustinus respondit, quod nunc etiam aduersariis responsurum volumus: Nos Martyribus siue Sanctis nostris non templa sicut Diis, sed memorias sicut hominibus mortuis, quorum apud Deum viuunt spiritus, fabricamus: nec ibi (in templis) erigimus altaria, in quibus sacrificemus Martyribus, sed vni Deo & Martyrum & nostro sacrificium immolamus.] Tūmalibi: ^b Honoramus sanè memorias eorum, tanquam sanctorum hominum Dei, qui vsq; ad mortem suorum corporum pro veritate certarunt.] Eodem ferè modo Cyrillus Catholicos quoque defendit. Quin fatetur etiam Chemnitius, ^c ac rectè quidem, Ambrosij & Augustini ætate Sanctorum memoriam in actione cœnæ Dominicæ celebratam esse: tū Hieronymum, Basilium ac Nazianzenum de Sanctorum patrociniis, qui pro suis cultoribus intercedant, non obscure testari. Ac luculenta profectò sunt antiquitatis testimonia, quibus multi confirmarunt, Sanctorum memorias iam olim in templis habitas esse non solum vt isti putant, propter eorum honorem seu venerationem & Ecclesiæ ædificationem, sed etiam propter inuocationē, vt eorum nempe patrociniū & intercessio imploraretur, velut quorum preces & merita per Christum comparata, plurimum apud Deum valeant obrineantq;. Id quod vetustæ Patrum liturgiæ satis indicant, & Augustinus his verbis perspicue tradit: Idcò quippè ad ipsam mensam, hoc est, ad ipsum altare non sic eos commemoramus, quemadmodum alios, qui in pace requiescunt, vt etiam pro iis oremus, sed magis vt orent ipsi pro nobis, vt eorum vestigiis adhæreamus.] Atque huc demum pertinet vetus dictum, siue demum Augustinum, siue Gennadium authorem habeat, quod non solum communem Ecclesiæ consuetudinem, sed constantem quoque doctrinam veritatis declarat, sacrisq; Conciliis est planè consentaneum. Eo manifestè docetur, non Christianos, sed Eunomianos & Vigilantianos eos ritè censerī, qui negant Sanctorum corpora, eorumque reliquias, perinde ac Christi membra sincerè honoranda, quæ non admittunt basilicas eorum nominibus appellatas, velut loca sancta diuino cultui mancipata, pio affectu & deuotione fidei ad eundas esse.

ERGONE quod cum tam multis Theodolinda fecit in templo ad Ioannishonorem ædificando, quodque illius quidem ac superioris ætatis Principibus perquam vsitatatum ac laude dignum pietatis officium fuit, id isti boni censores referent ad stoliditatem? & laudatissimæ Reginæ crimini vertent, eamque superstitionis materiam ac segetem præbuisse insani calumniabuntur? Quid? eam veteris & Catholicæ pietatis laudem, quam optimis maioribus, in templis extruendis & ornandis, tribuere par est, istis fortasse authoribus ad illos transferemus, qui præclaram se rem facere putant, in templis immanitate plusquam barbarica, & furioso impetu demoliendis prophandisque. Nam & tales cultores hoc nouum quintumq; peperit Euangelium, quibus tantum non ludus & voluptas est, domos Dei spoliare, orationis loca euertere, aras in haras, templa in stabula commutare, parique furore diuinos & Sanctorum cultus absque villo discrimine abolere. Quod si veterum Orthodoxorum laudanda est diligentia, qui sacris ædibus construendis, & Christianæ pietatis, vt sic dicam, officinis passim instituendis operam sedulam dabant, qua demum reprehensione illos dignos esse dicemus,

Li. de ciui. Dei. 27.

Aug. lib. 21. contra Man. sum cap. 4. & Epist. 41.

De ciui. Dei. li. 22. ca. 10. b Li. 3. de ciuitat. Dei cap. 27. Lib. 6. contra Iulianum. c in exam. ue. Conch. Trid.

Trid. 84. in Euan. tom.

Li. de Eccl. dogm. 67.

cemus, quin nouo afflato spiritu, in diruendis templis studiosè versantur, qui que sic in sacra inuolant, sic ea dissipant & proculcant, vt Antiochum, Heliodorum, Iulianum, & siquid est impius Turcis immanius, id sacrilegi homines palam aut æquare, aut superare contendant?

VERVMENIMVERO si ab aduersariis obtineri non potest, vt toties admoniti, veterumque scriptis & Ecclesiæ auctoritate conuicti, de Sanctis & eorum cultu, reliquiisq; & miraculis præclarius sentiant, feramus id quoque moderatè, quod de Ioannis corpore atque miraculis, deque illius cultu & veneratione veterum monumenta pro nihilo pendant, ac more suo petulanter illudant. Hæc omnia si sapiunt superstitionem, vt illi blaterant, admodum vereor, ne quæ ipsi adferunt, singularem improbitatem & sceleratam impudentiam sapiant, præsertim cum legem præscribunt, & fidem exigunt in his, quæ nuper nati & informes ipsi historici, relicta veterum auctoritate, solis freti coniecturis, & prauis impediti affectibus, nunc primum Ioanni Baptistæ tribuunt affinguntq;. Nos verò non odiosæ contentiois, sed sinceræ veritatis & venerandæ antiquitatis amantes, magnam inde cōsolationem capimus, quod Christum Dominum propitium, & Ioannem eius præcursores fauentem in vera Ecclesia nobis adesse certò intelligamus, quodque prætermisissorum ineptiis & spretis contumeliis antiquitati suum locum integrum relinquamus, ac auctoritatem debitam ex animo tribuamus. Quod si hoc studium aduersariis omninò adlubescit, vt nouãdis in Ecclesia rebus porro se totos impendant, agè quod malè cœperunt, persequantur: diruant, ædificent, mutant quadrata rotundis, sed nullam certè gratiam ab iis, qui iudicio doctrinaque polleant, vnquam iniriuri. Concedemus illis quidem hanc laudem, quod infimi & pessimi non sint Babylonicæ turris architecti, quodque multo labore perfecerint, vt quam auctoritatem veteribus derogant, sibi demum arrogare velle videantur. Cæterum quod ad nos attinet, puram & incorruptam Euangelicæ veritatis lucem totis animi viribus tuebimur ac prosequemur, ex eoque limpidiſſimo fonte, & non ex putidis nouorum authorum lacunis petemus, quæ de hoc summo Dei viro Ioanne, aliisque præstantibus Ecclesiæ principibus sincerè & luculenter sunt tradita, quæq; citra impuri dogmatis admixtionem Patres literis consignarunt, & nos velut per manus ab illis tradita, in hunc vsque diem bona fide in Ecclesia constantissimè retinemus. Quod si historicos quærimus, vetustos recentioribus, Catholicos Hæreticis, probatos obscuris longè semper anteponemus. Atque hæc quidem nobis de Ioanne disputata sint hæctenus, minus fortasse conuenienter, quam personæ illius ac rei propositæ dignitas postularer, sed tamen quantum per occupationes nostra tenuitas tulit, & diuina bonitas est elargita. Quomocunq; autem hic labor ab aliis æstimeretur, suum cuique iudicium integrum permittimus, rectè quidem nobiscum agi putabimus, si duce CHRISTO non solum Prophetæ sanctissimi laudatores, verum etiam quales ipse instituit discipuli, & veri Messæ cultores aliqua ex parte esse possimus. Immortali DEO, quem in Sanctis eius laudare par est, summa, perfecta & sempiterna gloria.

Quomodo i. Centuriatoribus in Ioannis historia Verjanibus indicandum.

Quid cœdendum Centuriatoribus.

Quid obseruandum Catholicis in Ecclesiast. ca. historia Di. maiorum.

EPILOGVS libri.

FINIS LIBRI PRIMI.

INDEX LOCORVM

SCRIPTVRAE SACRAE, QVAE POTISSIMVM
HOC IN LIBRO TRACTANTVR. PRIOR NVME-
rus capita Biblica, posterior libri folia
designat.

EX VETERI TESTAMENTO.

Cap.	Genes.	Fol.
VI.	De Noë iusto & perfecto.	123. 170
XVI.	De ieiunio Agar.	36
XVII.	Masculus cuius præputij caro circumcisa non fuerit, delebitur anima illa de populo suo, quia pactum meum irritum fecit.	611
XXVI.	Eò quod obedierit Abraham voci meæ, & custodierit præcepta & madata mea.	123. 170
<i>Exodus.</i>		
XX.	Non occides.	152. 156
<i>Deuteronomium.</i>		
XVII.	Quæres ab eis, & indicabunt tibi iudicij veritatem, & facies quodcunque dixerint.	101
XXIII.	Proximi pauperis pignus non pernoctabit apud te, vt habeas iustitiam coram Domino Deo tuo.	174
<i>Lib. 2. Regum.</i>		
XII.	Et ieiunavit Dauid ieiunio & ingressus seorsum iacuit super terram.	35. 145
	De Davidis iustitia.	171
<i>Lib. 4. Regum.</i>		
I.	Vir pilosus, & zona pellicea accinctus renibus.	28. 31
XIII.	Cùm cadaver tetigisset ossa Elisæi, reuixit homo, & stetit super pedes suos.	206
XX.	Protegam urbem istam propter me, & propter seruum meum Dauid.	207
XXIII.	Similis illi non fuit ante eum Rex, qui reuertetur ad Dominum in omni corde suo, & in tota anima sua, & in vniuersa virtute sua, iuxta omnem legem Moyfi.	120. 171. 174
<i>2. Paralipom.</i>		
XX.	Et prædicauit ieiunium vniuerso Iuda.	54
XX XI.	Operatusq; est Ezechias bonum, & rectum & verum coram Domino.	174
<i>Iob.</i>		
IX.	Etiamsi habuero quidpiam iustum, non respondebo, sed meum iudicem deprecabor. Etiamsi simplex fuero, hoc ipsum ignorabit anima mea. Verebar omnia opera mea, sciens quod non parceres delinquenti.	190
XIII.	Etiamsi me occiderit, in eum sperabo.	185
XIX.	Scio quòd redemptor meus viuuit.	Ibid.
<i>Psalmi.</i>		
III.	Sacrificate sacrificium iustitiæ.	155
XLVII.	Deus fundauit eam in æternum.	101
CV.	Effuderunt sanguinem innocentem.	9
CXI.	Disperfit Deus pauperibus, iustitia eius manet in seculum seculi.	173
CXVIII.	Viam mandatorum tuorum cucurri.	175
CXXXI.	Parauit lucernam Christo meo.	2
<i>Prouerbia.</i>		
XI.	Iusti in perpetuum viuent, & apud Dominum est merces eorum.	172
XV.	Qui sequitur iustitiam, diligitur à Domino.	169
XXIII.	Septies in die cadit iustus.	171

Eccle-

INDEX SCRIPTVRARVM.

<i>Ecclesiastes.</i>		
IX.	Nescit homo, vtrum amore an odio dignus sit.	82
<i>Sapientia.</i>		
V.	Iustitia iusti super eum erit.	172
X.	Seminanti iustitiam merces fidelis.	172
<i>Ecclesiasticus.</i>		
XVIII.	Ante iudicium para iustitiam tibi.	169
XXXV.	Sacrificium iusti acceptum, & memoriam eius non obliuiscetur Dominus.	155
<i>Esaias.</i>		
III.	Dicite iusto, quoniam bene, &c.	172
XL.	Vox clamantis in deserto.	16. 18. 88
LVI.	Dabo Eunuchis in domo mea & in muris meis locum, & nomen melius à filiis & filiabus.	124
L VIII.	Tunc erumpet quasi mane lumen tuum, & sanctitas tua citius oriatur: & anteibit faciem tuam iustitia tua.	173
<i>Jeremias.</i>		
I.	Antequàm exires de vulua, sanctificaui te.	25
XVIII.	Non peribit lex à Sacerdote.	101
XXXI.	Dabo legem meam in visceribus eorum, & in corde eorum scribam eam.	130
<i>Ezechiel.</i>		
XVIII.	Si fuerint tres viri isti in medio eius.	174
XVIII.	Hic iustus est, vita viuuet, ait Dominus.	169
XX.	Dedi eis præcepta mea, & iudicia mea ostendi eis, quæ faciens homo viuuet in eis.	170
XXXVI.	Mundabimini ab omnibus iniquitatibus vestris, & dabo vobis cor nouum.	68
<i>Daniel.</i>		
X.	Panem desiderabilem non comedi.	29
	De eiusdem abstinentia.	42
<i>Ioël.</i>		
II.	Quicumque inuocauerit nomen Domini, saluus erit.	179
	Sanctificate ieiunium.	53
<i>Micheas.</i>		
VI.	Indicabo tibi ò homo, quid sit bonum, & quid Dominus requirat à te: vtique facere iudicium.	142
<i>Ionas.</i>		
III.	De ieiunio Niniuitarum.	35. 54. 153
<i>Abacuc.</i>		
II.	Iustus ex fide viuuit.	12
<i>Malachias.</i>		
I.	In omni loco sacrificatur, & offertur nomini meo oblatio munda.	94. 98
<i>2. Machab.</i>		
XV.	Hic est, qui multum orat pro populo & vniuersa sancta ciuitate Ieremias Propheta Dei.	207

EX NOVO TESTAMENTO.

Matthæus.

I.	Ioseph autem vir eius cùm esset iustus.	169. 170
III.	Nisi quis renatus fuerit ex spiritu & aqua.	76
	Ipse autem Ioannes habebat vestimentum de pilis camelorum.	24. 25. & deinceps.
	Habebat	

I N D E X

Habebat zonam pelliceam circa lumbos suos.	31
Esca autem eius erant locustæ.	32-33-38. 41
Et mel sylvestre.	38
Baptizabantur ab eo in Iordane, confitentes peccata sua.	77
Facite fructum dignum pœnitentiæ.	107. 108. 143. & deinceps.
Progenies viperarum, quis demonstravit vobis fugere à ventura ira?	107
Ne velitis dicere intra vos, Patrem habemus Abraham.	107
Omnis arbor quæ non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur.	128 & deinceps.
Ego quidem baptizo vos aqua in pœnitentiã.	67. & deinceps.
Qui post me venturus est, fortior me est, cuius non sum dignus calcamenta portare.	118. (165. & deinceps. 67. 78. & deinceps.
Ipsè vos baptizabit in Spiritu sancto & igni.	31
Venit Ioannes non manducans nec bibens.	61. & deinceps.
Ego à te debeo baptizari: & tu venis ad me?	61. & deinceps.
Sine modò: sic enim decet nos implere omnem iustitiã.	71. 81
III. Ductus est Iesus in desertum.	16
Qui fecerit & docuerit sic, magnus vocabitur.	185
V. De sermone Domini in monte.	172
De beatitudinibus.	172
Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiã.	169
Beati pauperes spiritu.	182
Gaudete & exultate, quoniam merces vestra copiosa est in cœlis.	173
VI. Orantes nolite multum loqui.	162
Cùm ieiunatis, nolite fieri sicut hypocritæ.	34
Nolite solliciti esse in crastinum.	159
Sufficit diei malitiã sua.	159
VII. Attendite à falsis Prophetis.	104
Intrate per angustam portam.	182
Discedite à me omnes operarij iniquitatis.	182
VIII. De fide leprosi.	187
IX. Creditis quia hoc possum facere vobis?	187
Quare nos & Pharisei ieiunamus frequenter, discipuli autem tui non ieiunant?	34. 132
Venient dies, in quibus auferetur ab eis sponfus, & tunc ieiunabunt.	34. 35. 36
X. Qui recipit iustum in nomine iusti, mercedem iusti accipiet.	173
XI. Non surrexit inter natos mulierum maior Ioanne Baptista.	110
Quid existis videre? Prophetam? etiam dico vobis & plus quàm Prophetam.	120. 66
A diebus Ioannis vsque nunc regnum cœlorum vim patitur.	56
Omnes Prophetæ & lex vsque ad Ioannem prophetauerunt.	59. & deinceps.
Ipsè est Elias.	29
Tollite iugum meum super vos.	183
Discite à me, quia mitis sum & humilis corde.	183
XIII. Omni habenti dabitur, & abundabit.	123
Et facit aliud quidem centesimum, aliud autem sexagesimum, aliud verò tricesimum.	123
Qui ad tempus credunt, & in tempore tentationis recedunt.	185
Fulgebunt iusti sicut sol in regno patris eorum.	173
XIII. Herodes tenuit Ioannem & alligavit eum, & posuit in carcerem.	114
Desertus est locus hic.	16
XV. De fide Chananæ.	11
Sine causa colunt me docentes doctrinas & mandata hominum.	131. 153. 154. & deinceps.
XVI. Et portæ inferi non præualebunt aduersus eam.	100
Tollat crucem suam & sequatur me.	136. 159. 160
XVII. Hoc genus non eiicitur, nisi per orationem & ieiunium.	34. 35
XIX. Tunc oblatis sunt ei paruuli, vt manus eis imponeret & oraret.	12
Talium est regnum cœlorum.	11. 12
Si vis ad vitam ingredi, serua mandata.	130. 137
Ecce nos reliquimus omnia & secuti sumus te.	125
XX. De parabola vineæ.	86. 124. 125

Accepe-

SCRIPTVRARVM.

Acceperunt singulos denarios.	125
XXI. Baptismus Ioannis è cœlo erat, an ex hominibus?	66. 89
Venit ad vos Ioannes in via iustitiæ.	165
XXII. De veste nuptiali.	138
Erratis nescientes Scripturas.	109
XXIII. Super cathedram Moyfi sederunt Scribæ & Pharisei omnia ergò quæcunque dixerint seruate.	86. 92
Ornatis monumenta iustorum.	173
XXV. De iudicandis in vltimo iudicio.	135. 172
Iusti ibunt in vitam æternam.	173
XXVIII. Baptizantes eos in nomine Patris & Filij & Spiritus sancti.	67

Marcus.

I. Fuit Ioannes in deserto baptizans.	65. 75
Pœnitentiã agite, appropinquabit enim regnum cœlorum.	58
Prædicans Baptismum in remissionem peccatorum.	73. & deinceps.
Baptizabantur ab illo in Iordanis flumine.	75. 77
Confitentes peccata sua.	77. & deinceps.
Et erat Ioannes vestitus pilis camelorum.	24. & deinceps.
Et zona pellicea circa lumbos eius.	31
Et locustas & mel sylvestre edebat.	32. 38. 41
Spiritus expulit eum in desertum.	16. 23
II. Erant discipuli Ioannis ieiunantes.	38
V. Fides tua te saluum fecit.	141
VI. Herodes autem metuebat Ioannem, sciens eum virum iustum & sanctum.	87. 89
Abiit in montem orare.	17
VII. Relinquentes mandatum Dei, tenetis traditiones hominum.	53
Et à foro venientes, nisi baptizati non comedunt.	90
IX. Hoc genus in nullo potest exire, nisi in oratione & ieiunio.	34
X. Talium enim est regnum Dei.	11
XVI. Prædicauerunt vbique Domino cooperante.	87

Lucas.

I. Quis putas puer iste erit?	1
Manus Domini erat cum illo.	1
Sacerdos quidam nomine Zacharias de vice Abiæ, & vxor illius de filiabus Aaron.	167
Erant autem iusti ambo ante Deum, incedentes in omnibus mandatis & iustificationibus Domini sine querela.	168. 169
Erit magnus coram Domino.	3. 27. 111
Vinum & siceram non bibet.	27
Et Spiritu sancto replebitur adhuc ex vtero matris suæ.	2. & deinceps.
Ipsè præcedet ante illum in spiritu & virtute Eliæ.	29
Exultauit infans in vtero eius.	3. 6. 13
In sanctitate & iustitia coram ipso.	122
Tu puer Propheta altissimi vocaberis, præibis enim ante faciem Domini parare vias eius.	4. 70. 79.
Puer autem crescebat, & confortabatur spiritu.	3
Erat in desertis vsque in diem ostensionis suæ ad Israël.	24. 15
II. Et homo iste iustus & timoratus.	174
Non discedebat Anna de templo, ieiuniis & obsecrationibus seruans nocte ac die.	155
III. Factum est verbum Domini super Ioannem Zachariæ filium in deserto.	24
Genim in viperarum quis ostendit vobis fugere à ventura ira?	117
IV. Facite fructus dignos pœnitentiæ.	146
Ne cœperitis dicere, Patrem habemus Abraham.	108
Cuius non sum dignus soluere corrigiam calceamentorum eius.	118. & deinceps.
Ipsè vos baptizabit in Spiritu sancto & igni.	6. 70. & deinceps.
Multi quidem & alia exhortans euangelizabat populo.	132
Herodes adiecit & hoc super omnia, & inclusit Ioannem in carcerem.	114

Præ-

I N D E X

Prædicare annum Domini acceptum & diem retributionis.	135
Facta autem die ibat in desertum locum.	16
V. Ipse autem secedebat in desertum & orabat.	16
VI. Hypocrita eice primum de oculo tuo trabem.	154
Quid vocatis me Domine Domine, & non facitis quæ dico?	182
VII. Quid existis in desertum videre? hominem mollibus vestitum?	28. 165
Maior inter natos mulierum Propheta Ioanne Baptista nemo est.	112
Venit Ioannes Baptista neque manducans panem, neque bibens vinum.	28
VIII. Mater mea & fratres mei hi sunt, qui verbum Dei audiunt & faciunt illud.	238
X. In eadem domo manete, edentes & bibentes quæ apud illos sunt.	90
Rectè respondisti: hoc fac & viues.	174
Porro vnum est necessarium.	180. 181
XI. Beati qui audiunt verbum Dei, & custodiunt illud.	138
XV. Insi qui non indigent penitentia.	148
XVIII. Adferebant ad illum infantes, vt eos tangeret.	14
XIX. Eris potestatem habens supra decem ciuitates.	123

Ioannes.

I. Fuit homo missus à Deo, cui nomen erat Ioannes.	87
Miserunt Iudæi ab Hierosolymis Sacerdotes & Leuitas ad eum, vt interrogarent: Tu quis es?	82. 83. & deinceps.
Cuius ego non sum dignus vt solnam eius corrigiam calceamenti.	118. & deinceps.
Hæc in Bethania facta sunt trans Iordanem.	24
Et ego nesciebam eum.	65. & deinceps.
Qui misit me baptizare in aqua, ille mihi dixit.	87
Ecce agnus Dei, qui tollit peccata mundi.	93. & deinceps.
III. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei.	(6. 7. 61. 75)
Qui credit in Filium Dei, habet vitam æternam.	177. 178. & deinceps.
Qui habet sponsam, sponsus est: amicus autem sponsi, qui stat & audit eum, gaudio gaudet propter vocem sponsi. Ergo gaudium meum impletum est.	113
V. Et procedent qui bona fecerunt in resurrectionem vitæ: qui verò mala egerunt, in resurrectionem iudicij.	173
Ille erat lucerna ardens & lucens.	83. 165
Vos autem voluistis exultare ad horam in luce eius.	83
VIII. Qui sequitur me, non ambulat in tenebris, sed habebit lumen vitæ.	136
Si quis sermonem meum seruauerit, mortem non videbit in æternum.	137
Si filij Abrahæ estis, opera Abrahæ facite.	108
X. Sicut mandatum dedit mihi Pater, sic facio.	137
XI. Si quis mihi ministrat, me sequatur.	136
XIII. In domo Patris mei mansiones multæ sunt.	123
Si quis diligit me, sermonem meum seruabit.	138
XV. Si manseritis in me, & verba mea in vobis manserint, quodcunque volueritis, petetis.	136
Manete in dilectione mea, sicut & ego Patris mei præcepta seruauis.	136
Omnem palmitem in me non ferentem fructum, tollet cum Pater.	107
XX. Noli esse incredulus, sed fidelis.	186
XXI. Domine tu omnia nosti.	137

Acta Apostolorum.

I. Vos autem baptizabimini in Spiritu sancto.	67
II. Omnes etiam qui credebant, erant pariter, & habebant omnia communia.	125
De fide & statu Ecclesiæ primitiua.	187
V. Oportet Deo magis obedire, quàm hominibus.	96. & deinceps.
VIII. Tunc imponebant manus super illos, & accipiebant Spiritum sanctum.	68. & deinceps.
De Eunuchò reginæ Candaces.	176
IX. De Saulo & Anania.	176
X. Non est personarum acceptor Deus, sed in omni gente, qui timet Deum, & operatur iustitiam,	176

S C R I P T V R A R V M.

iustitiam, acceptus est illi.	123
XIII. Inueni David filium Iesse virum secundum cor meum, qui faciet omnes voluntates meas.	171
XV. De primo Concilio Apostolorum.	79
Vt abstineant se à contaminationibus simulachrorum & fornicatione & suffocatis & sanguine.	140
XIX. Ioannes dixit, in eum qui venturus esset post ipsum vt crederent.	68
His auditis baptizati sunt in nomine Domini Iesu.	68
Multi credentium veniebant confitentes & annunciantes actus suos.	78
XXI. Sunt nobis viri quatuor votum habentes super se. His assumtis sanctifica te cum illis, &c.	140
XXIII. Nesciebam fratres, quia princeps est Sacerdotum.	98
XXVII. Ecce donauit tibi Deus omnes, qui nauigant tecum.	67

Epistola ad Romanos.

I. Iustus ex fide viuit.	11
II. Factores legis iustificabuntur.	169
Qui reddet vnique secundum opera eius.	135
III. Iustificati gratis per gratiam ipsius.	180
Arbitramur iustificari hominem per fidem sine operibus legis.	135. 179. 175
III. Si Abraham ex operibus legis iustificatus est, habet gloriam, sed non apud Deum.	189
VI. Exhibete membra vestra seruite iustitiæ.	152
VIII. Cohæredes Christi, si tamen compatimur.	191
Spe salui facti sumus.	179
X. Quomodo prædicabunt, nisi mittantur?	86. 98
Si confitearis in ore tuo Dominum Iesum, & in corde tuo credideris, &c.	179
XII. Obsecro vos, per misericordiam Dei, vt exhibeatis corpora vestra Deo hostiam viuam, sanctam, Deo placentem.	155. 152
XIII. Plenitudo autem legis charitas.	130

I. ad Corinthios.

VI. Sed abluti estis, sed sanctificati estis, sed iustificati estis.	176
VII. Filij vestri immundi essent, nunc autem sancti sunt.	7
IX. Castigo corpus meum, & in seruitutem redigo.	53. 156
XI. Si nosmetipsos diiudicarem, non vtique iudicaremur.	143. 149
Cætera cum venero, disponam.	138
Imitatores mei estote, sicut & ego Christi.	148. 166
XII. Omnes nos in vnum corpus baptizati sumus.	76
XIII. Si habuero omnem fidem, ita vt montes transferam, charitatem autem non habuero, nihil sum.	188. 189
Nunc manent, fides, spes, charitas, tria hæc. Maior autem horum est charitas.	188. 189
XV. Stella enim à stella differt in claritate, sic erit & resurrectio mortuorum.	123

2. ad Corinthios.

VI. Exhibeamus nosmetipsos in vigiliis, in ieiuniis, in castitate.	35
VII. Quæ secundum Deum tristitia est, penitentiam in salutem stabilem operatur.	144
XI. Mundemus nos ab omni inquinamento carnis & spiritus, sanctificationem in amore Dei perficientes.	143
In fame & siti, in ieiuniis multis.	35

Ad Galatas.

III. Quotquot baptizati estis, Christum induistis.	71. 170
V. Fides quæ per charitatem operatur.	80
Vos in libertatem vocati estis fratres, tantùm ne libertatem in occasionem detis carnis.	(52)
Fructus autem spiritus, charitas, gaudium, pax, &c.	148

Ad Ephesios.

II. Eramus enim natura filij iræ.	7. 8
T	II. In


I N D E X

III.	In quo habemus fiduciam & accessum in confidentia per fidem eius.	188
III.	Veritatem facientes in charitate crescimus in illo per omnia, &c.	148
V.	Vt illam sanctificaret, mundans eam lauacro aquæ in verbo vitæ.	8. 76
VI.	Pax fratribus & charitas cum fide à Deo Patre nostro.	188
<i>Ad Philippenses.</i>		
II.	Cum metu & tremore vestram salutem operamini.	143
III.	Imitatores mei estote fratres.	165
III.	Quæ & didicistis, & accepistis, & vidistis in me, hæc agite, & Deus pacis erit vobiscum.	(166)
<i>Ad Colossenses.</i>		
I.	Adimpleo ea, quæ defunt passioni Christi in corpore meo.	152
II.	Non ad parcendum corpori, non in honore aliquo ad saturitatem carnis.	156. 157
	Nemo ergo vos iudicet in cibo aut in potu.	43. 53
III.	Mortificate membra vestra, quæ sunt super terram.	157. 143
<i>2. ad Thessalon.</i>		
II.	State & tenete traditiones, quas didicistis siue per sermonem, siue per epistolam nostram.	53. 43. 154
<i>1. ad Timotheum.</i>		
I.	Finis præcepti charitas.	189
II.	Si permanferit in fide & dilectione.	188
	Si comortui sumus, & conuiuemus.	152
III.	Acquiret sibi multam fiduciam in fide.	188
	Ecclesia Dei viui, columna & firmamentum veritatis.	100. 101
	Prohibentium nubere, abstinere à cibis, quos Deus creauit.	54
	Omnis creatura Dei bona est, & nihil reiiciendum, quod cum gratiarum actione percipitur.	161
	Ineptas & aniles fabulas deuitæ.	138. 177
	Corporalis exercitatio ad modicum utilis est.	53
	Pietas autem ad omnia utilis est.	156
	Noli negligere gratiam quæ data est tibi per Prophetiam cum impositione manuum Presbyterij.	87
	Bonum certamen certauit, cursum consummauit.	176
V.	Si quis suorum & maximè domesticorum curam non habet, fidem negauit, &c.	161
	Seniorem ne increpaueris, sed obsecra vt patrem.	86
VI.	Depositum custodi, deuitans prophanas vocum nouitates.	80. 177
	Secutæ iustitiam, pietatem, fidem, charitatem.	188
<i>Ad Titum.</i>		
I.	Constituas per ciuitates Presbyteros.	87
	Omnia munda mundis.	43
	Confitentur se nosse Deum, factis autem negant.	165. 179
II.	Vt sobriè, iustè & piè viuamus in hoc seculo.	143. 179
III.	Spiritum sanctum, quem effudit in nos abundè.	176
	Saluos nos fecit per lauacrum regenerationis, &c.	176
<i>Ad Hebræos.</i>		
X.	Adiuuemus nos mutuo ad prouocandam charitatem, &c.	161
XI.	Est autem fides sperandarum substantia rerum, argumentum non apparentium.	189
	(& deinceps.	
	In melotis & pellibus caprinis.	29
XIII.	Talibus enim hostiis promeretur Deus.	155
<i>Iacobus.</i>		
I.	Credunt dæmones & contremiscunt.	190
II.	Si fidem quis dicat se habere, opera autem non habeat, nunquid poterit fides saluare eum?	189
	Videtur quod ex operibus iustificatur homo, & non ex fide tantum?	178. 189
	Fides sine operibus mortua est.	190
	Ostende	

SCRIPTVRARVM.

V.	Ostende mihi fidem tuam sine operibus.	135
	Confitemini alterutrum peccata vestra.	78
<i>1. Petri.</i>		
I.	Perfectè sperate in eam, quæ offertur vobis gratiam.	138
II.	Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum, vt sequamini vestigia eius.	(152)
	Libertatem promittentes, cum ipsi serui sint corruptionis.	52
III.	Et vos nunc similis formæ saluos facit Baptisma.	76
<i>2. Petri.</i>		
I.	Magis satagite, vt per bona opera vestra certam vestram vocationem & electionem faciatis.	185. 135
<i>1. Ioannis.</i>		
I.	Sanguis filij eius emundat nos ab omni peccato.	151
II.	Qui dicit se in Christo manere, debet sicut ille ambulauit, & ipse ambulare.	137
	Qui est propitiatio pro peccatis nostris.	151
	In hoc scimus, quoniam cognouimus eum, si mandata eius obseruemus.	138
III.	Qui facit iustitiam, iustus est.	169. 173
III.	Hæc est charitas Dei, vt mandata eius custodiamus, & mandata eius graua non sunt.	(175. 138)
<i>2. Ioannis.</i>		
II.	Qui seruat mandata eius, in illo manet.	138
<i>Iudas.</i>		
	Qui potest vos conseruare sine peccato.	135
<i>Apocalypsis.</i>		
II.	Memore esto vnde excideris, & age penitentiam & prima opera fac.	147
XXII.	Qui iustus est iustificetur adhuc, & qui sanctus est, sanctificetur adhuc.	80. 175

F I N I S.



T 2

INDEX

INDEX
COPIOSVS RERVM
PRAECIPVARVM, QVAE HOC PRIMO
TOMO CONTINENTVR.

A.

Abraham patrem habere quid Sarce-
rio. 108
Abraha filij qui sint appellandi. 109
Absolutio vera, quae necessario requi-
ritur. 148
Absolutio qualis detur à Nouatoribus. *ibid.*
Abnegare semetipsum, & tollere crucem quid. 160
Abstinentia veteris Ecclesiae. 44
Abstinentia Iudeorum olim abrogata, in qua differ-
rat ab abstinentia Christianorum. 52. 53
Abstinentiam & ieiunia Paulus laudat. 157
Abstinentiae & austeritatis exempla. 28. 29. 30.
(161. 162)
Abstinentia & Sobrietas, Ieiunium & Temperan-
tia differunt. 34
Abstinentia homini spirituali, necessaria. 55
Acephali noui. 103
Acephemas Monachus, cur ab Hereticis accusa-
tus. 161
Augei dies unde dicta. 44
Aeriani statos ab Ecclesia ieiuniorum dies oppu-
gnant. 40
Afflictio voluntaria prodest. 39
Alexius ab Hereticis accusatus. 162
Altemburgense colloquium quàm horrenda de bo-
nis operibus stauerit. 134
Ambrosij morituri sententia. 116
Ambrosius sibi cosuicentes ad fletum suo fletu permo-
uere solebat. 146
Anabaptismo occasionem dedit Lutherus. 14
Anachoreta & Caenobita quomodo differant, &
qui. 21
Antonius Magnus quid de cruce docuerit. 160
Antonius Magnus deodi dextos. 3
Antonij Magni austeritatis vita. 160
Apostoli cur post Paulum diligenter scripserint
de bonis operibus. 140
Apostoli baptizati. 68
Apostoli legem ad tempus obseruauerunt. 98
Apostoli à Centuriatoribus reprehensi. 139. 140
Apostolorum doctrina excellentior quàm Ioan-
nis. 70
Apostolorum ministerium praestantius quàm Io-
annis. 111
Aque sanctificatio per Baptismum Christi. 68
Arbor insinifera excisa quid minetur & do-
ceat. 128
Arbitrio hominis quantum Caluinus detrahat. 133
Arcadij Imperatoris pietas. 104
Arriani Sanctis & eorum miraculis etiam olim
contradixerunt. 206
Arrianorum esse morem ad Iolam Scripturam ap-
pellare. 154

Audiani Penitentibus nullam satisfactionem impo-
nebant. 151
Augustini testimonium contra fidem infantium,
propria. 13
Austeritas uita Joannis Patrum testimonio confir-
matur. 30
Austeritas uita quanta fuerit in veteri Ecclesia.
(44. 46)

Authoritas Pontificum & Conciliorum. 102
Augustinus pro Augi die inepite legi uult Boza. 38

B.

Baptista nomen & ministerium. 66
Baptizandi olim ieiunabunt. 44
Baptismus multiplex in Scripturis. 66
Baptismi in nouo Testamento necessitas. 6
Baptismus uita & uera regeneratio. 8
Baptismus paruulorum. 8. 11
Baptismus Christi à Baptismo Joannis in quo differ-
rat. 67. 68. 71
Baptismi Ioannis efficacia iuxta Nouatores. 68. 69
Baptismus Ioannis preparatio tantum ad Baptismum
Christi. 71. 73
Baptismus Ioannis quomodo dicatur esse in remissio-
nem peccatorum. 73
Baptismus ignis. 70
Baptizari in igne quid. 71
Baptizati à Ioanne rebaptizantur ab Apostolis. 69
Baptizati quam olim uita disciplinam obseruauerint.
(44)

Baptizari in spiritu qui dicantur. 71
Baptismi Ioannis cum Christi Baptismo collatio. 73
Baptismus Ioannis cur Christi Baptismo non possit
exequari. 68
Baptismus Ioannis cum suo auctore stetit, & ceci-
dit. *Ibid.*
Baptismus Ioan. quomodo differat à Baptismo Apo-
stolorum, & sequentium Ministrorum Euan-
gelij. 69
Baptizatos per impositionem manuum accipere Spi-
ritum sanctum. 72
Baptismum Sectarij pro doctrina accipiant, & bap-
tizari pro erudiri. 75
Bene beateque uinendi conditiones à Paulo propo-
sita. 191
Biblia à Luthero deprauata. 135
Brentius negat secundum opera nos iudicandos. 135
Brentius in Ioannem contumeliosus. 61. 114. 116
Brentius in Christum blasphemus. 174
Buceri doctrina de operibus. 142

C.

Caluini & aliorum temeritas in peruertendis uer-
bis Christi: Nisi quis renatus fuerit ex aqua &
Spiritu, &c. 75
Caluini

INDEX.

Caluini blasphemata doctrina de bonis operibus. 133
Carnis mortificatio quid Melanchthoni. 157
Carnem expugnandam esse, praeceptum Apostoli Mat-
thiae. 52
Caro affligenda & edomanda. 159
Charitas una homini uel maxime necessaria. 181
Charitas, Fides & Spes antecellit, & eius commen-
datio. 189
Charitas impletio Legis. 180. 189
Caroli Quinti pietas. 211
Castigare corpus expedit & licet. 156
Castitatis uirginalis & uidualis diuersa corona. 124
Catholici quomodo Sanctos colant. 212
Catholici quid obseruandum in Ecclesiasticis histo-
riis Nouatorum. 215
Centuriatorum de Joannis deserto sententia. 15
Eiusdem sententia refutatio. 17
Centuriat. sententia de pilis camelorum, & zona pel-
licea Ioan. 24. 25. & deinceps.
Centuriat. sententia de locustis, & melle syluestri Io-
annis. 32. 33
Centuriat. unde colligant imperfectione Ioan. 118
Centuriat. in Ioannem contumeliosus. 84. 86
Centuriat. saepe falsum testimonium in proximum
dicunt. 212
Centuriat. censura de reliquijs & miraculis Ioan-
nis. 203. & deinceps.
Centuriat. Patres omnes accusant, quod non recte do-
cuerint de operibus. 140. 141
Centuriat. qualia Apostolis assignant. 139. 340
Centuriat. Scripturae loca de bonis operibus deprau-
ent. 136
Certitudo fidei qualis predicetur à Nouatoribus.
(184)

Certitudo fidei qualis in Paulo. 191
Certitudo fidei Catholica. 186
Christiani quomodo docendi. 191
Christianorum ueterum uictus. 44
Christianorum uita hodie luxu & uoluptatibus ple-
na. 46. 47. 48
Christiani multi similes Iudaeis. 108
Christus cur Agnus Dei uocetur à Ioanne. 95
Christus se solum cum Ioanne confert, seq, illo maio-
rem facit. 111
In Christo esse & manere quid. 137
Christi mortis fructus ad quos pertineat. 94
Chrysostomi adhortatio, ad Ioannem imitandum. 167
Chrysostomi corporis per Theodosium iuniorē trans-
latio. 209. & deinceps.
Cilicium ex pilis camelorum Ioanni fuisse. 30
Circumcisionis in Testamento ueteri necessitas. 6
Caenobita qui. 21
Cognitio Ioannis de Christo certa. 64
Colloquium Christi cum Ioanne ante Baptismū. 61
Concilij Hierosolymitani primi decreta. 140
Confessio peccatorū qualis Ioanni facta sit. 77. 78
Confessio peccatorum in Ecclesia. 78
Confessio Catechumenorum alia, quàm relapsio-
rum. 78
Confessio populi apud Ioannem quid doceat. 78

Consolari bene uel male alios quomodo liceat. 192
Constantinus Magnus Ioanni & Apostolis tem-
pla construxit. 211
Consilia & praecepta differunt. 131
Consuetudines Ecclesiarum temere contemnendae
non esse, sed seruandas. 132
Contritionis nomen deprauatum à Nouatoribus.
(148)

Corporalis exercitatio admodum utilis. 53
Corpori quomodo seruendum. 158
Corpus quomodo hostia uina Deo exhibeatur. 155
Corpus non tam honorandū quàm contemnendū. 158
Credere aliud est quàm Christum sequi, uel eum ser-
monem seruare. 138
Credere in Deum Filium quid. 177. 179
Crucem damnat crucis inimicus Sarceterius. 159
Crucem sibi commendatam habere debent Chri-
stiani. 180
Crux electitia. 159
Crucem tollere quid sit. 160
Cultus opinionem nescio quam Catholicis assignunt
Heretici. 155
Cultum Sanctorum cultum Christipotius perfici ac
prohiberi, quam minui. 178
Cultus nome in Scripturis tribuitur bonis operib. 155
Cultus Sanctorum approbatur. 178. & deinceps.
Cytherea uestem e pilis camelorum, undulatum in-
terpretatur, Schamlot. 25

D.

Demonum à Sanctis miraculose torqueri.
David iustus. 172
Davidis penitentia. 145
Delectus ciborum in veteri Ecclesia. 44. 45. 54
Denarius diurnus quid significet. 124. 125
Desertum seu eremus duplex. 24
Deserti nomen quomodo in Scripturis accipia-
tur. 16
Desertum Ioannis quale ex sententia Buceri et alio-
rum. 16. 23. 24
Desertum in quo uixit Ioannes, interiorum eremum
fuisse, sententia Patrum. 17. 18
Desertum Christi, & cur ad illud secesserit. 16
Dies natalitius Ioannis. 2
Dies consecrati ieiunijs. 54
Diligere Centuriatorib. significat credere. 136. 137
Doctrina Ioannis & Apostolorum diuersa. 70
Doctrina et Sacramenti nomina non confundenda. 75
Deum non esse acceptorem personarum. 125

E.

Ecclesiam non esse deserendam, nec ab Ordinaria
potestate discedendum. 99. 100. 101. 102
Ecclesiae primitiue status. 187
Ecclesiae ueteris seueritas in illegitimè ordinatos. 87
Ecclesiae fidem & doctrinam infallibilem esse, nec
eam errare posse. 100. 101. 102
Elia pueri miracula. 1
Elizans & discipuli eius ueteris Testamenti Mo-
nachi. 29

T 3
EVMPI 68

I N D E X.

Exigentes pro d'ni des' supposuerunt Ebionai. 39
Ephesij 12. an sint rebaptizati a Paulo. 68
Episcopi Catholici quid a nouis ministris exigant. (97.98)

Facere & seruare sepe idem in Scripturis significant. 137
Facere et seruare differunt a credere in Scripturis. 137
Farrago corruptelarum in historia Jo. 195. et deinceps.

G. Gratia quid supra legem habeat. 130
H. Habete honorem corpori, nouum Melancthonis praeceptum. 156
Halla Monachi abstinentia ab Hereticis reprehensa. 161

I. Iacobus Apostoli in victu austeritas. 29
Idolatria crimen in Sectariis potius, quam in Catholicis competere. 50
Ieiunium Euangelicum. 34. 35
Ieiunium quomodo accipiatur in Scripturis. 34

I N D E X.

Infantes non credere, nec habere actualem fidem, nec motus spirituales. 9. & deinceps.
Infantes sine Sacramento fidei seu Baptismi non sanctificari. 6
Infantes ex Apostolica traditione Baptizari. 8

I N D E X.

Ioan. non esse natum in peccatis, nec timuisse mortem ob peccata, sed optasse potius. 114. & deinceps.
Ioan. non excommunicasse precipuos Iudaeos. 107
Ioan. cur magnus coram domino dicitur ab Angelo. 3. 111

Infantes

T 4 Iustifi-

I N D E X.

Iustificari ex fide quid. 179
Iustitia Christiana. 172
Iustitia in Scripturis quid. 172
Iustitia legis quomodo impleatur. 175
Iustitia imputativa reprehenditur. 122.175.177
Iustitia parentum Ioannis. 168
Iustitiam habere coram Deo. 174
Iustitia triplex status in homine. 175
Iustos cur affligat Deus, iniustos non aequè. 117
Iustos rectè a iustitia dici. 171
Iustitia inhærenti nihil concedunt Hæretici. 122.
Iustitia Christiana tribus capitibus continetur. 172
Iustitiæ & fidem apertè distinguit Scriptura. 172
Iustitia nomen bifariam accipi. 169.171
Iustitia gradus à Nouatoribus confunduntur. 175
Iustificari gratis quid. 180
Iustificatio quibus reb. contineatur. 175.176.177.180
Iustus in hac etiam vita esse inæquales. 123
Iusti quales saluandi. 173
Iustorum varia exempla, benedictiones & premia. 123.170.172.174
Iusti non indigēt penitentia. 148.149
Iustum sine graui peccato viuere posse. 168
Iusti qui verè nominentur & habeantur in Scriptura. 170
Iustitiam Nouatores quomodo accipiant. 170.173
Iusti in Scripturis ab operibus dicuntur. 171.169
Iustus ex fide viuere quomodo dicatur. 12
Iustus non omni semper peccato caret. 171
Iustum esse coram Deo quid significet. 168.171

L.

Legatio Iudeorum ad Ioannem. 82.84
Legis & Euangelij differentia. 130
Legis opera quæ Paulo dicantur. 175
Lex usque ad Ioannem, sententia Nouatorum. 58.
Libertas Euangelica. 40.52
Ligandi potestas à Christo. 107
Locusta Ioannis quales. 38.41.43
Locuste pro herbis. 42
Locuste species cæcorum, genus scilicet piscis in lege prohibitus, sententia Nouatorum. 33
Locusta animalia munda ad esum in lege permissa. 41
Locustas Ioan. non fuisse cancos. 39.42
Lucas male tractatur à Centuriatoribus. 140
Luce historia bonis operibus fauet, Lutheri sententia. 140
Lutheri impia vox, de beata Virgine. 121
Lutheri paradoxa de sola fide. 108.180
Lutheri impia doctrina de operibus. 116.133
Lutheri sententia de vocatione nouorum ministrorum. 91
Lutherum oppugnant ipsi Sectarij. 104.
Lutheranorum summa dissensio. 134
Lutherus cum Ioan. & Elia comparatur. 104
Luxum & intemperantiam grauissimè à Deo puniri. 51

M.

Magistratibus ubi & quando sit repugnandum. 96
Magistratus uterq. quàm impure & impunè tractetur viteturq. à Nouatoribus. 139
Magnus in Scriptura quis dicatur. 111
Malchus Eremita cur ab Hæreticis reprehensus. 161
Manere in Christo & charitate plus esse quàm credere. 136
Manere in Christo quid. 136
Manere in charitate quid sit Centuriatoribus. 137
Manus impositio. 12
Melanchthonis errores de ieiunio. 34
Melanchthonis testimonium de corruptis suorum moribus. 50
Mel syluestre Ioannis quale fuerit. 38
Melanchthonis preceptum Epicuræum. 156
Memoria Sanctorum quid apud Augustinum significent. 214.
Merita David olim defuncti. 207
Meritorum & premiorum differentiam cum Iouiniano tollent Nouatores. 124.125
Meriti remissionem culpe & pœna perpetua esse solius Christi. 151
Metaphora quid in Scriptura. 144
Ministerium Ioannis. 59.60
Miracula circa caput & reliquias S. Ioannis. 203.
Miracula Sanctorum Scriptura predicat. 206
Monachorum veterum mores. 21.22
Monachorum institutum à temporibus Apostolorum. 26
Monachorum incunabula. 30
Monachorum duo genera. 21
Monastices Authores & Institutores laudandi. 163
Monachorum princeps Ioannes. 20.21
Monachorum institutum probatum in Ecclesia. 21
Monachorum nomen unde ortum. 27
Montanistarum ieiunia. 54
Mortificatio carnis quid sit Hæreticis. 157
Musculus infantum fidem refutat. 10

N.

Nazarei. 23
Niniuitarum ieiunium & penitentia. 35.153

O.

Obedientiam solùm inchoatam iustis non competere. 80
Obedientiam nonam qualem doceant Nouatores. 80
Obediendum Magistratibus. 96. & deinceps.
Officia iustorum & penitentium non confundenda. 149
Operum bonorum necessitas. 128.129
Opera bona non esse necessaria ad salutem volunt Nouatores. 51

Opera

I N D E X.

Opera bona qualia recensent Centuriæ. 138
De operibus impia Lutheranorum, & Calvinistarum atque Altenburgensis Colloquij doctrina. 116.133.134
Opera bona non omnia ad proximum pertinere. 143
Opera bona non omnia in Lege vel Decalogo esse præcepta. 131.138.
Opera tertij præcepti secundum Centuriatores. 139.
Operum bonorum triplex genus à Christo traditum. 143
De operibus bonis Patrum sententia à Centuriatoribus reprehensa. 141
Opera bona esse posse sine certio Dei mandato, nec eadem mandanda. 131.154.
Opera bona omnia ad Deum rectè relata, esse sacrificium. 156
Opera Legis quæ. 175
Opera bona omnia in verbo Dei contineri quomodo Catholicè dici possit. 132
Opera moralia non solum Ioannem exegisse, aut docuisse. 130.132
Opera bona omnia quomodo ad Decalogum reuocari possint. 139
Opera bona prima tabula meliora iis, quæ sunt secundæ. 143
Orationis attentæ exempla. 122.161.162
Ordinaria potestas apud Iudeos ob prerogatiuam eorum Synagoga à Deo concessam in fide errare non potuit. 101
Ordinatio per impositionem manuum fieri solita. 87
Ab Ordinaria potestate non discedendum. 99.
Ordinaria potestas à Pontificibus Iudeorum in Apostolos translata. 97.98
Ordinaria vocatio ministrorum Ecclesie. 87. & deinceps.

P.

Paruuli fidelium quaratione sancti ab Apostolo appellentur. 7
Paruuli Christianorum differunt à paruulis infidelium. 7
Paruulos alios Ioanni dissimilimos esse. 14
Parentum Ioannis laudes. 168
Parentes Ioannis iusti. 168.169.170.
Passionis Christi virtutem obscurari à Nouatoribus. 177
Patres antiqui cur grauius arguantur à Centuriatoribus, & qui. 141
Paule Romanæ penitentia. 145
Paulus Monachus cur ab Hæreticis reprehensus. 162
Paulus Pontificem etiam impium reueretur. 100
Pauperum causa melior, quam diuitum. 125
Peccatorem se facere aliud quàm peccata confiteri. 78

Perfectio hominis duplex. 81
Perseuerantiam in bonis operibus neminem sibi certò polliceri posse. 81.82.185
Petrus Aretinus publicè in Ioannem contumeliosus. 56
Philosophari apud veteres quid. 22
Philonem de Christianis Monachis scripsisse. 26
Pili Camelorum vestitus Ioannis. 30
Pior Monachus cur accusatus ab Hæreticis. 161
Penitentia quid, & eam plus esse quàm respicientiam. 144.148
Penitentiam & opera bona cur potius urgeat Ioannes quam fidem. 96
Penitentia fructus alij quàm Spiritus. 148
Penitentia quanta vis apud Deum. 144
Penitentia crux nobis post Christum ferenda. 152
Ad Penitentiam eiusq. fructus quid propriè requiratur & pertineat. 149
Penitentia partes sententia Nouatorum. 147
Penitentia qualis propriè à relapsis requiratur. 143
Penitentia laboriosus baptisimus. 144
Penitentia opera non omnibus necessaria. 148.
Penitentia fructus. 146.147.150.152
Penitentia Niniuitarum. 153
Penitentium actus in veteri Ecclesia ex testimonijs Patrum. 153
Penitentia publica & priuata in Ecclesia vsus. 153
Penitentia partes tres. 150
Ad Penitentiam quo paulatim perducatur homo ex doctrina S. Ioannis. 144.145
Penitentia fructus grauius, quàm aliarum virtutum. 150
Penitentium exempla nonnulla. 145.146
De Penitentia fructibus quàm variè sentiant Nouatores. 146
Penitentiam non referri ad Originale peccatum. 146
Penitentia Catechumenorum alia quàm relapsorum. 147
Penitentia exterioris ritus apud Sectarios. 148
Penitentia quis modus. 150
Populus quomodo apud Ioan. sit peccata confessus. 77.78
Porphyrius & Eunomius miracula Sanctorum demonibus adscribunt. 58
Potestas constituendi de certis ieiunijs est penes Ecclesie Rectores. 54
Premia Sanctorum essentialia esse equalia: accidentalibus vero diuersa. 125
Premiorum inæqualitas aduersus Nouatores asseritur. 123.124.125
Præcepta nouæ Legis. 130
Promissa Dei in quibus efficacia. 107
Prophetae urgent Penitentiam, non Sectarij. 37
Propheta nomen quàm latè pateat. 112
Prophetarum miracula post mortem. 208
Prophetas ab ordinaria potestate nunquam discessisse. 99.110

Qua-

INDEX.

Q.
Quadragesima ex Apostolorum traditione. 45
Quadragesima diligens observatio in veteri Ecclesia. ibid.
Quadragesimas tres Montanista celebrabam. 54

R.
Reliquia Sanctorum quarè & quomodo honoranda. 205.206
Religionem ac Monasticen adire filiis licet etiam inuitis parentibus. 162
Roman. Ecclesie quanta semper fuerit auctoritas. 104
Ruardi Tapperi laus. 139

S.
Sacerdotium in veteri lege ingens dignitas ac potestas. 101
Sacerdotes Catholicos seipso propter Deum affligentes Baalitis comparat Petrus Martyr. 158
Sadduceorum errores. 108.109
Salutis portam ac viam arctam esse. 181.182
Salutis certitudo apud Hereticos nulla. 186
Sanctificatio infantium. 6
Sanctorum merita post mortem. 206
Sanctorum preces hominibus prodesse. 209
Sancti de hoc mundo lati emigrant. 117
Sancti cur venerandi. 214
Sanctorum afflictiones non esse signa ira Dei, sed potius virtutum exercitia. 116
Sanctorum vituperatores contemtoresq; senerè puniendi. 164
Sanctos non esse mortuos appellandos. 210
Sanctorum merita & premia inaequalia. 123.
 (124)
Satisfactionis nomen Sectariis inuisum. 152
Satisfactionis officium. 150
Satisfactio nostras illustrat Christi beneficium, non obscurat. 151
Satisfactio qualis à penitentibus requiratur, sententia Patrum. 149
Satisfactio Christi quibus modis nobis applicetur. 151

Schmidelini testimonium de corruptis moribus Evangelicorum. 49
Scriptura varia loca à variis deprauata. 137.135.
 (182.183)
Scriptura sepe uni virtuti tribuit, quod etiam pluribus debetur. 179
Scripta Theologorum cur magnificienda. 192
Sedere in cathedra Moysis quid. 86
Sepultura Ioannis, & cur de ea taceant Evangelistae. 204.206
Sequi Christum quid. 137
Serapis templum in D. Ioannis basilicam mutatum tempore Theodosij. 211

Sermonem Christi seruare. 137
Seruitia spontanea cum primis placent Deo. 160
Simonis Magi doctrina de libertate. 57
Solitudinis laus. 21.22.29.30
Solitudinis mirus amor in Ioanne. 19
Spes & fiducia quomodo differant à fide. 188
Spei certitudo quibus conditionibus obtineatur. 185.
 185
Spei & fidei diuersa certitudo. 185
Spiritualis profectus à piis & iustis requiritur, non penitentia. 149
Spiritus S. proprium est ad duriores vitam peruenire & ducere homines. 30
Synagoga Pontifices ante Christum in fide non errasse. 101

T.

Templa in Ioannis memoriam & honorem constructa. 211
Templa destruerè magis probant Heretici, quam extruere. 214
Theodidaxotot seu à Deo eruditi quinam fuerint. 3
Theodelinde Regina Bavariae laus. 212.213
Theodelinda defenso contra Centuriat. ibi.
Theodosius ab idololatrie nota defensus. 211
Theodosius vehemens fidei zelus. 211
Theodosij pietas in honorandis reliquiis Ioannis. 203. & deinceps.
Theodosius Ioannem Baptistam & Sanctos alios inuocat. 208
Theodosij contra Eugenium victoria, Ioanne auxiliante. 208
Theologorum Catalogus & laus qui in Hereticos scripserunt. 192
Tollere iugum Christi, quid. 183
Traditiones humane quales à Christo reprehendantur. 154
Traditiones commendari à Paulo. 154
Traditiones que recipienda, que reicienda. 154
Traditiones Apostolicas non reiciendas, sed obseruandas. 138.139

V.

Vigilantius à Centuriatoribus laudatus. 205
Vini certam abstinentiam improbat Calvinus. 27
Virginum & Doctorum ingens dignitas. 126
Vita doctissimi qualis. 22
Vitam contemplatiuam & actiuam differre inter se. ibid.
Vita austera exempla. 28.29.161.162
Vnum est necessarium, quomodo intelligendum. 181
Vocatio Generalis & specialis, seu mediata & immediata. 86.99
Vocationis mediata & immediata signa. 87
 Vocat-

INDEX.

Vocatio Ioannis & nonorum Ministrorum diuersissima. 90.91
Vocatio extra ordinaria nonorum ministrorum. 90
Votum Nazareorum. 23

Z.

Zona Ioannis pellicea. 31
Zona Ioannis mortificationis Symbolum. ibid.

Errata præcipua corrigenda.

Priore numero folium; posteriore autem versus designatur.

Fol. 4. ad marg. eulogia. & alibi similiter. 12. 17. receperit. ibid. 26. more. 14. 24. largitur. 16. 21. in deserto. 21. 7. noctes. ibid. penult. & vlt. ver. Pachomius. 31. autepen. Iudaici. eos. 35. ad marg. Casulanum. ibid. ad marg. 2. Regū 12. 39. 19. & γρη δες. 41. 9. loco puncti ponatur. 42. 39. κέ vδωip fortè melius legas, hoc est, euacuationem seu attenuationem. 47. 36. Nili. ibid. 29. dele humana. 51. 28. dederunt. ibid. vlt. disciplina. 54. 32. Apollonium. 55. 45. impossibile. ibid. ad marg. virtutem. 57. 19. renatorum. 63. 14. dele. alterum, & 66. 18. baptizandi. ibid. 30. hominum. 68. ad marg. à Ioanne. ibid. reponere. Caput. 7. pro. 63. 71. penult. vt 72. 14. obseruârunt. 76. 42. Seleucianorum. 98. 47. Iconoclastarum. 103. 37. sententiam. ibid. 38. Trithēita. 105. 2. hereseum, vel hereseon. 107. 28. præclarè 108. 1. pars radices, & dno vicus (vt aliqua exemplaria habent) 19. 26. detrectarent. ibid. 28. præcedent. Erratū in numero foliorum corrige. 110. pro. 120. reponendo. 111. ad marg. lege. Quomodo vel quo verborū contextu Christus. 114. 14. dele semicolon post habitatio, & victus. 116. 8. commentationem. ibid. 33. suosq; 125. 18. verè. 127. 33. in baptizando. 128. 12. excutemus. ibid. 17. inerte. ibid. 19. ardens. 131. 17. restatur. 138. 32. robustam. ibid. 44. post fiant. ponenda interrogacionis nota. 140. 47. inuitus. 149. 3. penitentia. fructus. 196. 2. tam vanè, quàm &c. 153. 40. ieiunio. 157. 8. macerarent. 163. 20. qui. 182. ad marg. operarij iniquitatis. 187. 50. hæmorrhōis. ibid. ad marg. similiter. 192. ad marg. restiterunt.

